Habitat in alpibus Lapponicis; non omni anno deſcendit gregatim in adjacentes Provincias, incertis temporibus & annis.

30. MUS *agreſtis* cauda abbreviata, corpore nigro-fuſco, abdomine cineraſcente. *Fn.* 27.
Habitat in Agris, frequens ſub meſſe.

31. MUS *terreſtris* cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere brevioribus.
Mus cauda longa piloſa; auribus ſubrotundis vellere brevioribus. *Fn.* 29.
*Suecis* Molle.
Habitat plerumque ſub terra ad pedis profunditatem, cuniculos paſſim ejiciens & ad aquas, hortis admodum noxius.

*DESCR.* Magnitudo & facies ferme præcedentis; at *cauda* minime glabra & nuda, ſed piloſa uti corpus, nec eſt ejusdem longitudinis ac in Ratto, cum in hoc vix dimidiam corporis longitudinem adtingit. *Dorſum* fuſcum

ſcum ſ. nigrum. *Abdomen* cinereo-fuſcum. *Aures* parvæ, piloſæ, uti reliquum corporis. *Dentes* ſuperiores buxei coloris. Pedes 5-5: pollice manuum minimo.

32. MUS *amphibius* cauda elongata piloſa, plantis palmatis.
Caſtor cauda lineari tereti. *Fn.* 25.
*Raj. quadr.* 217. Mus major aquaticus ſ. Rattus aquaticus.
Habitat in foſſis, paludibus & ad aquas lutoſas rarius.
Obſcurum nobis Animal, nec rite viſum; an cum præcedenti idem?

33. MUS *Rattus* cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis.
Mus cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cineraſcente.
*Geſn. quadr.* 109. Mus domeſticus major.
*Jonſt. t.* 66. Glires.
*Raj. quadr.* Mus domeſticus major ſ. Rattus.
*Suecis* Rotta.
Habitat ubique in Suecia, excepta Lapponia, in domibus tædioſus.
*DESC.* *Corpus* griſeum, ſubtus album. *Aures* ſubovatæ, pilis brevibus tectæ. *Verruca* ſupra oculos pilis 2. longis *Myſtaces* albæ, longitudine capitis. *Pedes* 4-5 fiſſi, ſupra pilis albis breviſſimis tecti, ſubtus papilloſo-verrucoſi; Digiti compreſſi. Ungues laterales breviores. *cauda* longitudine corporis, ſubnuda, ſquamoſa, pilis breviſſimis ſcabra.

34. MUS *Muſculus* cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, pollice mutico.
Mus cauda longa nudiuſcula; corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente. *Fn.* 31.
*Raj. quadr.* 218. Mus domeſticus vulgaris ſ. minor.
*Jonſt. quadr. t.* 66. Mures.
*Suecis* Mus.
Habitat ubique in domibus & ſylvis glandiferis, noxium animalculum rebus eſculentis.
Corpus ſubtus albidum. Pedes 4-5, ſub ſingulis verrucæ 6. Cauda longitudine corporis piloſiuſcula.

35. MUS *avellanarius* cauda elongata piloſa, corpore rufo, gula albicante. *Fn.* 32.
*Raj. quadr.* 220. Mus avellanarum minor.
Habitat in ſylvis, hortis ſæpe infeſtus.

36. MUS *ſylvaticus* cauda elongata, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido.
Mus cauda longa, corpore nigro-flaveſcente, abdomine albo. *Fn.* 30.
*Raj. quadr.* 218. Mus domeſticus medius.
Habitat in domibus & ſylvis.

Sciurus

## Sciurus.

37. SCIURUS *vulgaris* auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Fn.* 21.
*Geſn. quadr.* 13. Sciurus.
*Jonſt. quadr. t.* 66. Sciurus.
*Raj. quadr.* 214. Sciurus vulgaris.
*Suecis* Ikorn. *Oſtrobothnienſibus* Gråſkinn.
Habitat in arboribus frequens, æſtate ruber, hieme incanus, Gråwerck dictus.
Varietas nivea rariſſima. it. wgoth. 222. Navigat ſtipula & caudam dat ventis *It. gotl.* 222.

38. SCIURUS *volans* hypochondriis prolixis volitans. *Fn.* 22.
*Seb. theſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 3. Sciurus volans.
*Act. petrop.* 5. *p.* 210. Quadrupes volatile Ruſſiæ.
Habitat in *Finlandia* & *Lapponia*, licet rarius.

# VI. PECORA.

## Cervus.

39. CERVUS *Alces* cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Fn.* 37.
*Geſn. quadr.* 39. Alces.
*Aldr. biſulc.* 836. Alce.
*Jonſt. quadr.* 65. *t.* 30. Alce.
*Charl. onom.* 9. Alce.
*Scott. phyſ.* 901. *t.* 24. Alce.
*Gall. adopt.* 169. *t.* 169. Alce.
*Raj. quadr.* 39. Alce.
*Olear. muſ.* 12. *t.* 9. *f.* 2. Alces cornu.
*Suecis* Ælg.
Habitat in ſylvis rarius obvius hodie, quam olim.

40. CERVUS *Elaphus* cornibus ramoſis teretibus recurvatis. *Fn.* 38.
*Geſn. quadr.* 79. Cervus, Cerva, Hinnulus.
*Jonſt. quadr. t.* 31. Cervus.
*Charl. onom.* 8. Cervus.
*Raj. quadr.* 84. Cervus.
*Suecis* Hiort, Kronhiort.

Habi-

Habitat in ſylvis rarius, in vivariis Regis frequens.

*JUBA* dorſalis, ſupra humeros erectiuſcula, nigra. *Caruncula* ſub gula, magnitudine pollicis, tecta barba nigra, tereti. *Ungulæ ſuccenturiatæ* ad palmas divaricatæ, ad plantas parallelæ, retroſpectantes.

41. CERVUS *Tarandus* cornibus ramoſis teretibus: ſummitatibus palmatis. *Fn.* 39.
*Geſn. quadr.* 130. Rangifer.
*Aldr. biſulc.* 859. Tarandus.
*Jonſt. quadr. t.* 37. Cervus palmatus.
*t.* 36. Cervus mirabilis. *fig. bon.*
*t.* 34. Tragelaphus.
*t.* 34. Hippelaphus.
*Olear. mus.* 16. *t.* 10. *f.* 3. Rhangifer. (*fig. bona*)
*Raj. quadr.* 88. Cervus rangifer.
*Charl. onom.* 9. Rangifer & Tarandus.
*Suecis* Rhen.
Habitat in alpibus Lapponicis plane ſpontaneus, licet & cicures pecora ſint unica Lapponum.

Hujus fœmina æque ac mas cornuta eſt, quamvis huic cornua minora: reliquæ ſpecies fœminis inermibus gaudent. Ruminat æque ac aliæ ſpecies ſui generis; victitat præſertim Lichenibus per hyemem.
Hiſtoria Cervi Tarandi in *Amœnit. Acad. vol.* 4. *p.* 144.

42. CERVUS *Dama* cornibus ramoſis compreſſis: ſummitate palmata. *Fn.* 40.
*Bell. itin. cluſ* 57. Dama.
*Geſn. quadr.* 84. Dama vulgaris platyceros.
*Aldr. biſulc.* 741. Dama.
*Jonſt. belg. t.* 31. Dama.
*Raj. quadr.* 81. Cervus platyceros.
*Suecis* Dof, Dofhiort.
Habitat in vivariis Regis & Magnatum, nec non interdum in ſylvis.

43. CERVUS *Capreolus* cornibus ramoſis teretibus erectis; ſummitate bifida. *Fn.* 41.
*Geſn. quadr.* 64. Capra, Capreolus ſ. Dorcas.
*Aldr. biſulc.* 738. Caprea Plinii. Capreolus.
*Jonſt. quadr. t.* 33. Capreolus marinus.
*t.* 33. Capriolus.
*Charl. onom.* 9. Dorcas.
*Raj. quadr.* 89. Caprea plinii, Capreolus vulgo.
*Suecis* Râdjur.
Habitat in ſylvis, rarior hodie, quam olim.

Capra

## Capra.

44. CAPRA *Hircus* cornibus carinatis arcuatis. *Fn.* 42.
*Geſn. quadr.* 57. Capra.
*Aldr. biſulc.* 619. Caper.
*Jonſt. quadr.* 27. Hircus.
*Charl. onom.* 7. Hircus domeſticus.
*Raj. quadr.* 77. Capra domeſtica.
*Suecis* Get.
Hoſpitatur culta frequens, victitans tenellis ramulis fruticum. Caſtratio pedum ne ſepimenta ſuperſiliat. *it. Wgoth.* 117.

## Ovis.

45. OVIS *Aries* cornibus compreſſis lunatis. *Fn.* 43.
*Aldr. biſulc.* 370. Ovis.
*Geſn. quadr.* 138. Ovis.
*Jonſt. quadr.* 38. Ovis.
*Raj. quadr.* 73. Ovis domeſtica.
*Charl. onom.* 6. Ovis.
*Suecis* Får.
Hoſpitatur ubique culta; vivit præſertim in aridis ſteriliſſimis: imprimis lætatur Feſtuca ovina.
Hiſtoria Ovis in *Amœn. acad. vol.* 4. *p.* 169.

## Bos.

46. BOS *Taurus* cornibus teretibus extrorſum curvatis, palearibus laxis. *Fn.* 44.
*Charl. onom.* 5. Bos domeſticus.
*Aldr. biſulc.* 13. Bos.
*Geſn. quadr.* 25. Bos.
*Raj. quadr.* 70. Bos domeſticus.
*Suecis* Ko, Nöt.
Habitat ubique culta; nullibi apud nos Urus ſylveſtris eſt: victitat præſertim plantis paludoſis.

# VII. BELLUÆ.

## Equus.

47. EQUUS *Caballus* cauda undique ſetoſa. *Fn.* 34.

*Geſn.*

*Geſn. quadr.* 132. Equus, Caballus, Equa.
*Aldr. quadr.* 12. Equus.
*Jonſt. quadr.* 1. *t.* 1. 23. 4. Equus.
*Charl. onom.* 2. Equus.
*Raj. quadr.* 62. Equus.
*Suecis* Häſt.
Hoſpitatur interdum ſponte in Scania & Gottlandia, communiter cicur. Oelandi Equi, ex gothici maris inſula, totius orbis minimi. *Jonſt. quadr.* 20.

Hippomannes theophraſti: Corpus linguiforme, facie lienis, intra os pulli, dum excluditur, frequens obſervatur, de quo veteres multa: magicum & antepilepticum &c.
Perit ſæpe inopinato ſub initio æſtatis in paſcua eductus ab *œſtris* copioſis intra ventriculum habitantibus.

# VIII. CETE.

## Monodon.

48. MONODON *Monoceros. Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Fn.* 263.
*Charl. onom.* 168. Monoceros unicornu marinum.
*Sconef. ichth.* 28. Balænæ decimum genus Nahrwal.
*Will ichth.* 42. Monoceros piſcis.
*Raj. piſc.* 11. Monoceros piſcis de genere cetaceo.
*Tulp. obſ. l* 4. *obſ.* 59. *t.* 375. Unicornu marinum.
*Dal. pharm.* 413. Monoceros unicornu.
Habitat in mari atlantico.
*OBS.* Non datur in natura quadrupes monoceros. Fabula deſumta eſt ab hujus piſcis dente, quem veteres crediderant Quadrupedis alterum cornu.

## Balæna.

49. BALÆNA *Myſticetus* naribus flexuoſis in medio capite, dorſo impenni.
Balæna fiſtula in medio capite, dorſo caudam verſus acuminato. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *ſpec.* 106. *Fn.* 264.
*Geſn. aqu.* 114. Balæna vulgo dicta.
*Aldr. cet.* 688. Balæna vulgi.
*Jonſt. piſc.* 152. Balæna vulgaris.
*Rond. piſc.* 1. *p.* 475. Balæna vulgo dicta ſ. Muſculus.
*Charl. onom.* 46. Ballæna vulgaris.
*Schonef. ichth.* 24. Balæna bellonii.
*Willug. ichth.* 35. Balæna bellonii.
*Raj. piſc* 6. Balæna vulgaris edentula, dorſo non pinnato.
*Dal. pharm.* 414. Balæna

*Suecis*

*Suecis* Grönlands walfiſk.
Habitat in mari atlantico victitans Meduſis.

50. BALÆNA *Phyſalus* naribus in medio capite, dorſo extremo pinna adipoſa.
Balæna fiſtula in medio capite, tubere pinniformi in extremo dorſo. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107. *Fn.* 265.
*Raj. piſc.* 9, 10. Balæna edentula, corpore ſtrictiore, dorſo pinnato.
*Will. ichth.* 41. Phyſeter.
*Rond. ichth.* 485. Phyſeter.
*Geſn. aquat.* 723. 851. Phyſalis bellua ſ. Phyſeter.
*Aldr. cet.* 689. Phyſeter.
*Jonſt. piſc.* 216. Phyſeter.
*Charl. piſc.* 167. Phyſeter ſ. Phyſalus.
*Suecis* Finn-fiſk. *Martens. ſpitſb.* 125.
Habitat in mari norwegico & editur ab incolis; ſapiebat fere ut Sturio, qui quotidie ab incolis edebatur, dum per Finmarkiam ſumme ſeptentrionalem Norwegiæ peregrinabar.

## Delphinus.

51. DELPHINUS *Phocæna* corpore ſubconiformi, dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *Art. gen.* 75. *ſyn.* 104. *Fn.* 266.
*Bellon. aqu.* 16 Turſio.
*Geſn. aqu.* 711. Phocæna ſ. Turſio.
*Aldr. cet.* 719. Phocæna ſ. Turſio.
*Jonſt. piſc.* 220. *t.* 41. Phocæna.
*Will. ichth.* 31. Phocæna.
*Raj. piſc.* 13. Phocæna.
*Suecis* Marſwin, Tumblare.
Habitat ubique in mari vulgaris, ſed a noſtris rarius capitur. *it. Gotl.* 198. *Scan.* 116.

52. DELPHINUS *Orca* roſtro ſurſum repando, dentibus latis ſerratis. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Fn.* 267.
*Geſn. aqu.* 635. Orca.
*Aldr. cet.* 698. Orca.
*Jonſt. piſc.* 217. Orca.
*Rond. piſc.* 483. Orca.
*Schonef. ichth.* 53. Orca.
*Charl. onom.* 168. Orca.
*Will. ichth.* 40. Orca.
*Raj. piſc.* 10. Orca.

*Suecis* Lôpare
Habitat in mari occidentali.

*OBS.* Sunt procul dubio longe plures hujus ordinis Piſces in mari occidentali & ſeptentrionali, quorum notitia nos fugit, cum raro capiantur, & mortui a ſolo vulgo obſerventur & negligantur.

## Catodon.

53. CATODON *macrocephalus* dorſo impenni, fiſtula in cervice.
Catodon fiſtula in cervice. *Art.gen.* 79. *ſyn.* 108. *Fn.* 262.
*Cluſ. exot. l.* 6. *c.* 17. Cete.
*Willug. ichth.* 41. Cete cluſio deſcriptum.
*Raj. piſc.* 11. Cete Pot-walfiſch batavis maris accolis dictum.
Habitat in mari norvegico.

*Claſſis*

# *Claſſis. II.*

# AVES.

## I. ACCIPITRES.

### Falco.

54. FALCO *Chryſaëtos* cera lutea; pedibus lanatis; corpore fuſco ferrugineoque vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata. *Fn.* 56.
*Will. orn.* 27. *t.* 1 Chryſaëtos.
*Raj. av.* 6. *n.* 1. Chryſaëtos.
*Suecis* Örn.
Habitat in petris altis & præruptis. Ova 4.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine Anſeris majoris, ferrugineo-fuſcoque nebuloſum. *Caput* collumque ſupra magis nigricantia. *Remiges* nigræ: ſecundariæ parum albido nebuloſæ. *Cauda* rotundata: Rectricibus nigris, verſus baſin cinereo-undulatis ſ. nebuloſis. *Ani* regio ferruginea. *Pedes* ferruginei, tecti uſque ad digitos. *Roſtrum* breve, apice adunco, nigro, myſtaces ſetis conſtructæ, ſupra quas cera lutea, in qua nares transverſæ.

55. FALCO *Albicilla* cera flava; rectricibus albis; intermediis nigris. *Fn.* 58.
*Bell. icon.* 15. Pygargus.
*Geſn. av.* 205. Pygargus.
*Will. orn.* 31. Pygargus ſ. Albicilla; quibusdam Hinnularia.
*Raj. av.* 7. *n.* 5. Pygargus.
*Suecis* Hafs-Örn.
Habitat paſſim in ſylvis.

*DESC.* Corpus teſtaceum; pennæ capitis & colli acutæ: pennarum margo albicat ſ. palleſcit. *Abdomen* brunneum. *Remiges* nigræ, quarum majores introrſum albæ, harum duodecim verſus apicem albæ, extrorſum vero nigræ. Tibiæ, roſtrum & cera lutea, magnitudo anſeris. *Femina* albidior eſt.

56. FALCO *ruſticolus* cera palpebris pedibusque luteis; corpore cinereo alboque undulato, collari albo.
Habitat in Suecia.

*DESCR.* Magnitudo Gallinæ. *Roſtrum* plumbeum. *Gula* alba immaculata. *Corpus ſupra* cinereum albo undulatum. Collum ferme annulo albo cinctum. *Subtus* corpus album, adſperſum maculis fuſcis cordatis parvis. *Cauda* rotundata faſciis 12. ſ. 13. albis fuſciſque. *Ungues* nigri.

57. FALCO *Milvus* cera flava; cauda forficata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *Fn.* 59.
*Geſn. av.* 610. Milvus.
*Aldr. orn.* 368. *t.* 1. Milvus.
*Will. orn.* 41. *t.* 6. Milvus.
*Raj. av.* 17. *n.* 6 Milvus.
*Albi. orn.* 1. *p.* 4. *t.* 4. Milvus.
*Suecis* Glada.
Habitat ubique vulgaris.

DESCR. Corpus ſupra & infra ferrugineum, pennis a tergo & ſupra alas in medio nigra macula, verſus baſin albis, in capite pennæ albæ acuminatæ rachi nigra apicibusque albidis. *Pectus & femora* longis pennis ferrugineis rachi nigra veſtita ſunt. *Remiges primores* 10: quarum 1-5. ſupra nigræ, at 6-10. nigro-ferrugineæ, ſubtus omnes 1-10 pone albent; *remiges ſecundariæ* 11-20 ſupra nigricantes apicibus ferrugineis, ſubtus cinereæ, faſciis nigricantibus. *Cauda* longa, forcipata, rufa, remige 1 ſupra margine exteriore nigricante. *Pedes* flavi, ungues nigri. *Roſtrum* nigrum, cera flava.

58. FALCO *gentilis* cera pedibus flavis, corpore cinereo maculis fuſcis, cauda faſciis quatuor nigricantibus. *Fn.* 60.
*Will. orn.* 46. Falco gentilis i. e. nobilis dictus.
45. *t.* 5. Falco montanus.
*Raj. av.* 13. Falco gentilis i. e. nobilis dictus.
Falco montanus.
*Suecis* Falk.
Habitat in alpibus Dalekarlicis copioſe, ubi quotannis capitur a Germanis.

*DESCR.* Magnitudo Gallinæ aut Corvi. *Pedes, Cera, Iris* oculorum flava. *Corpus* totum cinereum maculis fuſcis: *Cauda* cinerea: faſciis quatuor transverſis fuſcis. *Capitis* pennæ nigræ lateribus ferrugineis. Collum, dorſum & alæ ſupra fuſcæ apicibus pennarum ferrugineis; ſubtus flaveſcens maculis raris oblongis fuſcis ſub gula, collo, pectore, abdomine; adhuc anguſtioribus in femoribus. *Remiges* fuſcæ a latere nudo, at interiori latere albidæ cum punctis cineraſcentibus & faſciis fuſcis 5 vel 6. *Rectrices* extra & ſubtus omnes fuſcæ, faſciis latis 5 vel 6 nigricantibus, æqualibus, apice obſoletis: rectrices ſubtus albido-flaveſcentes lineolis longitudinalibus raris fuſcis.

FALCO *Subbuteo* cera pedibusque flavis, capite fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis. *Fn.* 64.
*Alb. orn.* 1. *p.* 6. *t.* 6. Subbuteo.
*Rudb. pict.* Dendro-Falco.
Habitat in Scania. *J. Leche.* nidificat in cavis arborum; inſtituitur ad aucupium Alaudarum.

*DESCR.*

*DESCR.* Femina. *Roſtrum* cæruleum; *cera* flava, *palpebræ* luteæ; *iris* rubra. *Caput* nigro-fuſcum, nucha albicante; gula & latera capitis albida. *Abdomen* albicans cum macula oblonga in ſingula penna. *Femora* ferruginea. *Cauda* ſubtus albicante ferruginea. *Alæ* cauda longiores.
*Remiges* nigro cinereoque cæruleſcentes, exceptis primoribus nigris apicis margine albicante. Remiges 1-20 maculis 5 ad 10 albidis a latere interiore, excepto 21.
*Cauda* acuminata rectricibus ſubtus maculatis, exceptis intermediis duabus longioribus & immaculatis; in ſingula rectrice maculæ 9. pallide ferrugineæ, præſertim in latere interiore conſpicuæ.
*Pedes* nudi, lutei. pennæ omnes totius corporis verſus baſin cinereo-cæruleſcentes.

60. FALCO *Buteo* cera pedibusque luteis, corpore fuſco, abdomine pallido maculis fuſcis. *Fn. 65.*
*Geſn. av.* 46. Buteo.
*Will. orn.* 38. *t.* 6. Buteo vulgaris.
*Raj. av.* 16. *n.* 2. Buteo vulgaris ſ. Triorchis.
*Uplandis* Quidfogel.
Habitat paſſim, frequens *Upſaliæ* ad Gottſunda. Pulli medio Julii menſis ſepibus noſtris inſident, continuo ejulatu, unde Uplandis Quidfogel dicitur.
*DESCR.* Magnitudo Gallinæ. *Roſtrum* unguesque nigra, *cera pedesque* flavi. Tota avis capite, collo ſupra fuſca: pennarum marginibus ferrugineis; ſubtus tota avis ex albido flaveſcens, maculis longitudinalibus fuſcis, quarum poſteriores fere cordatæ. Iris exalbida; membrana nictitans cæruleſcens. *Remiges* nigricantes, latere interiori inferne albi, horum 1. 2. 3. 4. absque, reliquæ cum faſciis 5. vel 6. magis obſcuris latere interiore externe & interne pinguntur *Rectrices* nigro-cinereæ, æquales, faſciis plurimis obſcurioribus, præſertim ſupra conſpicuis, apice obſolete ferrugineæ; baſin verſus ſubtus albæ ſunt rectrices.
Ova alba maculis maculis ſubrufis paucis.

61. FALCO *Tinnunculus* pedibus ceraque flavis, lateribus rufeſcentibus: punctis nigris, pectore ſtriis fuſcis, cauda rotundata. *Fn.* 67.
*Geſn. av.* 54. Tinnunculus accipiter.
*Aldr. orn. l.* 5. *c.* 6. Tinnunculus ſ. Cenchris.
*Will. orn.* 50. *t* 5. Tinnunculus ſ. Cenchris.
*Raj. av.* 16. *n.* 16. Tinnunculus.
*Alb. orn.* 1. *p.* 7. t. 7. Tinnunculus.
*Suecis* Kyrko-falk.
Habitat in turribus & muris præaltis. *Ova* 4. albida maculis rubentibus crebris. columbas devaſtat audaciſſimus.
*MARIS* caput canum fibris tenuiſſimis nigris ſtriatum, conſtantibus ex rachi ſingulæ pennæ nigra. *Roſtrum* breve, curvum, cæruleo-atrum; cujus maxilla ſuperior utrinque denticulo, uti inferior ſinu, notata. *cera* flava, uti & regio nuda circum oculos flava. *Gula* albida.
*Dorſum* & tectrices alarum rufæ ſ. ferrugineæ, ſingula pluma verſus apicem macula nigra acuta notata.

*Pectus*, venter & femora dilutius rufa ſ. ferruginea, maculis longitudinalibus nigris linearibus in pectore, ovatis in abdomine, miliaribus rarioribus in femore.
Sub cauda regio pallida immaculata. regio a dorſo ad caudam cana.
*Tibiæ* maxima ex parte nudæ luteæ.
*Remiges* 22. quorum ſecundus longiſſimus, reliqui dein gradu breviores; omnes fuſci ſupra, ſubtus cani, antice immaculati (exceptis ſecundariis parum ferrugineis), poſtice ſinubus ſeu maculis albidis ſeptem vel octo.
*Rectrices* longæ, laterales breviores, omnes canæ, verſus apicem faſcia lata nigra notatæ; omnes antice immaculatæ, at pone ſ. introrſum lineis octo nigris latiuſculis notatæ, exceptis pennis 2 intermediis, quæ his maculis deſtituuntur & totæ canæ ſunt, excepta faſcia ad apicem, ut in reliquis nigra.
*Tectrices* alarum ſubtus albæ maculis parvis nigris.
*FEMINA.* Magnitudo Columbæ. omnia ut in mare, ſed caudæ color præcipue diverſus eſt, & corpus magis obſcurum.
*Rectrices* 12. ferrugineæ, apice macula magna nigra terminatæ, & ſingulæ 9 vel 10 lineis transverſis nigris notatæ. harum 6. 6. ſeu intermediæ ſummo apice non albent, uti reliquæ 1. 2. 3. 4. 5.

62. FALCO *Lanarius* cera lutea, pedibus roſtroque cæruleis, corpore maculis nigris longitudinalibus. *Fn.* 61.
*Geſn. av.* 76. Lanarius.
*Aldr. orn. l.* 7. *c.* 10. Lanarius gallorum.
*Will. orn.* 48. Lanarius cujus mas Tertiarius.
*Raj. av.* 15. *n.* 13. Lanarius.
*Alb. orn.* 2. *p.* 7. *t.* 7. Lanarius.
Habitat in ſylvis, rarior avis migratoria.
*DESCR.* Dorſum & Alæ ferrugineæ; Caput & *corpus* totum ſubtus cinereo-alba maculis nigris longitudinalibus. *Cauda* longa maculis oppoſitis albidis. Tibiæ ultra medium veſtitæ. *Pedes* cærulei. *Roſtrum* cæruleſcens. Hinc diſtinctiſſimus a Lanario Italico.

63. FALCO *Haliætus* pedibus ceraque cæruleis; corpore ſupra fuſco, ſubtus capiteque albo. *Fn.* 57.
*Geſn. av.* 74. Falco, cui pedes cærulei, Cyanopoda.
*Aldr. orn. l.* 2. *c.* 3. Haliætus.
*l.* 2. *c.* 7. Morphnos.
*Will. orn.* 37. *t.* 6. Balbuſardus.
*Raj. av.* 16. *n.* 3. Balbuſardus anglorum.
*Suecis* Blåfot, Fiſk-órn.
Habitat humi inter arundines juxta aqvas; Ova 4. alba, elliptica, magna. Victitat piſcibus.
*DESCR.* Cera cæruleſcens. *Iris* flava. *Nares* oblongæ. *Pedes* cæruleſcentes; *digitus* extimus retrorſum quaſi verſatilis: corporis color *ſupra* fuſcus, excepto capite albo. Corpus *ſubtus* totum album; *ungues* ſubtus tetiuſculi.

64. FALCO *Gyrfalco* cera cærulea, pedibus luteis, corpore fuſco faſciis cinereis, caudæ lateribus albis. *Fn.* 62.

*Rudb.*

*Rudb. pict.* Falco albo-cinereus viridis, pedibus luteis.
*Will. orn.* 44. Gyrfalco.
*Raj. av.* 13. *n.* 3. Gyrfalco.
Habitat rarius apud nos, Columbis infeſtus.

*DESCR.* Dorſum nigro-cinereum, Venter albo-cinereus maculis transverſis. *Pedes* lutei. *Magnitudo* Galli.

65. FALCO *Apivorus* cera nigra; pedibus ſeminudis flavis; capite cinereo; caudæ faſcia cinerea, apice albo. *Fn.* 66.
*Will. orn.* 38. *t.* 3. Buteo apivorus ſ. veſpivorus.
*Raj. av.* 16. *n.* 2. Buteo apivorus ſ. veſpivorus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 8. *t.* 8. Accipiter palumbarius.
*Suecis* Slaghök.
Habitat in ſylvis. Ova cinerea maculis obſcuris.

*DESCR.* Roſtrum nigrum: *cera* nigra rugoſa, *iris* oculorum crocea. *Caput* cinereum. *Dorſum* ferrugineo-fuſcum. Caudæ *rectrices* apice albæ, tum linea transverſa nigra, dein faſcia lata cinerea. *Pectus* & abdomen alba maculis nigricantibus. *Pedes* flavi.

66. FALCO *æruginoſus* cera fuſca, corpore griſeo, vertice gula axillis pedibusque luteis. *Fn.* 63.
*Will. orn.* 42. *t.* 7. Milvus æruginoſus.
*Raj. av.* 17. *n.* 4. Milvus æruginoſus.
*Alb. orn.* 1. *p.* 3. *t.* 3. Milvus æruginoſus.
*Suecis* Höns-tjuf.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Corpus teſtaceum. Vertex, Gula & Axillæ flavæ. Tibiæ nudæ flavæ.

67. FALCO *palumbarius* cera nigra margine pedibusque flavis, corpore fuſco, rectricibus pallide faſciatis apiceque albis.
*Raj. av.* 18. Accipiter palumbarius.
Habitat in Suecia, Gallinis infeſtus.

*DESCR.* *Magnitudo* Gallinæ. *Corpus* fuliginoſum. *Caput* ab oculis ad nucham cinctum faſcia obſoleta albicante. *Subtus* corpus album faſciis fuſcis undulatis copioſisſimis; ſub *Gula* vero lineolæ longitudinales fuſcæ. *Digitus* extimus membrana connexus.

68. FALCO *Niſus* cera viridi; pedibus flavis; pectore albido fuſcoque undulato; cauda faſciis nigricantibus. *Fn.* 63.
*Albin. orn.* 3. *p.* 4 *t.* 4. Accipiter fringillarius.
*Geſn. av.* 51. Falco fringillarius.
*Alb. orn.* 1. *p.* 5. *t.* 5. Accipiter fringillarius.
*Geſn. av.* 52. Accipiter minor mas, quem vulgo Niſum ſ. Sparverium appellant.

*Aldr. orn. l.* 5. *c.* 2. Accipiter Fringillarius. | *Aldr. orn.* 345. Moſchetus.
*Bell. ic.* 19. 6. Accipiter Fringillarius.
*Will. orn.* 51. *t.* 5. Accipiter Fringillarius ſ. recentiorum Niſus & Sparverius.
*Raj. av.* 18. *n.* 2. Fringillarius accipiter, recentiorum Niſus & Sparverius.
*Suecis* Sparfhök.
Habitat in antiquis turribus & alibi paſſim.

*DESCR. Cauda* fuſca faſciis nigris quinque. *Pectus*, abdomen, collum ſubtus alba undulis transverſis fuſcis. *Dorſum* & corpus ſupra fuſcum. *Pedes* flavi. *Cera* viridis.

## Strix.

69. STRIX *Bubo* capite aurito, corpore ruſo. *Fn.* 45.
*Geſn. av.* 234. Bubo primus.
*Bell. av.* 25. a. Bubo.
*Willugb. orn.* 62. *n.* 12. Bubo primus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 9. *t.* 9. Bubo.
*Suecis* Uf.
Habitat in petris ſylvaticis præruptis, arcibus ac turribus præaltis, ruderatis, Victitans leporibus, muribus.

*DESCR.* Magnitudo circiter anſeris domeſticæ. *Corpus* teſtaceo-ruſum lineolis omnibus transverſis undulatis nigris & majoribus longitudinalibus iiſdem nigris. *Cauda* alis longior faſciis ſordidis. *Alæ* maculis nigris adſperſæ. *Tibiæ & pedes* craſſo vellere, leporis inſtar, veſtitæ. *Roſtrum* nigrum baſi ſetis loco ceræ veſtitum.

70. STRIX *ſcandiaca* capite aurito, corpore albido. *Fn.* 46.
*Rudb. pict.* Bubo ſcandianus.
Habitat in alpibus Lapponicis.

*DESCR.* Magnitudo Meleagridis; *corpus* totum album nigris maculis adperſum. Similis Strigi Nyctεæ, ni ſupercilia aurita adeſſent in hoc Bubone.

71. STRIX *Otus* capite aurito pennis ſex. *Fn.* 47.
*Bell. icon.* 25. 6. Aſio, Otus.
*Will. ornith* 64. *t.* 12. Otus ſ. Noctua aurita.
*Raj. av.* 25. *n.* 2. Otus ſ. Noctua aurita, Aſio latinis.
*Alb. orn.* 2. *p.* 10. *t.* 10. Otus ſ. Aſio.
*Suecis* Horn-uggla.

Habitat

Habitat in ſylvis, cavis arboribus & domibus deſertis.

72. STRIX *Aluco* capite lævi, corpore ferrugineo, irisdibus atris, remigibus primoribus ſerratis. *Fn.* 48. *it. oel.* 69.
*Will. ornith.* 67. *t.* 13. Aluco minor.
*Raj. av.* 25. *n. t.* Aluco minor.
*Alb. av.* 2. *t.* 11. Aluco.
Habitat in cavis arborum.

*DESCR.* Magnitudo fere Gallinæ; *Color* dorſi, caudæ, alarum griſeus. *Caput* e griſeo albo nigroqve maculatum. Pone aures circuli ſegmentum nigrum e pennis ſingularis ſtructuræ. *Maculæ* albæ ad latera dorſi & in tegetibus alarum. *Remiges* 1. 2. 3. ſenſim breviores, & exteriori margine ſerratæ; omnes 1-24 griſeæ faſciis latis fuſcis. *Rectrices* ſubgriſeæ faſciis 5 ſubfuſcis, exceptis duabus intermediis. *Abdomen* albicans maculis oblongis griſeis nigriſque. *Pedes* albidi punctis nigricantibus.

73. STRIX capite lævi; corpore luteo. *Fn.* 49.
*Rudb. pict.* Strix tota flammea.
Habitat Upſaliæ rarius. *Rudbeck.*
An præcedentis varietas?

74. STRIX capite lævi; corpore fuſco; iridibus oculorum fulvis. *Fn.* 50.
*Rudb. pict.* Noctua major, oculorum iridibus croceis.
Habitat in Suecia boreali.

*DESCR.* Magnitudo Cuculi, mihi non ſatis perſpecta.

75. STRIX *funerea* capite lævi, corpore fuſco, iridibus oculorum flavis. *Fn.* 51.
*Friſch. av.* 1. 98. Ulula flammeata?
*Rudb. pict.* Noctua major, oculorum iridibus pallide luteis.

*DESCR.* Antecedenti ſimilis, ſed paulo major. *Magnitudo* corvi. *Corpus* totum ſupra ſordido-cinereum maculis piſiformibus albis. *Caput* utrinque annulo ſordido-nigricante cinctum; intra annulos ſingulos color fuſcoalbicans; infra circulos albidum eſt caput cum tinctura e ſordido fuſca. *Iris* oculorum pallide lutea. *Roſtrum* albidum; *ungues* nigri.

76. STRIX *Nyctea* capite lævi, corpore albido. *Fn.* 54.
*Rudb. pict.* Noctua ſcandiana maxima ex albo & cinereo variegata.
*Edw. av.* 61. *t.* 61.
*Suecis* Harfång.
Habitantem reperi *Aroſiæ* in prædio Fulleröa.

*DESCR.* Gallo duplo major; *Corpus* totum fere niveum; *Pectus* & abdomen lineis undulatis tranſverſis fuſcis, uti & tectrices alarum eodem modo pictæ. *Remiges* expanſi nivei, ſecundum longitudinem alarum duplice ordine macularum parvarum, ſubrotundarum, cinerearum, quibus & interdum tertius macularum ordo accedit. *Caput* fere album, ut

ut & cauda, quæ tamen nigris minimis punctis aut maculis temere notantur. *Variat* maculis lunatis fuſcis uti in Svecia; in Alpibus lapponicis tota nivea.

77. STRIX *Stridula* capite lævi, corpore ferrugineo, remige tertio longiore. *Fn.* 55.
*Aldr. orn.* 561. *t.* 563. Strix.
*Will. orn.* 65. Strix.
*Raj. av.* 25. *n.* 2. Strix.
*Svecis* Skrik Uggla.
Habitat in ſylvis frequens per Sueciam.

78. STRIX *Ulula* capite lævi, corpore ſupra fuſco albo-maculata, rectricibus faſciis albidis. *Fn.* 52.
*Geſn. av.* 773. Ulula.
*Aldr. orn.* 68. *c.* 6. Ulula.
*Will. orn.* 68. *t.* 13. Ulula aldrovandi.
*Raj. av.* 26. *n.* 4. Ulula latinis.
Habitat inter Pithoam & Luloam urbes Weſtrobotniæ.

*DESCR.* Multa habet cum antecedenti communia, ut forte vel ſexu vel ætate ſola differat. *Corpus* ſupra fuſcum maculis albis majuſculis adſperſum: ſubtus tota avis cinereo-alba lineis transverſis ſubundulatis fuſcis, ita ut ſingula penna faſciis 5 vel 6 fuſcis picta ſit. *Alæ* fuſcæ maculis raris albis, quum remiges fuſci a lateribus maculis ſubrotundis albis notentur. *Cauda* pedalis fere, anguſta, fuſca, faſciis 9. vel 12. albidis cincta *Caput* cinereum punctis ſ. undulis conglobatis tegitur. Regio temporum cinereo-alba. Canthus oculi uterqve niger; a regione aurium macula nigra oblonga deſcendit usque ad maxillam inferiorem, ſenſim anguſtata, quam excipit macula oblonga cinerea undulis raris nigris, dein & alia nigra primæ ſimillima, quæ baſi cum prima coit. *Mentum* ſ. gula macula parva nigra tegitur. *Tibiæ* plumoſæ cinereæ lineis pallidis tectæ. Ungues acutiſſimi pallido-nigricantes. Magnitudo avis corvi eſt.

79. STRIX *paſſerina* capite lævi, corpore fuſco, remigibus maculis albis quinque ordinum. *Fn.* 53.
*Geſn. av.* 620. Noctua.
*Aldr. orn. l.* 8. *c.* 7. Noctua.
*Will. orn.* 69. *t.* 13. Noctua minor & minima.
*Raj. av.* 26. *n.* 6. Noctua minima.
*Alb. orn.* 2. *p.* 12. *t.* 12. Noctua minima.
Habitat in cavis arborum. Ova 4. maculata.

*DESCR.* Magnitudo Merulæ. *Corpus* totum ſupra fuſco-cinereum punctis albicantibus; infra vero totum albicans cum maculis longitudinalibus fuſcis. *Alæ* ſubtus maculis albis per 5. ordines diſpoſitis, quarum extimæ minores ſunt. extus in alis puncta albida per 5. vel 6. ordines diſpoſita. *Cauda* lineis 4 albis transverſis. *Caput* punctis numeroſis albis: tempora alba. Roſtrum luteum vibriſſis nigris. *Pedes* albidi ſubtus lutei, unguibus nigris.

LANIUS.

# Lanius.

80. LANIUS *Excubitor* cauda cuneiformi lateribus alba, dorſo cano, alis nigris macula alba.

Ampelis cæruleſcens, alis caudaque nigricantibus. *Fn.* 181.
*Will. orn.* 53. *t.* 10. Lanius cinereus major.
*Raj. av.* 18. *n.* 3. Lanius ſ. Collurio cinereus major.
*Alb. orn.* 2. *p.* 12. *t.* 13. Lanarius cinereus major.
*Aucupibus* Warfogel.
Habitat paſſim in arboribus minus frequens. Hac ad Falcones indigitandos utuntur Falconarii.

*DESCR.* Magnitudo merulæ. *Caput* & *dorſum* canum. Macula longa atra a roſtro per oculos ad aures. Gula & totum corpus ſubtus album. Remiges 1-9 nigri, a baſi ad medium albi, 10 ſimilis primoribus, ſed latere tantum interiore infra medium albus. 11-13 ſimiles primoribus. Cauda cuneiformis. Rectrices intermediæ nigræ exceptis ſummis apicibus; laterales quo exteriores eo magis baſi & apice albæ, ut extimæ tantum in medio nigræ.

81. LANIUS *Collurio* cauda cuneiformi, dorſo griſeo, rectricibus quatuor intermediis unicoloribus, roſtro plumbeo.

Ampelis dorſo griſeo, macula ad oculos longitudinali. *Fn.* 180.
*Will. orn.* 54. Lanius tertius.
*Raj. av.* 18. Lanius minor rufus ſ. tertius aldr.
*Alb. orn.* 2. *p.* 14. Lanarius tertius.
Habitat in arbuſtis pratorum. Ova 6. alba verſus extremitatem obtuſiorem circulo fuſco-rufeſcente.

*DESCR.* *Roſtrum* conico cultratum, maxilla ſuperiore longiore utrinque apice emarginata. *Caput* & *uropygium* cana ſunt. *dorſum* griſeo. ſ. rufo-teſtaceum. *Venter* a gula ad ſterni finem, ut & latera corporis, e dilute rubicundo alba. Venter pone ſternum albus. Linea a fronte & baſi roſtri per oculos ad aures nigra & ſupra hanc linea minor alba. *Remiges* nigricantes, 3 4 5 6 7 8 baſi leviſſime albæ; hinc macula alarum alba. *Rectrices* nigræ, at a baſi ad medium, ut & apicibus extimis omnes albæ, exceptis intermediis quatuor omnino nigris. *Pedes* nigri. Roſtrum nigrum. tectrices narium nigræ. faux alba. *Lingua* bifida lacera. ergo non œnanthes ſ. Motacillæ ſpecies. *Magnitudo* Pyrrhulæ.

*FEMINA* hujus diverſo colore a mare gaudet & eſt.
*Raj. av.* 19. *n.* 5. Lanius minor.
*Alb. orn.* 2. *p* 14. *t.* 15. Lanarius tertius femina.

*DESCR.* *Roſtrum*, magnitudo & facies præcedentis, imo & locus. *Caput* griſeum. *dorſum* griſeo-teſtaceum lineolis transverſis nigris. in ſingula penna prope apicem ſingulis. *venter* & *pectus* ad gulam uſque albicans, manifeſta lutei mixtura; lineolis undulatis crebris. *Remiges* nigricantes immaculati. *Rectrices* griſeæ, margine & apice albæ, exceptis 4 intermediis unicoloribus; pennæ rectrices extimæ ſolitariæ breviores ut in præcedenti. adeoque *MAS rectricibus nigris baſi apiceque albis quatuor intermediis unicolo-*

*coloribus; FEMINA rectricibus cinereis margine apiceque albis: intermediis quatuor immaculatis.*

82. LANIUS *Garrulus* remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato, cauda integra.

Ampelis remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis. *Fn.* 179.
*Geſn. av.* 703. Garrulus bohemicus.
*Jonſt. orn.* 44. Garrulus bohemicus geſneri, Ampelis aldr.
*t.* 43. Picæ glandariæ genus.
*t.* 17. Picæ glandariæ ſpecies alia.
*Will. orn.* 90. *t.* 20. Garrulus bohemicus.
*Raj. av.* 85. Garrulus bohemicus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 25. *t.* 126. Garrulus bohemicus.
*Suecis* Sidenſwantz. *Uplandis* Snôtuppa.
Habitat in ſylvis; accedit inſtante hyeme; æſtate migrat vel nidificat in Boreales terras.

*DESCR. Roſtrum* nigrum, convexum. *Maxilla* ſuperior longior, incurva, utraque apice utrinque emarginato. *Lingua* cartilaginea, acuta, bifida. *Caput* ferrugineum, pennis longioribus verſus nucham. *Linea* alba ad canthum oris. Cinereum totum *corpus* eſt, at verſus caput magis caſtaneum. Nigra ſunt *gula*, *tempora* ſ. oculorum regio, tectrices narium, *roſtrum*, *pedes*, *remiges*, *rectrices*. Griſea ſunt tectrices inferiores caudæ (frons & regio ſub oculis in quibusdam); pennas longiores capitis dum erigit criſtata eſt. *Rectrices* nigræ, æquales, apicæ flavæ, coſta rubicunda. *tectrices* caudæ croceo-fuſcæ, vel ſupra cinereæ, ſubtus ferrugineæ: *Remiges* nigri, quorum 1 2-3 4 apice anterius albi, 5 6 7 8 apice anterius albo-flaveſcentes. 10 11 12 13 14 15 16 apice anterius albi. 17 18 immaculati, at 11 12 13 14 15 16 terminati membranula oblonga coccinea. *Tectrices* alarum nigræ, quarum majores anteriores apicibus albis. Differt a Turdis roſtro breviore & vibriſſis nullis. An hujus generis genuina ſpecies?

83. LANIUS *caudatus*, cauda elongata, capite hirſuto.

Parus vertice albo, cauda corpore longiore. *Fn.* 243.
*Geſn. av.* 642. (*non fig.*) Parus caudatus.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 15. Parus caudatus ſ. monticola.
*Merr. pin.* 178. Parus caudatus.
*Geſn. av.* 642. *f. infim.* Parus caudatus.
*Will. orn.* 176. *t.* 43. Parus caudatus.
*Raj. av.* 74. *n.* 8. Parus caudatus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 1. Parus caudatus.
*Suecis* Ahltita.
Habitat in alnetis. Nidus ovalis latere infimo apertus.

*DESCR. Caput* leviſſime hirſutum una cum *pectore* album. *Venter* incarnatus. *Cauda* longa nigra, *Alæ* e cæruleo, nigro & albo variegatæ: flexura inter collum & dorſum nigra. *Dorſum* fuſcum maculis nigris. Avis pulcherrima.

84. LANIUS *biarmicus* vertice cano, cauda corpore longiore.
*Edw. av.* 55. *l.* 55. Lanius minimus.
*Alb. av.* 1. *p.* 46. *l.* 48. Parus beardmanicus.
Habitat in Scania, mihi non viſa, ideoque hæreo utrum ſit eadem cum *Pendulino*, nec ne.

Avis in Scania a D. *Lecheo* viſa & depicta priori minus pulchra erat, cæruleo colore omni deſtituta. Caput, gula, pectus albicantia, nucha nigra, dorſi color æneo-nigricans. Abdomen æneo-pallidum. Remiges omnes nigricantes, at 12-19 margine exteriore albi, quæ tamen albedo in 18 maximelata. Rectrices nigræ, ſed 1 2 3 latere exteriore albæ.

# II. PICÆ.

## Corvus.

85. CORVUS *Corax* ater, dorſo cæruleſcente, cauda ſubrotundata. *Fn.* 69.
*Geſn. av.* 334. Corvus.
*Jonſt. orn.* 38. *t.* 16. Corvus.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 1. Corvus.
*Vill. orn.* 82. *t.* 18. Corvus.
*Raj. av.* 39. *n* 1. Corvus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 19. *t.* 20. Corvus.
Suecis Korp.
Habitat in denſis ſylvis; ſuper arborum, præſertim abietum ramis nidificat; mira ſagacitate cadavera ſubolfacit, licet remotiſſima, quibus veſcitur. Sancta avis a noſtris habetur, nec facile ab ullo occiditur. In Smolandia & auſtralibus provinciis cœlo ſereno alte volitat & ſingularem clangorem ſeu tonum (clong) remotisſime ſonantem excitat.

*DESCR.* Magnitudo fere Galli. *Corpus* totum atrum, dorſo parum cæruleſcens, *remiges* 20, quorum duo primi paulo breviores: *rectrices* æquales.

86. CORVUS *Corone* atro-cæruleſcens, cauda rotundata: rectricibus acutis
*Raj av.* 39. *n.* Cornix.
*Alb. av.* 2. *p.* 20. *t.* 21. Cornix.
Habitat in Weſtrobothnia, ſemel occiſa a. D. Adlerheim, rara avis in noſtris terris.

*Tota atro-cærulecens etiam abdomine, quod non in Corace; plumæ ad roſtrum detritæ.*

87. CORVUS *frugilegus* ater, fronte cineraſcente. *Fn.* 70. *It. oel.* 67.

*Aldr.*

*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 3. Cornix frugilega.
*Will. orn.* 84. *t.* 18. Cornix frugivora & frugilega.
*Raj. av.* 39. *n.* 3. Cornix frugilega.
*Alb. orn.* 2. *p.* 21. *t.* 22. Cornix frugilega.
*Oelandis* Roka.
Habitat in Oelandia, Scania campeſtri & auſtralibus maritimis provinciis, nidificat in arboribus, ſatæ ſegeti noxia avis, victitans frugibus.

88. CORVUS *Cornix* cinerascens, capite gula alis caudaque nigris. *Fn.* 71.
*Aldr. orn. l.* 2. *c.* 4. Cornix cinerea frugilega.
*Will. orn.* 84. *t.* 77. Cornix cinerea frugilega.
*Raj. av.* 39. *n.* 4. Cornix cinerea frugilega.
*Alb. orn.* 2. *p.* 22. *t.* 23. Cornix cinerea.
*Suecis* Kråka.
Habitat in nemoribus; communiter in Alnis; parit quatuor ova; edit inſecta & varia cadavera, volat gregatim, erucas depaſcitur, hinc purgant paſcua & prata a vermibus, qui foenum conſumunt; futuræ tempeſtatis & venti nuncia in maritimis; edit etiam Conchas & Ranarum capita; eradicat gramina ſub quibus larvæ latent. reſpicit ſedens adverſum ventum.

*DESCR.* Caput, gula, alæ, cauda, pedes, roſtrum nigra ſunt. Reliqua omnia cinerea. a gula ad medium collum ſubtus nigra.

89. CORVUS *Monedula* fronte fuſca; occipite incano; fronte alis caudaque nigris. *Fn.* 72.
*Will. orn.* 85. *t.* 19. Monedula ſ. Lupus.
*Raj. av.* 40. *n.* 5. Monedula ſ. Lupus.
*Alb. orn.* 1. *p.* 14. *t.* 14. Monedula.
*Suecis* Kaja.
Habitat paſſim, ad pagos frequens; autumno migrat e Smolandia, in Uplandia remanet & per hyemem gregaria in turribus pernoctat; victitat frugibus, cadaveribus.

*DESCR.* *Nigra* roſtrum, frons, gula, alæ, cauda, pedes, Remiges, Rectrices.
*cinerea* caput pone, collum.
*nivea* Iris oculorum.
*nigricans* dorſum.
obſcure *cinereum* pectus, abdomen.

90. CORVUS *glandarius* tectricibus alarum cæruleis: lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. *Fn.* 74.
*Geſn. orn.* 700. Pica glandaria 1. Garrulus avis.

*Aldr.*

*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 14. Pica glandaria.
*Will. orn.* 88. *t.* 19. Pica glandaria.
*Raj. av.* 41. *n.* 22. Pica glandaria.
*Albin. orn.* 1. *p.* 16. *t.* 16. Pica glandaria.
*Suecis* Allonſkrika. O:gothis Kornſkrika.
Habitat in Quercubus communiter.

*DESCR.* Caput griſeo-ferrugineum. Scapularum regio, pectus & abdomen ferruginea. *Frons* ferrugineo-albicans maculis longitudinalibus nigris. Maxillæ inferiores extus nigræ. *Gula* in quibusdam albida. *remiges* nigri, at 1-9 margine exteriore maxima ex parte albidi; 10-14 a baſi ultra medium, exteriori latere, nivei; reliqui omnes remiges nigri, quorum per gradus 5 reliquis longiores. *Tectrices* alæ exteriori latere cæruleæ lineis transverſis nigris. *Cauda* nigra tectricibus albis. *Roſtrum* nigrum, vibriſſæ utrinque ex 5. ſ. 6. ſetis nigris. *Lingua* membranacea, bifida.

91. CORVUS *Caryocatactes* fuſcus albo punctatus, alis caudaque nigris, rectricibus apice albis: intermediis apice detritis.
Corvus cinereus, cauda alisque nigris. *Fn.* 75.
*Geſn. av.* 245. Caryocatactes.
*Will. orn.* 90. *t.* 20. Caryocatactes geſneri & turneri.
*Raj. av.* 42. *n.* 5. Caryocatactes.
*Suecis* Nötwecka, Nötkraka.
Habitat in coryletis, quercetis; victitans glandibus.

*DESC. Corpus* totum fuſcum macula in ſingula penna alba obovata, verſus ejusdem apicem. *Alæ* nigræ ſupra nitentes. *Remiges* 5-8 latere interiore macula magna alba marginali: *Secundariæ* omnes apice tantum albæ. *Uropygium* nigrum immaculatum. *Ani* regio alba. *Cauda* ſubrotundata: *Rectrices* apice albæ; intermediis apice detritis. *Caput* ſupra immaculatum.

92. CORVUS *Pica* albo nigroque varius, cauda cuneiformi.
*Geſn. av.* 695. Pica.
*Lonic. hiſt.* 343. *a.* Pica.
*Jonſt. orn.* 44. *t.* 17. Pica.
*Will. orn.* 87. *t.* 19. Pica varia ſ. caudata.
*Raj. av.* 41. *n.* 1. Pica varia ſ. caudata.
*Albin. orn.* 1. *p.* 15. *t.* 15. Pica varia caudata.
*Suecis* Skata. *Uplandis* Skiura, *Gotlandis* Skåra.
Habitat in arboribus juxta domos vulgatiſſima per totum Sueciæ regnum; exſulat vero e ſola Lapponia & Scanora. Nidos artificioſe ſtruit ovis ſæpius 7. hæc a Corvis genere diſtingui non debet.

Caput, collum, dorſum, uropygium, anus, femora, roſtrum, pedes, atra. pectus, latera, tectrices baſeos alarum alba. Remiges 1-10 exteriori latere nigri, inferiori albi. Reliqui nigri extrorſum ſericeo-cæruleſcen-
te-

tes. Cauda cuneiformis, longitudine corporis. Complicatæ pennæ omnes ſupra viſibiles ſericeo-vireſcentes.

93. CORVUS *infauſtus* dorſo cinereo, rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis: faſcia nigricante.
Turdus rectricibus rufis, duabus intermediis cinereis faſcia nigricante, proxima apice cinerea. *Fn.* 187.
*Will. orn.* 145. *t.* 36. Merula ſaxatilis.
*Raj. av.* 63. *n.* 3. Merula ſaxatilis Sturni generis.
*Alb. orn.* 3. *p.* 51. *t.* 55. Merula ſaxatilis.
*Suecis* Lappſkata, Olycksfogel. *Jemtiis* Rôd-tiuxa.
Habitat in ſylvis aceroſis, præſertim Lapponiæ ſylvaticæ, ubi audaciſſima avis, quæ nobis prandentibus ſæpe coram cibum abripuit.

*DESCR. roſtrum* nigrum, craſſum, breve, ſubtrigonum, baſi ſetis tectum ut in corvis. *nares* ovatæ tectæ ſetis. *Caput* fuſcum; *dorſum* pallide cinereum plumis pinnatis, pinnis raris nec contiguis. *Remiges* 18, fuſcæ; baſi teſtaceo-rufæ; tectrices anteriores teſtaceo-rufæ. *remiges* tres primæ per gradus berviores. *cauda* rotundata lateralibus brevioribus, longitudine corporis, integra teſtaceo-rubra exceptis intermediis duabus cinereis faſcia nigricante proxima utrinque apice cinerea, huic proxima vix apice cinerea. *tectrices* caudæ teſtaceo-rufæ. *Latera* teſtacea. *Pedes* nigri, poſtico firmo: ungue majore. *ungues* omnes compreſſi, medio introrſum marginati. Apex *roſtri* utrinque emarginatus. *Lingua* emarginata; lobis bifidis. *Magnitudo* Turdi.

## Coracias.

94. CORACIAS *Garrula* cærulea, dorſo rubro, remigibus nigris.
Corvus dorſo ſanguineo; remigibus nigris; rectricibus viridibus. *Fn.* 73 *It. ſcan.* 321.
*Geſn. av.* 335. Cornix cærulea.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 18. Garrulus argentoratenſis.
*l.* 12. *c.* 5. Cornix cærulea.
*Will. orn.* 85. *t.* 20. Cornix cærulea.
*Worm. muſ.* 296. Cornix cærulea.
*Raj. av.* 41. *n.* 3. Garrulus argentoratenſis.
*Suecis* Spanſk Krâka. *Smolandis* Blâkrâka. *Scanis* Allekrâka.
Habitat in Smolandia, Scania &c. edit Ranas, Scarabæos.
*DESCR.* Avis inter noſtrates omnium ſplendidiſſima & pulcherrima. *Roſtrum* nigrum: mandibula ſuperiore baſi minime tecta pennis, ſed apice incurva. *Caput* colore viridi æris, vireſcente dilute cæruleo. *Oculorum* orbita nuda. *Cilia* parum ramoſa. Dorſum griſeo-ferrugineum. *Abdomen* & *Alæ* ſubtus dilute cæruleſcentia. *Uropygium* ſubviolaceo-cæruleum. Alarum baſis nitidiſſime cærulea. *Tectrices* ſuperiores dilute cæruleæ. *Remiges* nigri antice obſcure cæruleſcentes & baſi cærulei. *Rectrices* æquales,

quales, viridi-cærulescentes, extrorſum albidiores, ſed 1, 1 apice nigræ; 6, 6 colore uniformes. Lingua lacera.

95. CORACIAS *Oriolus* flava, alis caudaque nigris.
Ampelis flava, artubus nigris, rectricibus exterioribus poſtice flavis. *L. act. Holm.* 1750. *p.* 127. *t.* 3. *f.* 5. *deſcr.*
*Aldrov. orn.* 854. *t.* 857. 858.
*Will. orn. t.* 36. *f.* 6. *Picus nidum ſuſpendens.*
*Raj. av.* 68. Picus nidum ſuſpendens.
Habitat in Finlandia, ubi occiſa & ad me delata; rariſſima apud nos avis.

## Cuculus.

96. CUCULUS *canorus* cauda æquali nigricante albo punctata. *Fn.* 77.
*Geſn. av.* 363. Cuculus.
*Aldr. orn. l.* 5. *c.* 107. Cuculus.
*Bell. ic.* 22. 6. Cuculus.
*Will. orn.* 62. *t.* 77. Cuculus.
*Raj. av.* 23. Cuculus.
*Alb. orn.* 1. *p.* 8. *t.* 8. Cuculus.
*Suecis* Gjök. *Lappis* Geecka.
Habitat frequens per Sueciam, educatur communiter a Motacilla alba, cantat ſuper ramos aridos arborum, veſcitur Larvis Lepidopterorum; autumno capit aviculas; petit aviarium, occidit Enucleatorem & pullum Pavonum; hinc ſclopeto perfoſſus.

*DESCR.* Variant Cuculi colore, ſed utrum hoc ſexu, ætate vel ſpecie, adhuc hæreo, ſic deſcripſi.

1732. V: 16. *Caput* obſcure canum, ut & *collum*, & totum *dorſum* pennis hic inde griſeis interlucentibus; collum ſubtus coloris cinerei undulati luteo mixti. *uropygium* ejuſdem coloris cum dorſo, ſed dilutioris. *Venter* albeſcens, lineis transverſis fuſco-nigreſcentibus; ſimiliter pennæ ſub cauda albicantes, ſed adhuc magis albidæ. *Cauda* reſpectu corporis ſat longa, rectricibus 12 nigreſcentibus apicibus albis, ab altero latere, & in medio, albo maculatæ ſunt. *Alæ* longæ, ſuperne fuſconigreſcentes, ſubtus obſcure canæ lineolis albis transverſis: remiges nigricantes. *Roſtrum* paſum incurvatum: maxilla ſuperior longior nigra, inferior pallidior ſubvireſcens. *Nares* patulæ prominentes nudæ. *Tibiæ* anterius quoad partem tectæ, una cum pedibus flavæ. *Lingua* ſagittata plana. *Digiti* duo antici; totidemque poſtici. *Palpebræ* margine nudo flavæ. *FÆMINA* erat, in qua duo ova magnidudine ſeminis piſi majoris, venter erucis piloſis plenus.

1733. VI: 2. & IX. 16. *MAS* ſimilis præcedenti in omnibus, at differebat roſtro ad angulum oris membrana lutea laxa molli, ut in pullis paſſerini generis. (An itaque hoc anno pullus?) *Caput* cinereum ſ. canum absque ullis griſeis maculis, uti & *dorſum*, quod tamen certo ſitu

 poſi-

poſitum verſus lucem ſplendebat. *Collum* totum, etiam ſubtus, absque maculis canum. *venter* obſcurior quam in præcedente; ſub *cauda* flaveſcens. *pedes* flavi.

1734. VII. 7. *Caput*, dorſum, & totum corpus ſupra canum, penna ſingula cinereo-nigra apice lineola alba terminata, diſco unica alterave faſcia teſtacea picto. *Remiges* cinereo-nigræ, maculis ſeptem pluribusve albis. *gula* nigricans. *collum* & pectus ſubtus albicantia lineis transverſis cinereo-albis. *Venter* albus. *Rectrices* nigræ maculis albis & teſtaceis obſcurioribus variegatæ. *Tectrices* caudæ ſuperiores dorſo concolores, inferiores albæ maculis nigris. *Tibiæ* ſeminudæ, uti etiam *pedes* & ungues flavi. *Roſtrum* nigrum intus flavum. *Lingua* integra, non bifurca; ſub cantu occidebatur.

*FÆMINA* habet lineas fuſcas ad latera colli, quibus *MAS* deſtituitur.

## Jynx.

97. JYNX *Torquilla*.

Cuculus ſubgriſea maculata, rectricibus nigris faſciis undulatis. *Fn.* 78.

*Bell. ic.* 76. *a.* Jynx, Torquilla. Turbo, Siſopigis.

*Geſn. av.* 573. Jynx.

*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 42. Jynx. ſ. Torquilla.

*Jonſt. orn. t.* 42.

*Will. orn.* 95. *t.* 22. Jynx. ſ. Torquilla.

*Raj. av.* 44. *n.* 8. Jynx ſ. Torquilla.

*Rudb. lapp.* 66. *t.* 66. Jynx.

*Alb. orn.* 1. *p.* 21. *t.* 21. Torquilla.

*Suecis* Gjöktyta. *Smålandis* Sæd-Gjök.

Habitat in Truncis arborum putreſcentibus vermes legens, verê canorus, collum undique contorquens, adventantes Accipitres Paſſeribus indicans.

*DESC.* optimam & figuram laudabilem dedit O. Rudbeck Lapp. l. c. *Remiges* fuſcæ: latere exteriore faſciis ferrugineis æqualibus 6 ad 7. *Rectrices* 10, æquales, punctis nigricantibus adſperſæ: faſciis 4 vel 5 nigris undulatis.

## Picus.

98. PICUS *martius* niger, pileo coccineo. *Fn.* 79.

*Geſn. av.* 708. Picus maximus vel niger.

*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 31. Picus maximus.

*Will. orn.* 92. *t.* 21. Picus niger maximus.

*Raj. av.* 42. *n.* 1. Picus niger maximus.

*Alb. orn.* 2. *p.* 26. *t.* 27. Picus maximus niger.

*Suecis* Spillkråka, Tillkråka. *Gotlandis* Toile.

Habitat in arboribus antiquis aridis.

*DESCR.* *Corpus* totum atrum: a baſi roſtri ad occiput macula oblonga purpurea. *Roſtrum* & pedes cinereo-cæruleſcentes.

99. PICUS *viridis* viridis, vertice coccineo. *Fn.* 80.
*Geſn. av.* 710. Picus viridis.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 34. Picus viridis noſtras.
*Will. orn.* 93. *t.* 21. Picus viridis.
*Raj. av.* 42. *n.* 2. Picus viridis major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 18. *t.* 18. Picus viridis.
*Suecis* Wedknarr, Grönſpik, Gröngjöling.
Habitat in exaridis arboribus.

*DESCR.* variat vertice purpureo maculis nigris, vertice purpureo maculis albis, & vertice purpureo immaculato.
*Roſtrum* acuto-compreſſum, maxilla ſuperiori carinata trigona. *Nares* oblongæ ſetis tectæ. *Lingua* cylindracea, apice acuto, tendinoſa, intra cylindraceam tunicam retrotracta. *Caput* & *collum* albicant punctis nigricantibus, quæ puncta in maxillis magis nigra per lineas diſpoſita. *Vertex* purpureus eſt maculis conſtans plurimis cinereis apicibus purpureis aut ſanguineis, ſub ſinu oris utrinque linea purpurea. *Dorſum,* cum alarum tectricibus, viride a medio dorſo uſque ad caudam extimam. *Tectrices* luteo-virides. *Venter* albus maculis nigris transverſis undulatis virore perfuſus.
*Remiges* ſupra nigræ maculis candidis; ſubtus nigricantes maculis albicantibus per ſeries digeſtis. *Cauda* nigricat cum mixtura ſordide viridi verſus baſin. Hæc deſcriptio *FÆMINÆ* erat.
*MAS* differt a Fæmina, quod tempora & oculorum regio nigra ſint, Gula alba. Pectus & venter ſubviridia undulato-variegata.

100. PICUS *major* albo nigroque varius, ano occipiteque rubris.
Picus albo nigroque variegatus, vertice nigro, rectricibus tribus lateralibus utrinque albeſcentibus. *Fn.* 81.
*Geſn. av.* 708. Picus varius major.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 32. Picus major.
*Will. orn.* 94. *t.* 21. Picus varius major.
*Raj. av.* 43. *n.* 4. Picus varius major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 19. *t.* 19. Picus varius major.
*Suecis* Gyllenrenna.
Habitat ruri in arboribus.

*DESCR. Roſtrum* maxilla ſuperiore carinata acuta, lateribus angulatis; apex roſtri compreſſus. *Lingua* longiſſima, apice tenui oſſeo. *Caput* nigrum, fronte pallida; tempora alba; a roſtro ad nucham extenditur nigredo. Mas in occipite maculis coccineis notatur. *Collum* a tergo in medio album. *Remiges* nigræ utrinque maculis 3-6 albis. *Rectrices* atræ 10, quarum 1. 2. 3. utrinque albeſcentes; ſub cauda coccinea eſt.

101. PICUS *medius* albo nigroque varius, ano verticeque rubris.
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus apice albo-variegatis. *Fn.* 82.
*Will. orn.* 94. *t.* 21. Picus varius minor.
*Raj. av.* 43. *n.* 5. Picus varius minor.

*Geſn. av.* 708. Picus varius minor.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 33. Picus varius minor.
Habitat cum præcedenti paſſim.

*DESCR.* Præcedenti ſimilis, ſed minor. *Caput* macula magna coccineâ tegitur, quæ antice extenditur inter oculos. *Occiput* nigra triangulari macula, quæ non extenditur ad roſtrum; gula & collum ſubtus uri & pectus alba; *tempora* albo-cinerea. *Cauda* nigra bifida; *rectrices* 10: quarum 5 nigræ, 1, 2, 3. obtuſiores, apice albo nigroque variæ; ſubtus fuſcæ; ſub *cauda* ruber eſt. *alæ* nigræ, *remigibus* maculis utrinque 3-6 albis pictis.

*Convenit* medius cum majore fronte albida maculaque magna alba in tegetibus alarum; *Differt* vero, quo Medii: Caput ſupra totum coccineum; Majoris vero maris occiput tantum coccineum. Pectus medii ſtrias fuſcas longitudinales habet, quæ in majore deficiunt. Abdomen Medii minus ſaturate ſanguineum.

102. PICUS *minor* albo nigroque varius, ano teſtaceo.
Picus albo nigroque varius; rectricibus tribus lateralibus ſeminigris. *Fn.* 83.
*Raj. av.* 43. Picus varius tertius.
*Alb. orn.* 1. *p.* 20. *t.* 20. Picus varius minor.
Habitat cum præcedenti in Scania. *D. Leche.*

*DESCR.* Magnitudo paſſeris. *Caput* inter oculos verſus nucham nigrum conjunctum lineola a tergo colli cum nigro capite; *vertex* inter oculos albus aut coccineus. *Frons* griſea; gula, pectus, abdomen griſea. macula alba ſupra oculos. *Tempora* griſea. *alæ* nigræ ſex ordinibus maculularum albicantium. *Rectrices* 4. 5. nigræ; 1. 2. 3. ſeminigræ quibusdam maculis nigris.

Dum complicatis alis quieſcit alæ faſciis albis pinguntur. *Pectus* lineolis ſparſis fuſcis, ut in medio. *Sinciput* coccineum; ſed neque occiput, neque frons.

103. PICUS *tridactylus* albo nigroque varius, pedibus tridactylis. *Fn.* 84.
*Acad. ſtock.* 1740. *p.* 222. Picus pedibus tridactylis.
*Edw. av.* 114. *t.* 114. Picus tridactylus.
Habitat in *alpibus Dalekarlicis.*

*DESCR.* Deſcriptionem inſerui actis Academiæ ſtockholmenſis, quam hic contractam exhibeo. Magnitudo proxime præcedentis & ejusdem etiam faciê. *Corpus* nigrum, maculatum: a ſinu oris linea alba utrinque verſus nucham extenſa, ubi conjungebatur, dein deſcendebat dilatata per collum dorſumque ad caudam uſque. *Pectus & abdomen* ſubtus nigro alboque varium. *Remiges* ſupra nigræ: 3 vel 5. ordinibus macularum albarum minimarum; ſubtus vero cinereæ: 7. vel 8. ordinibus macularum albarum majorum. *Tectrices* alarum ſuperiores nigræ. *Cauda* brevis, rigida, rectricibus atris, extima utrinque albo maculata. *Vertex* croceus. *Roſtrum* angulatum apice compreſſo cuneo. *Pedes* tridactyli, conſtantes digitis duobus anticis æqualibus, niſi quod interior paulo minor; poſticus unicus eſt, nec duo, ut in reliquis, hicque longior & craſſior.

## Sitta.

104. SITTA *europæa* rectricibus nigris: lateralibus quatuor intra apicem albis. *Fn.* 182.
*Geſn. av.* 711. Picus cinereus ſ. Sitta.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 38. Sitta.
*Will. orn.* 98, *t.* 23. Sitta ſ. Picus cinereus.
*Raj. av.* 47. *n.* 4. Sitta ſ. Picus cinereus.
*Alb. orn.* 2. p. 27. *t.* 28. Sitta ſ. Picus cinereus.
*Suecis* Nötwäcka, Nötpacka.
Habitat in tectis, parietibus truncisque arborum.

DESCR. *Roſtrum* ſubulatum. *Lingua* lacero-emarginata. *Caput* cinereum linea atra latitudine roſtri a naribus ad nucham longitudinaliter ſignatum. *Collum*, *dorſum*, *tectrices alarum* ſuperiores & *uropygium* cinerea. *Gula*, *pectus*, *abdomen* alba. *Tectrices* inferiores rectricum & latera abdominis maculis ferrugineis & albis tincta. *Remiges* 17 cinereæ, primæ 6 a baſi ad quartam fere partem albæ: tectrices ſubalares albido-cinereæ macula atra. *Cauda* integra, mollis. *Rectrices* 12 quarum quatuor extremæ ſunt ſignatæ macula alba apicem verticaliter ad dimidiam partem ſecans; duæ ſecundariæ fuſcæ, apice ſolummodo canæ; duæ tamen mediæ totaliter canæ. *Rinnan.*

## Upupa.

105. UPUPA *Epops* criſta variegata. *Fn.* 85.
*Bell. ic.* 72 *a.* Upupa.
*Geſn. av.* 776. Upupa.
*Aldr. orn.* 17. *c.* 11. Upupa.
*Charl. onom.* 92. *t.* 93. Upupa.
*Will. orn.* 100. *t.* 24. Upupa.
*Raj. av.* 48. *n.* 6. Upupa.
*Jonſt. orn. t.* 42. 27. Epops, Upupa.
*Alb. orn.* 2 *p.* 39. *t.* 42. 43. Upupa.
*Suecis* Härfogel. *Scanis* Popp.
Habitat in vaſtiſſimis ſylvis, ſono proprium nomen recitans, unde facile dignoſcitur; ruſticis noſtratibus Bellonæ omen. Ova ponit in cavis arboribus duo cinerea.

DESCR. Roſtrum nigricans, erectiuſculum, convexum, compreſſum, obtuſiuſculum. *Corolla* duplex (*ut in Pſittaco criſtato plicatilis*) e pennis roſtro longioribus, teſtacea, apicibus nigris. *Collum* & *pectus* flaveſcens. *Remiges* 1-10 nigræ, verſus baſin albæ. *Dorſum* nigro flavoque mixtum, *uropygium* album. *Cauda* nigra linea transverſa alba. Abdomen albidum. *Pedes* ſubpurpuraſcentes. *Remiges* nigræ. 1 brevior. 2-6 æquales: faſcia tranſverſa nivea. 7 brevior a latere, interiore macula magna nivea. 8 margine exteriore maculis tribus niveis triangularibus & una lineari verſus apicem. 9, 10 faſciis quatuor albidis tranſverſis. 18. macula alba verſus apicem. *Rectrices* decem æquales nigræ: faſcia alba verſus baſin; extima utrinque a latere interiore macula nivea.

## Certhia.

106. CERTHIA *familiaris* ſupra griſea, ſubtus alba, remigibus fuſcis: decem macula alba. *Fn.* 213.
*Geſn. av.* 251. Certhia.
*Aldr. orn. l.* 12. *c.* 44. Certhia.
*Jonſt. orn. t.* 42. Certhia.
*Will. orn.* 100. *t.* 23. Certhia.
*Raj. av.* 47. *n.* 5. Certhia.
*Alb. orn.* 3. *p.* 24. *t.* 25. Certhia.
*Bell. ic.* 98. *a.* Certhias, Certhius, Reptatrix.
*Suecis* Krypare.
Habitat in arborum truncis, inque eorum rimis legit inſectorum ova & larvas, homines minus metuens quam aliæ aviculæ.

DESCR. *Roſtrum* tenue, arcuatum, compreſſum. *Corpus*, dorſum, cauda ſupra griſea: maculis nigricantibus albidisque; ſubtus albicans. *Cauda* longa, rigida, anguſta, cuneiformis: rectricibus acutis, cinereo-fuſcis, exteriori margine pallidiori. *Uropygium* flaveſcens. unguis poſticus longitudine digiti & longiſſimus. *Remiges* fuſcæ; 4-14 macula in media transverſa albida. Remiges 1-23 ſenſim breviores. *Lingua* cartilaginea, acuminata, arcuata. *Nares* ſemitectæ absque vibrizis.

# III. ANSERES.

## Anas.

107. ANAS *Cygnus* roſtro ſemicylindrico atro, cera flava, corpore albo. *Fn.* 28. *It. W:goth.* 143.
*Bell. ic.* 30. a. Cygnus, Cycnus.
*Geſn. av.* 372. Cygnus.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 1. Cycnus.
*Will. orn.* 212. Cygnus ferus.
*Raj. av.* 136 *n.* 2. Cygnus ferus.
*Alb. orn.* 3. *p.* 31. *t.* 91. Cygnus.
β *Will. orn.* 271. *t.* 69. Cygnus manſuetus.
*Raj. av.* 136. *n.* 1. Cygnus manſuetus.
*Suecis* Swan.
Habitat in *Scania*, uti prope Malmogiam copioſe, Ekholmſund, paſſimque in *Lapponiæ* fluviis æſtate. Hoſpitatur rarius ad prædia magnatum. Pulli matris dorſo inſident. piſcatur *It. ſcan.* 186. 228.

108. ANAS *Cygnoides* roſtro ſemicylindrico, baſi gibbo. *Fn.* 89.

*Raj.*

*Raj. av.* 138. Anſer cygneus guineenſis.
*Will. orn.* 275. Anſer hiſpanicus, an potius guineenſis?
*Suecis* Turckiſk Gâs, Siberiſk Gâs.
Hoſpitatur tantum apud nos, ab exteris regionibus allata.
*DESCR.* Color variat. Anſere domeſtico major, gutture craſſiore & rauciore.

109. ANAS *fuſca* nigricans: macula pone oculos lineaque alarum albis. *Fn.* 106. *It. goth.* 215, 271.
*Rudb. pict.* Anas fera nigra.
*Will. orn.* 278. *t.* 70. Anas niger.
*Raj. av.* 141. *n.* 4. Anas niger.
*Suecis* Swärta.
Habitat in mari occidentali & Balthico.
*DESCR. MAS.* magnitudo circiter minoris anſeris. *Roſtrum* anſerinum, incarnatum, ad baſin vero nigrum & gibbum eſt. *macula* alba ſub oculis. *Corpus* totum nigrum. *Remiges* primores nigræ, ſecundariæ vel tectrices albæ. *Cauda* brevis *Pedes* rubri membrana nigra.
*FÆMINA. Roſtrum* fuſcum absque gibbo, marginibus maxillarum lamellato-dentatis: *Lingua* ad latera ciliata. *Corpus* fuſcum pennarum apicibus pallidioribus. *Remiges* 1-10 primores atræ; 11 nigra: 12-20 albæ apicibus fere nigricantibus, 21 undecimæ ſimillima. *Pedes* rubri membrana nigra palmata. *cauda* brevis; pone oculos macula alba rotunda; *tempora* exalbida.

110. ANAS *nigra* baſi roſtri gibba, corpore toto nigra.
*Will. orn.* 280. *t.* 74. Anas niger minor.
*Raj. av.* 141. Anas niger minor.
Habitat in *Lapponiæ* aquis.

111. ANAS *Marila* nigra, humeris cinereo-undatis, abdomine maculaque alari alba.
*Raj. av* 142. Fuligula forte geſneri.
Habitat in *Lapponia. D. C. Solander.*
*DESCR. Magnitudo* vix anatis Boſchæ. *Roſtrum* craſſum. *Nigra* ſunt Roſtrum, Caput, collum, pectus, Thorax, cauda, uropygium ſupra infraque, Remiges extus, Pedes. *Alba* vero macula alarum, Abdomen quod poſtice undatum. Remiges primores primæ nigræ; poſteriores intus albidæ. *Secundariæ* albæ, apice nigræ. *Dorſum* ex albo & nigro undatum.

112. ANAS *ſpectabilis* roſtro baſi gibbo compreſſo: carina pennacea nigra, capitite caneſcente.
*Edw. av.* 154. *t.* 154. Anas canadenſis, capite griſeo-cæruleo.
Habitat in *Norlandia* rarius, inde infarcta S. Regi allata.

113. ANAS *Tadorna* roſtro ſimo, fronte compreſſa, corpore albo variegato.



Anas

Anas albo-variegata, pectoris lateribus ferrugineis, abdomine longitudinaliter cinereo maculato. *Fn.* 93.
Tadorna. *It. ſcan.* 212.* *W:goth.* 214. *
*Will. orn.* 278. *t.* 70. 71
*Alb. orn.* 90. *t.* 94. Vulpanſer.
*Raj. av.* 140. *n.* 1. Tadorna bellonii, Vulpanſer quibusdam.
*Cluſ. exot.* 368. Brandgâs.
*Gotlandis* Jugâs.
Habitantem reperimus in ſola *Gotlandia.* Plumæ molliſſimæ, ut in Anat. moliſſima.

*DESCR.* Anſere domeſtico paulo minor. *Fœmina* alba: Pectus ſuperne ferrugineum; Venter longitudinaliter cinereo-maculatus. Caput & Colli ſuperior pars ſubcinerea. *Remiges* verſus apices ferrugineæ: hinc macula alarum transverſalis lata ferruginea. Roſtrum anſeris domeſtici, ſed magis ſimum.
*Marem* non vidi; dicebatur ab incolis aliter coloratum & pulchriorem eſſe cum caruncula ſ. criſta carnoſa ad baſin roſtri.

114. ANAS *Anſer* roſtro ſemicylindrico, corpore ſupra cinereo, ſubtus pallidiore, collo ſtriato. *Fn.* 90.
*Geſn. av.* 158. Anſer ferus.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 18. Anſer ferus.
*Will. orn.* 274. *t.* 69. Anſer ferus.
*Raj. av.* 136. *n.* 4. Anſer.
*Suecis* Willgâs.
β *Geſn. av.* 141. Anſer domeſticus.
*Will orn.* 273. *t.* 75. Anſer domeſticus.
*Raj. av.* 136. *n.* 3. Anſer domeſticus.
*Suecis* Gâs.
Habitat in *Lapponia* præſertim, avis migratoria, vere accedens, hyeme diſcedens.
β Hoſpitatur ubique. in Oelandia plumæ quotannis velluntur. *It. oel.* 83.

*DESCR.* Tota cinerea, *dorſo* magis fuſco margine pennarum exteriore albo; collum, pectus, latera cinerea margine albidiore. Pone femora & ſub cauda albida. *caput* griſeo-cinereum immaculatum: margine frontis albo. *Remiges* nigræ: tectrices fuſcæ apice albo. *Rectrices* cinereæ apice & margine albo: tectrices omnino albæ.

115. ANAS *Bernicla* fuſca, capite collo pectoreque nigris, collari albo. *Fn.* 91.
*Geſn. av.* 110. Branta ſ. Bernicla.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 33. Branta ſ. Bernicla.
*Jonſt. orn. t.* 49. Bernicla, Brenta.
*Will. or.* 274. Bernicla ſ. Bernacla.
275. *f.* 10. Branta.

*Raj.*

*Raj. av.* 137. Bernicla ſ. Bernacla.
*Valent. muſ.* 495. Anſer ſcoticus verus, Bernicla.
*Alb. orn.* 89. *t.* 93. Brenta
*Belgis* Rotgans. *Calmarienſibus* Prutgâs.
Habitat in *Scania*, *Calmariæ*, marina, migratoria.
DESC. Magnitudo Anſeris minoris. *Corpus* totum nigro-fuſcum. *Nigra* ſunt Roſtrum, collum, caput, pectus. *Collare* anguſtum, album. Remiges & Rectrices ſupra atræ, ſubtus fuſcæ: *Alba* ſunt Abdomen pone pedes, tectrices inferiores caudæ & latera uropygii. Sapidisſima omnium eſt avium aquaticarum.

116. ANAS *erythropus* cinerea, fronte alba. *Fn.* 92.
*Cluſ. exot.* 368. Helſingegas.
*Rudb. pict.* Anſer cinereus ferus, torque inter oculos & roſtrum albo, erythropes.
*W:botnienſibus* Fiællgâs.
Habitat in *Helſingia*, *Lapponiæ* alpibus.
DESC. MAS. Caput & collum ad ſternum usque nigra. Frons tempora gula alba. Dorſi pennæ cinereæ apicibus nigris, margine albis. Pectus, Abdomen, cauda ſubtus alba. Femora cinerea. Remiges cinereo fuſcæ. Rectrices nigræ: tectrice caudæ ſuperiores albæ. FÆMINA Roſtrum ſordide carneum: frons ſola alba. Caput, collum, dorſum, cauda cinerea; pectus & abdomen candida: maculæ in ſterno nigreſcentes; Pedes ſanguinei.

117. ANAS *molliſſima* roſtro ſemicylindrico: ungue obtuſo, cera poſtice bifida rugoſa. *Fn.* 94.
*Barth. act.* 1. *p.* 90. Anas plumis molliſſimis, vulgo Eider.
*Worm. muſ.* 310. Anas plumis molliſſimis.
*Will. orn.* 277. Anas plumis molliſſimis.
278. Anas cuberti ſ. farnenſis.
*Raj. av.* 141. *n.* 3. Anas cuberti ſ. farnenſis.
*Suecis* Ada, Eider, Gudunge. *Bahuſiis* Æra.
Habitat in alto mari, nidificat in maritimis, præſertim *Gotlandiæ*; ovis 5 vel 6 ſub juniperis ſæpius nidificans. Plumæ e nido collectæ omnium moliſſimæ, maxime elaſticæ & pretioſiſſimæ. *It. goth.* 213.
DESCR. MARIS Corpus maxima ex parte album, excepto pileo capitis nigro: pone bipartito, antice tripartito, angulos verſus ſinus ceræ, maxillæ ſuperioris, emittente. *Sternum*, *abdomen*, tota pars poſtica atra; femora, uropygium, *rectrices & remiges* nigra. Capitis poſtica pars juxta pileum vireſcit. *Pectoris* antica pars ex albo incarnata. Magnitudo fere anſeris. FÆMINÆ Corpus totum Scolopacis ſ. cinereum maculis teſtaceis & nigris undulatum. Linea alarum transverſa anguſtiſſima alba.

118. ANAS *moſchata* facie nuda papilloſa. *Fn.* 98. *it. ſcan.* 93.
*Raj. av.* 150. *n.* 3. Anas moſchata.
*Geſn. av.* 122. Anas indica mas.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 26. Anas indica.

*Will. orn.* 294. Anas libyca bellonii.
*Alb. orn.* 3. *p.* 92. *t.* 97. 98 Anas moſchata.
Hoſpitatur in prædiis Magnatum culta, ſed rariſſima.

*DESCR.* Anate domeſtica (Boſchas) duplo major, ex albo & nigro variegata; tota moſchum olens. *Mas* pone collum ſ. in medio collo, a tergo, papillis rubris nudis notatur.

119. ANAS *clypeata* roſtri extremo dilatato rotundatoque: ungue incurvo. *It. gotl.* 167. *Fn.* 102.
*Geſn. av.* 120 Anas latiroſtra major.
*Aldr. orn.* 3. *p.* 227. Anas latiroſtra major.
*p.* 224. Anas latiroſtra Taſchenmaul.
*Will. orn.* 283. *t.* 74. Anas platyrhynchos altera ſ. clypeata germanica.
*Raj. av.* 143. Anas platyrhynchos altera ſ. clypeata germanica.
*Alb. orn.* 1. *p.* 93. *t.* 97. 98. Anas clypeata germanica.
Habitat in *Scania*, *Gotlandia.*

*DESC. MAS.* Caput nigro-cæruleum, nitens. *Pectus* album. *Abdomin* brunneum. *Alæ* albo cæruleoque variegatæ *macula* viridi ſericea. *Remiges* nigræ; ſecundariæ faſciæ alba. *Rectrices* albæ: intermediis nigris. *Pedes* crocei.
*FÆMINA.* corpore toto ſcolopacino colore. *macula* alarum viridi-ænea inter duas lineas albas transverſas. *Roſtrum* utriuſque ſexus ampliatum, extrorſum rotundatum, apice adunco obtuſo maxillarum marginibus ciliatis denticulis paleaceis

120. ANAS *platyrhynchos* macula alari purpurea utrinque nigra albaque, pectore rufeſcente. *Fn.* 103.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 32. *p.* 232. Anas platyrhynchos, pedibus luteis.
*Will. orn.* 284. Anas platyrhynchos, pedibus luteis.
*Raj. av.* 144. *n.* 13. Anas platyrhynchos, pedibus luteis.
*Rudb. pict.* Anas fluviatilis rufa mas, roſtro ſuperius vireſcente, inferius flaveſcente. (Mas)
*Rudb. pict.* Anas fluviatilis rufa, roſtro ſubviridi, pedibus miniaceis.
Habitat in fluviis.

*DESCR. MAS.* macula alarum violacea, nitida, utrinque nigra, extra nigredinem utrinque alba.

*FÆMINA.* macula alarum ut in mare, ſed in medio magis cærulea. *pectus* in utroque rufeſcit, baſis & apex alarum cinerea. *Cauda* alba. Dorſum fuſcum totum margine ferrugineo. ſubtus tota ferruginea maculis obſolete fuſcis. *Gula* pallide ferruginea immaculata. *Alæ* cinereo-fuſcæ: pennæ primores 10 immaculatæ, longiores: ſecundariæ 11-20 fuſcæ apice albæ, latere exteriore violaceo nitido. harum (11-20) tectrices fuſcæ verſus apicem albæ, ipſo apice nigræ. *Rectrices* fuſcæ lineolis ſerpentinis inequali flexu pallidis. *Pedes* rubeſcentes.

121.

121. ANAS *ſtrepera* macula alarum rufa nigra alba. *Fn.* 101.
*Geſn. av.* 121. Anas ſtrepera.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 32. *p.* 233. Anas platyrhynchos, roſtro nigro & plano.
*Raj. av.* 145. *n.* 2. Anas platyrhynchos, roſtro nigro & plano.
*Will. orn.* 287. *t.* 72. The godwall or gray.
Habitat in aquis dulcibus.

*DESCR.* Dorſum fuſcum. *Caput* cæruleo-nigricans. *pectus* albet, venter ſordeſcit maculis transverſis nigris. *latera* lineolis albis nigrisque variegata. *Rectrices* albæ maxima ex parte. *Remiges* 1-10 fuſcæ; 11-13 apicibus albis; 14-17 pinnulæ ad ſcapum exteriorem nigræ apicibus albis; 18-20 exteriori tela a ſcapo, 21-25 rufo-fuſcæ.

122. ANAS *Clangula* nigro alboque variegata, capite tumido nigro viridi; ſinu oris alba macula. *Fn.* 100. *It. oel.* 49.
*Geſn. av.* 119. Clangula.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 42. *p.* 224. Clangula Geſneri.
*p.* 225. Anas platyrhynchos mas.
*Will. orn.* 282. *t.* 73. Anas plathyrynchos mas.
*Raj. av.* 142. *n.* 8. Anas platyrhynchos mas.
*Alb. orn.* 1. *p.* 92. *t.* 96. Clangula.
*It. oel.* 49. Anas clangula.
*Suecis* Knipa. *Scanis* Dopping.
Habitat in Aquis, urinatur egregie, *victitat* Cochleis & Conchis; *nidificat* in cavis arboribus.

*DESCR. MAS.* Caput magnum, fere criſtatum, violaceo-nigrum, macula ſubrotunda alba ad ſinus oris. *Dorſum* nigrum. *Alæ* nigræ, apice medio parum albæ, macula magna alba ſubtus cinereo-nigra. *Cauda* obtuſa utrinque nigra. Collum, pectus, abdomen & omnia ſubtus (excepto capite) alba. *Femora* nigricantia. Linea alba dorſum ab alis diſtinguit. *Roſtrum* nigrum. *Pedes* rubri, membrana nigra. *Oculi* æneí. *Remiges* 1-10 nigræ; 11-13 nigræ apice albo; 14-21 albæ; 22-24 nigræ.
*FÆMINA.* Caput cæſio-ruſeſcens. *dorſum*, latera, *cauda* fuſca ſunt *Alæ* albo-cinereæ. *abdomen* album. *pectus* antice & ad latera cinereum canis marginibus ſeu lineolis transverſis; *Remiges* primores nigricantes, ſecunriæ parum apice albæ, intermediæ niveæ immaculatæ, ultima alba latere exteriore nigro. *tectrices* remigum poſteriorum albo nigroque variæ
*Trachea* in medio maxime ventricoſa, ad baſin, antequam bifurcatur, inqualiter ventricoſa;

123. ANAS *Glaucion* iridibus flavis, capite griſeo, collari albo. *Fn.* 104.
*Bell. ic.* 33. 6. Glaucion. Glaucus.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 38. Glaucion bellonii.
*Will. orn.* 281. Glaucium bellonii.
*Suecis* Brunnacke.
Habitat in maritimis, frequens.

DESCR.

*DESCR. MAS. Caput* ſordide nigrum. *Oculorum* iridibus flavis. *macula* alarum alba.

*FÆMINA. Caput* ſordide fuſcum, in alis loco maculæ pennæ 5 diſtinctæ albæ. *Roſtrum* nigricat; *iris* oculorum glauca. *Collare* album; *pectus* ad ſternum usque nebuloſum. *Cauda* & *Alæ* nigræ. *Dorſum* fuſco-nigrum. *Pedes* & tibiæ ſordida, *palmæ* atræ.

124. ANAS *Penelops* cauda acutiuſcula ſubtus nigra, capite brunneo, fronte alba. *Fn.* 105.
*Geſn. av.* 108. Penelope.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 39.
*Will. orn.* 288. *t.* 72. Penelope.
*Jonſt. orn. t.* 49. Penelope.
*Raj. av.* 146. *n.* 3. Penelope.
*Alb. orn.* 2. *p.* 88. *t.* 99. Anas fiſtularis.
*Suecis* Wriand.
Habitat in *Mari.*

*DESCR. MAS. Caput* & collum brunneum. *frons* alba. *Macula alarum* alba magna ad baſin alæ, dein nigra, tum azurea, demum nigra. *Roſtrum* & *pedes* nigri. *Dorſum* cinereo nigroque undulatum. Collum inferne griſeum. *Cauda* acutiuſcula, brevis, ſubtus nigra. *denticuli* ſquamoſi transverſi; *Lingua* utrinque ciliata.

*FÆMINA* cinereo-nebuloſa excepto pectore ventreque albo. *roſtrum* & *pedes* cinerei. *Macula alarum* nulla.

125. ANAS *hyemalis* cauda cuneata, rectricibus intermediis longis, corpore albo, temporibus pectore dorſo aliisque nigris.
*Rudb. pict.* Anas cauda longa forcipata *Fn.* 95.
*Worm. mus.* 302. Anas iſlandica.
*Edw. av.* 156. *t.* 156. Anas cauda acuta canadenſis
*Suecis* Winter-and.
Habitat in Borealibus Sueciæ provinciis, hyeme intenſiſſima ad nos accedit, neſcio unde.

*DESCR. MAS. Caput.* & collum album, macula capitis utrinque magna nigricante. *Dorſum* nigrum. Sterni regio nigra, quæ nigredo conjungitur cum dorſi nigredine. *Alæ* nigræ abſque macula, ſubtus cinereæ. *Cauda* cuneiformis, ſupra nigra, ſubtus alba; rectricibus acutis, lateralibus quibusdam albis; intermedia rectrice duplo longiore reliquis. *Pedes* plumbei. *Roſtrum* convexum, ſemicylindraceum, obtuſum, nigrum medio incarnatum. *Nares* oblongæ. Maxillarum margo ſquamis patulis dentatus. Faux dentata. *Lingua* apice trilobo obtuſo; lateralibus brevioribus, margine ciliato. *Corpus* album ſed nigra ſunt tempora, pectus, alæ, dorſum, rectrices intermediæ quatuor; harum 5-5 acutæ, longiores; 6-6 ſubulatæ longitudine corporis.

126. ANAS *acuta* cauda acuminata elongata ſubtus nigra, occipite utrinque linea alba, dorſo cinereo undato.

Anas

Anas cauda cuneiformi acuta. *Fn.* 96.
*Geſn. av.* 121. Anas cauda acuta.
*Will. orn.* 289. *t.* 73. Anas cauda acuta.
*Raj. av.* 145. *n.* 14. Anas cauda acuta.
*Suecis* Aler, Ahlfogel.
Habitat in maritimis frequens per Sueciam.

DESCR. *Caput* ſordidum. *Dorſum* albo nigroque tenuiſſime undulatum. Latera colli, *Pectus*, *Abdomen* albida. *Remiges* fuſci. *Macula alarum* violacea, antice ferruginea, poſtice nigra albaque. *Cauda* cuneiformis cinerea, ſubtus nigra; *Rectricibus* intermediis longioribus nigris.

127. ANAS *ferina* alis cinereis immaculatis; uropygio nigro. *Fn.* 107.
*Geſn. av.* 116. Anas fera fuſca vel media.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 40. Anas fera fuſca.
*Will. orn.* 288. *t.* 72. Anas fera fuſca.
*Raj. av.* 143. *n.* 10. Anas fera fuſca.
*Alb. orn.* 2. *p.* 87. *c.* 70. Anas fera fuſca.
Habitat in aquis dulcibus.

*DESCR.* Mandibula ſuperior plumbea ungue nigro, inferior nigra. *Irides* oculorum rutilæ. *Pedes* plumbei. *caput* & collum fulva. media pectoris pars alba fimbriis flaveſcentibus, inferior lineolis fuſcis. *Remiges* 14 nigro-cinereæ. *Rectrices* unicolores cinereo-fuſcæ. Nigra ſunt uropygium, podex & ima pars colli. *Dorſum* lineolis fuſcis cinereisque undulatum. *Willugh.*

128. ANAS *Querquedula* macula alarum viridi, linea alba ſupra oculos. *Fn.* 108.
*Geſn. orn.* 107. Kernell.
*Ald. orn. l.* 19. *c.* 33. Kernell argentoratenſis geſneri.
*Will. orn.* 291. Querquedula prima.
*t.* 74. Querquedula altera.
*Raj. av.* 148. *n.* 9. Querquedula prima.
Habitat in lacubus.

*DESCR.* Magnitudo fere ſequentis. *Roſtrum* nigrum. *Pedes* lividi. *vertex* nigricat; a cantho interiori oculi linea alba ſupra oculos aureſque ad medium cervicis. *gula* nigra. *Pectus* nigro cinereoque undulatum. *Dorſum* purpureo-fuſcum. *Femora* nigro alboque undulata. *Remiges* 1-10 latere anteriore fuſcæ, interiore murini coloris. 11-21 apicibus albæ cæterum anterius viridi nitentes. *Rectrices* 14 fuſcæ, verum extimo maculis alboruſis. *FÆMINA* magis decolor, gula nigra caret. *Willugh.*

129. ANAS *Crecca* macula alarum viridi, linea alba ſupra infraque oculos. *Fn.* 109.
*Geſn. av.* 105. Querquedula.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 31. Phaſcas ſ. Querquedula minor.

*Will.*

*Will. orn.* 290. Querquedula ſecunda.
*t.* 74. Querquedula.
*Raj. av.* 147. *n.* 6. Querquedula ſecunda.
*Alb. orn.* I. *p.* 95. *t.* 100. Querquedula francia.
2. *p.* 91. *t.* 102. Querquedula francia fæmina.
*Suecis* Arta. *W:bothnienſibus* Kræcka.
Habitat in lacubus & fluviis, ſapore præſtantiſſima.

*DESCR.* Corpus inter anates minimum. *Caput* ferrugineum: linea a roſtro ad oculos extenditur, ubi bifurcatur & ramo altero oculum ſuperaſcendit, altero vero infra oculum deſcendit; intra quam bifurcationem macula cærulea nitens deſcendit ab oculis verſus collum & a tergo cærulеſcens coadunatur. *Corpus* totum ſupra lineis nigris albisque undulatum. *Remiges* 1-10 fuſcæ. 11-18 apicibus albis, latere anteriore nigro. 16-19 viridi-nitentes anteriore latere; 20 anteriore latere nigræ. ſub uropygio macula nigra lateribus alba in mare. macula alarum viridi-ſericea ſupra & infra nigra, ante & pone alba. *Roſtrum* ſimum, nigrum. *pedes* nigri unguibus acutis. *Tectrices* alarum fuſcæ; infimæ albæ. *Pectus* albicans maculis rotundis nigris. *abdomen* albidum. *Rectrices* fuſcæ margine albo. Adeoque *Caput* ferrugineum; *macula* viridi ſericea ab utroque oculo deſcendens ad nucham ubi coadunatur & penicillum ſ. criſtam plumoſam deſcendentem cærulam nitidam format, *Macula alarum* viridis: ſupra & infra nigra; antice & poſtice alba.

130. ANAS *Circia* macula alari varia, linea alba ſupra oculos, roſtro pedibusque cinereis. *F.* 111.
*Rudb. pict.* Anas fuſca media, roſtro & pedibus cinereis
*Will. orn.* 291. Anas circia Geſneri. an?
*Alb. orn.* 2. *p.* 92. *t.* 103. 104. Anas circia.
Habitat - - -

*DESCR.* Ad ſternum ſordide nebuloſa. Alæ variegatæ, macula alarum cærulea ſupra infraque nigra, ante & poſt alba.

131. ANAS *Boſchas* rectricibus intermediis recurvis, roſtro recto. *Fn.* 97.
*Geſn. av.* 114. Anas fera torquata minor. (mas)
115. Anas fera torquata major. (fæmina)
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 35. Boſchas major ſ. Anas torquata minor.
*Jonſt. orn. t.* 49. Anas fera Spiegel Endte.
*Will. orn.* 284. *t.* 72. Boſchas major.
*Raj. av.* 145. *n.* 1. Anas torquata minor.
*Alb. orn.* 2. *p.* 89. *t.* 100. Boſchas major.
*Suecis* Gràs-and, Blànacke.
β *Will. orn.* 293. *t.* 75. Anas domeſtica vulgaris.
*Raj. av.* 150. *n.* 1. Anas domeſtica vulgaris.
*Jonſt. orn.* 143. *t.* 49. Anas domeſticas.
*Geſn. av.* 96. Anas cicur.

*Aldr.*

*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 25. Anas domeſticus mas.
*Suecis* Ancka.
Habitat in lacubus & fluviis frequentiſſima, Hoſpitatur manſueta ubique.

*DESCR. MAS Caput* azureum. *Pectus* ferrugineum. *Collare* album. *Cauda* ſubtus lateribus nigra. *Uropygium* vireſcenti-ſericeum; *Rectrices* 8 utrinque laterales cinereo-albeſcentes; at 4 intermediæ nigræ recurvæ. *Pectus* & abdomen cinereum ex albo ſtriis undulatis minutiſſimis confertis. Alæ ſupra ſubfuſcæ, ſubtus albæ. *Remiges* primores 1-10 cinereæ, ſecundariæ 11-24 ſupra ſubfuſcæ, quarum 11-21 apice albæ, at 12-20 in medio violaceæ exterius nigræ, apicibus vero albis; tectrices harum 12-20 cinereæ, in medio albæ, apice nigræ.

132. ANAS *Fuligula* criſta dependente, corpore nigro, abdomine maculaque alarum albis. *Fn.* 99.
*Geſn. av.* 107. Anas fuligula prima.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 34. Querquedula criſtata ſ. Colymbus bellonii.
*Will. orn.* 280. *t.* 73. Anas fuligula prima.
*Raj. av.* 142. *n.* 7. Anas criſtata.
*Alb orn.* 1. *p.* 91. *t.* 95. Anas fuligula.
*Suecis* Wigge.
Habitat in mari.

*DESCR.* Corpus totum nigrum, excepto abdomine a pectore caudam verſus albo. *macula* transverſalis alarum itidem alba. *Roſtrum* & *pedes* nigro-caneſcentes.

133. ANAS cauda longitudine pedum, vertice fuſco, pectore exalbido nebuloſo. *Fn.* 110. †
*Rudb. pict.* Anas varia minor.
Habitat in Norlandia rarius, mihi non viſa.

*DESCR. MAS.* Pectus album, nebuloſum: vertex capitis fuſcus; cauda longitudine pedum. convenit in reliquis multis notis cum Anate hyemali.

*FÆMINA* macula nulla ad alarum exortum. *pectus* ſordidum. *roſtrum* vireſcens.

134. ANAS rufa, roſtro pedibusque cinereis. *Fn.* 112. †
*Rudb.* pict, Anas fluviatilis rufa, roſtro & pedibus cinereis.
Habitat in fluviis rarior, nec mihi unquam obvia.

## Mergus.

135. MERGUS *Merganſer* criſta dependente, capite nigro-cæruleſcente, collari albo. *Fn.* 113. *It. goth.* 166. *oel.* 49.

*Aldr.*

*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 63. Merganſer.
*Will. orn.* 253. *t.* 64. Merganſer.
*Raj. av.* 134. *n.* 1. Merganſer.
*Marſ. danub.* 78. *t.* 37. Merganſer.
*Scheff. lapp.* 348. Knipa.
*Geſn. av.* 134. Mergus cirratus ſ. longiroſtra major.
*Will. orn.* 253. Merganſer fæmina.
*Raj. av.* 134. *n.* 2. Merganſer cirratus longiroſter major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 83. *t.* 87. Merganſer.
*Suecis* Wrakfogel, Kjörfogel. *Gottlandis* Ard. *Uplandis* Skıaka.
Habitat in lacubus & fluviis.

*DESCR. MAS. Roſtrum* teres denticulis recurvis ſubulatis; Maxilla ſuperior apice elongato. *Caput* nigro-ſubcæruleſcens, criſta longa dependente. *Collum* albicans. *Venter* albus. *Pectus* aeſtaceum. *dorſum* cinereo-nigrum. *Remiges* primores nigræ, ſecundariæ albæ, lineis duabus transverſis nigris. *Rectrices* 1-10 nigræ. *11-14* nigræ apicibus albis. 15 19 albæ fundo nigro. 20-26 albæ apicibus nigris. Regio urhopygii cinerea undulata. *Cauda* nigra. *Pedes & Roſtrum* rubra.
*FÆMINA* ſupra cinerea, capite griſeo criſtato; gula, collum pectus, abdomen ſubtus alba.

136. MERGUS *ſerratus* criſta dependente, capite nigro maculis ferrugineis, macula alari alba nigro-bifida. *Fn.* 114. *It. goth.* 271.
*Geſn. av.* 133. Anas longiroſtra geſneri.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 60. Anas longiroſtra geſneri.
*Will. orn. t.* 64. Mergus cirratus minor.
*p.* 255. Mergus cirratus fuſcus.
*Raj. av.* 135. *n.* 4. Mergus cirratus fuſcus.
*Gotlandis* Pracka.
Habitat ubique in aquis.
*DESCR. MAS.* Caput nigrum maculis ferrugineis. *Pectus* griſeum, nigris punctis; venter albus lateribus albo nigroque undulatis. *Dorſum* nigrum *Remiges* nigræ; tectrices alarum albæ, inferiores ſ. proximæ verſus baſin nigræ, hinc macula alarum alba linea transverſa ſit. Cauda fuſca. criſta dependens. *Roſtrum* denticulis ſubulatis recurvis.

137 MERGUS *Albellus* criſta dependente, corpore albo dorſo nigro, alis variegatis.
*Haſſelq. it.* 269. Mergus Tinus.
*Raj. av.* 135. Mergus major cirratus.
*Will. orn.* 254. *t.* 64. Albellus alter.
Habitat in Svecia, rariſſime.
*DESCR. Corpus* album. *Criſta* occipitis ſubtus nigra. *Dorſum* nigrum. *Alæ* nigræ macula in medio alba, magna, & faſciæ duæ albæ. *Cauda* fuſca. *Pectus*, Abdomen alba.

138. MERGUS *minutus* capite griſeo lævi. *Fn.* 115.
*Will. orn.* 261. *t.* 59. Mergus melanoleucos, roſtro acuto brevi.
*Raj. av.* 125. *n.* 5. Mergus melanoleucos, roſtro acuto brevi.
*Rudb. pict.* Mergus minimus cinereus, capite ſemirufo.
Habitat in maritimis.

*DESCR.* Caput ſordidum: maxilla inferior & gula alba. *Venter & pectus* alba. *Dorſum* cinereo-nigricans. *Pedes* ſordidi. *Macula alarum* nigra, ante & pone alba.

## Alca.

139. ALCA *Torda* roſtri ſulcis quatuor: linea utrinque alba a roſtro ad oculos. *Fn.* 120. *It. gotl.* 286.
*Will. orn.* 243. *t.* 64. *f.* 1. *t.* 65. *f.* 2. Alca.
*Worm. muſ.* 363. Alca.
*Cluſ. exot.* 367. Alca.
*Raj. av.* 119. Alca hojeri.
*Alb. orn.* 3. *p.* 90. *t.* 95. Alca hojeri.
*Gotlandis* Tord. *Angermannis* Tordmule.
Habitat in inſulis *Carolinis* Gotlandiæ, in inſula *Bonden* Angermaniæ. ovum 1.

*DESCR.* Magnitudo Cornicis, colore toto corpore prono nigro; ſubtus vero pectore, abdomine, tectricibus inferioribus alarum albis. *Remiges* XI primores nigræ; ſecundariæ XV nigræ apicibus albis. Ab oculis ad ſummum marginem roſtri linea alba utrinque decurrit. *Pedes* nigri tridactyli palmati. *Roſtrum* cultratum, obtuſiſſimum, nigrum ſulcis 4 (in ſuperiori maxilla, at 2 in inferiori) transverſis exaratum, quorum ſecundus albus eſt; maxillæ ſuperioris apex incurvus.

140. ALCA *impennis* roſtro compreſſo-ancipiti ſulcato; macula alba ovata ante oculos. *Fn.* 119.
*Barthol. act.* 1. *p.* 91. Avis garfuhl.
*Will. orn.* 242. *t.* 65. Penguin nautis noſtratibus dicta, quæ goifugel hojeri videtur.
*Cluſ. exot.* 101. Anſer magellanicus.
*Worm. muſ.* 300. *t.* 301. Anſer magellanicus ſ. Pinguin.
*Raj. av.* 118. *n.* 1. Penguin.
Habitat in mari Norvegico rarius.

141. ALCA *arctica* roſtro compreſſo-ancipiti quadriſulcato, oculorum orbita temporibusque albis. *Fn.* 118.
*Geſn. av.* 725. Puphinus anglicus.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 37. Fratercula marina ſ. Pica marina.

*Alb. orn.* 2. *p.* 73. *t.* 78. 79. Pica marina.
*Mart. ſpitzb.* 53. *t. k. f. c.* Avis glacialis.
*Cluſ. exot.* 104. Anas arctica.
*Olear. muſ. t.* 15. *f.* 5. Anas arctica.
*Will. orn.* 244. *t.* 65. Anas arctica.
*Raj. av.* 120. *n.* 5. Anas Arctica.
*Worm. muſ.* 302. Anas arctica cluſii.
*Barthol. act.* 1. *p.* 68. Lunda avis.
*Oelig. muſ.* 2. *ſ.* 11. *n.* 21. *t. f.* 21. Avis marina Lunda dicta.
*Ferroenſibus* Lunda.
Habitat in rupibus & præcipitiis montium maris atlantici, præſertim in inſulis, cum non niſi pacato mari piſcari poſſit; uti ſequentes nidificat in nudo ſcopulo, unico, ſemper in hoc genere, ovo.

Obſ. *Roſtrum* magis quam in Alca Torda compreſſum; maxilla ſuperior non adunca; & maxillarum margo non excurrit infra oculos longiuſculo proceſſu; ut in illa.

142. ALCA *Alle* roſtro lævi conico, abdomine toto ſubtus remigumque poſticorum apicibus albis pedibus nigris.
*Alb. av.* 1. *p.* 81. *l.* 85. Columba groenlandica.
*Edw. av.* 91. *t.* 91. Columba groenlandica.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

Punctum album ſupra oculos. Pectus & Abdomen alba, ſed non collum ſubtus. ſupra dorſum lineolæ aliquot albæ.

## Procellaria.

143. PROCELLARIA *pelagica* nigra, uropygio albo. *Act. ſtockh.* 1745. *p.* 93. *Fn.* 249.
*Alb. orn.* 3. *p.* 87. *t.* 92. Petrel.
*Dampier voyag.* 3. *p.* 97. Petrel.
*Suecis* Stormwåders fogel.
Habitat in mari, ſuper undas currens, inſtante procella proram puppemque navium petens, unde præſagia nautarum de inſtante tempeſtate, quam aviculæ evitare conantur.

*DESCR. Magnitudo* Hirundinis ſ. Motacillæ, tota nigra, in dorſo magis ſaturate, in pectore & abdomine magis obſcure, ſed *tectrices* rectricum infra & ſupra ſunt albæ apicibus nigris, hinc uropygium album eſt. *Rectrices* 12 æquales nigræ, alis breviores, obtuſæ. *Remiges* primores acutiores. *Tectrices* alarum 2 di ordinis apice parum albicant. *Pedes* nigri palmati; femoribus ſeminudis. *Pollex* nullus, ſed unguis minimus ſeſſilis. *Digiti* tres membrana nigra connexi palmati, quorum intimus brevior duobus conſtans articulis; extimus longior interiore, conſtans quatuor articulis; intermedius paulo longior exteriore, ſed 3 articulis conſtans. *Ungues* cinerei nigri, fere æquales. *Roſtrum* nigrum, tenue, com-

compreſſum, molliuſculum, apice nigrum. Maxilla ſuperior apice adunca, acuta, inferiore non longior. *Nares* in medio roſtri, gibbæ, prominulæ (ut in Hirundine); narium foraminibus tenuiſſima membrana diſtinctis; ergo character generis Procellariæ. *Roſtrum* tenue compreſſum: *maxillis* æqualibus: ſuperiore apice adunco. *Nares* prominentes: cylindro foraminibus membranula ſeparatis.

144. PROCELLARIA *glacialis* albicans, dorſo caneſcente.
*Martenſ. ſpitsb.* 68. *t. N. f. C.* Mallemucke.
*Anderſon. iſland.* 173. *n.* 30. Larus marinus maximus groenlandicus.
Habitat in mari ſeptentr. intra circulum arcticum, inhians Cetis; quorum lardum roſtro excidit.

*DESCR.* *Corpus* Magnitudine Gallinæ, album cum tinctura caneſcenti-incarnata. *Dorſum* totum magis caneſcens. *Remiges* latere interiore magis albicantes. *Cauda* rotundata alba. *Pedes* rubri, pone æquilibrium, palmati, ungue poſtico abſque digito. Nares conſtant unico cylindro, nec foraminibus duobus cordatæ. *Roſtrum* rufeſcens naribus fuſcis, compreſſum; mandibulis ex 5 oſſiculis.

## Pelecanus.

145. PELECANUS *Carbo* cauda rotundata, corpore nigro, roſtro edentulo.
Pelecanus ſubtus albicans; rectricibus quatuordecim. *Fn.* 116.
*Geſn. av.* 137. Carbo aquaticus.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 55. Corvus aquaticus.
*Jonſt. orn. t.* 47. Carbo aquaticus.
*Will. orn.* 248. *t.* 63. Corvus aquaticus.
*Raj. av.* 122. *n.* 3. Corvus aquaticus.
*Marſ. dan.* 16. *t.* 36. Corvus aquaticus.
*Suecis* Hafs-Tjäder.
Habitat in maris ſcopulis, arboribusque inſidet.

*DESCR.* Magnitudo anſeris. *Corpus* totum atrum, Sinciput lineolis albicantibus longitudinalibus; regio oculi & gulæ cinerea. *Roſtrum* albicans, abſque dentibus, rectum, teſtaceo-nigrum, apice adunco acuto. *Pedes* nigri, tetradactyli, digitis omnibus in unum connexis.

146. PELECANUS ſubtus fuſcus, rectricibus duodecim. *Fn.* 117.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 58. Graculus palmipes ariſtotelis ſ. Corvus aquaticus minor.
*Will. orn.* 249. *t.* 63. Corvus aquaticus minor ſ. Graculus palmipes.
*Raj. av.* 123. Corvus aquaticus minor, Graculus palmipes dictus.

*Alb. orn.* 2. *p.* 74. *t.* 81. Corvus aquaticus.
Habitat in maritimis: nidificat in arboribus.
*DESCR.* Corpus totum, uti gula, roſtrum, pedes Carbonis; ſed a gula ad femora uſque ſubtus maculis teſtaceis albidis pingitur. Forte hæc avis vel junior vel carbonis femina.

147. PELECANUS *Baſſanus* cauda cuneiformi, roſtro ſcabro, remigibus tantum primoribus nigris, corpore albo.
*Will. orn.* 347. *t.* 63. Anſer baſſanus.
*Raj. av.* 122. Anſer baſſanus.
*Alb. av.* 1. *p.* 82. *t.* 86. Anſer baſſanus.
*Nautis* Jaen von Gent.
Habitat in Oceano Norvegico verſus Marſtrandiam, ad littora non accedit, ſed pelagica avis.

## Colymbus.

148. COLYMBUS *Grylle* pedibus palmatis tridactylis, corpore atro, tectricibus alarum albis. *Fn.* 124.
*Martens ſpitgs.* 56. *l. L. f. B.* Columba.
*Will. orn.* 245. Columba groenlandica.
*Raj. av.* 121. *n.* 6. Columba groenlandica.
Habitat in alto mari.
*DESCR.* Corpus ſtatura Alcæ Alle, ſed roſtro colymbi, totum atrum, exceptis alarum tectricibus primis & ſecundis totis albis; unde macula alarum alba ovata. Pedes rubri.

149. COLYMBUS *Troille* pedibus palmatis tridactylis, corpore nigro, pectore abdomineque niveo, remigibusque ſecundariis apice albis.
*Martenſ. ſpitsb.* 57. *t. M. f. a.* Lumbe.
Habitat in alto mari ſeptentrionali. A. *Martin.*
*DESCR. Magnitudo* Cornicis. *Roſtrum* ſubulatum, nigrum: mandibula ſuperiore ſubcultrata pone apicem utrinque dente obſoleto. *Nigra* ſunt Caput, collum, Alæ ſupra, Dorſum, Remiges, Rectrices. *Alba* ſunt Pectus, Abdomen totum etiam lateribus & apices Remigum ſecundariorum.

150. COLYMBUS *arcticus* pedibus palmatis indiviſis, jugulo nigro-purpuraſcente. *Fn.* 121. *It. goth.* 341.
*Cluſ. exot.* 102. Mergus maximus farrenſis ſ. arcticus.
*Worm muſ.* 304. *t.* 305. Colymbus arcticus Lumme dictus.
*Will. orn.* 259 *t.* 62. Colymbus arcticus.
*Raj. av.* 125. *n.* 7. Colymbus arcticus Lumme wormio dictus.
*n.* 4. Colymbus maximus caudatus.
26. *n.* 8. Colymbus maximus geſneri.
*Nieremb.*

*Nieremb. natur.* 216. Mergus maximus farrenſis ſ. arcticus.
*Merr. pin.* 180 Razorbill.
*Oelig. muſ.* 1. *ſ.* 11. *n.* 2. *t.* 1. *f.* 2. Colymbus a norvegis Lumme.
*Barth. act.* 1. *p.* 90. Avis aquatica.
*Beſl. gaz. t.* 16. Hirundinis aquaticæ exoticæ ſingularis ſpecies.
*Scheff. lapp.* 348. Lom.
*Suecis* Lomm.
Habitat in lacubus Sueciæ ubique vulgaris, nidificat in littore; ponit ova duo.

DESCR. Magnitudo fere Anſeris; *Corpus* totum ſubtus album, ſupra nigrum punctis albis & nigris undulatum. *Caput* & collum canum, a gula ad ſternum uſque macula ſcutiformis nigro-purpuraſcens. *Corium* avis tenaciſſimum eſt, hinc pro Sclopeti tegmento uſurpatur, nec non ad cingendum pileum hyemale. Vidi corium præparatum, quod pulchre inſertiones pennarum exhibet perforatis poris; ubi pennæ per quincuncem, uti arbores in campo, quo minimum ſpatium repleant, & circum ſingulam pennam in quadrato ordine plumæ 12. *Varietas* alia nobis frequens, cui caput & latera colli cinerea; tergum colli albis nigriſque lineolis, cui dorſum fuſcum abſque punctis albis; pectus antice cinereo alboque maculatum, quam puto eſſe Feminam.

151. COLYMBUS pedibus lobatis, capite rufo, collari nigro, remigibus nigris: ſecundariis albis. *Fn.* 122.
*Geſn. av.* 139. Colymbus major.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 52. *p.* 254. 255. Colymbus major criſtatus.
*Will. orn.* 257. *t.* 61. Colymbus criſtatus & cornutus.
*Raj. av.* 124. *n.* 2. Colymbus major criſtatus & cornutus.
*Merr. pin.* 180. Colymbus criſtatus & cornutus.
*Marſ. danub.* 80. *t.* 38. Colymbus major criſtatus.
Habitat in mari.

DESCR. Criſta bifida: caput croceum, collare atrum eminens extra reliquas pennas. *Corpus* nigrum, ſubtus album. *Caput* ferrugineum. *Collare* nigrum. Remiges primariæ nigræ; ſecundariæ albæ. Alarum margo anterior albus. *Pedes* trilobi, non ad baſin fiſſi: pollex brevis.

152. COLYMBUS pedibus lobatis, capite nigro: auribus criſtato-ferrugineis. *Fn.* 123.
*Geſn. av.* 140. Trapazorola vel Mergulus.
*Aldr. orn. l.* 19 *c.* 52. *t.* 258. 252. Colymbus minor.
*Will. orn.* 258. *t.* 61. Colymbus ſ. Podiceps minor.
*Raj. av.* 125. *n.* 3. Colymbus ſ. Podiceps minor.
*Sloan. hiſt.* 2. *p.* 322. *t.* 271. *f.* 1. Colymbus ſ. Podiceps minor.

*Marſ. danub.* 82. *t.* 39. Colymbus minor.
*Oſtro-bothnienſibus* Fiorna. *W:bothnienſibus* Skrænlom.
Habitat in mari. Ova. 4. 5.

*DESCR.* Auritus eſt *auribus* brunneis. *Caput* nigrum. *Collum* brunneum. *Roſtrum* acutum. *Iris* rubra. *Criſta* duplex e plumis nigris anguſtis. *Collare* expanſum, ſed a tergo contractum, ad latera majus, ſub gula bifidum nigricans marginibus, alias ferrugineum: *pedes* extra æquilibrium. *Tibiæ* pone margine duplici ſerrato. *Digiti* tres ſemipalmati fiſſi, præter poſticum minorem absque ungue. *Vertex* capitis fuſcus. gula fuſca, ut & pars corporis ſuperior fuſca. *Alba* ſunt abdomen, gula, aures, oculi verſus roſtrum. *Remiges* 12-26 albæ. *Collum* antice flaveſcens. *Cauda* omnino nulla.

*MAS* niger capite & collo; ab oculis deorſum verſus collum linea e pennis longioribus deſcendit ferruginea. *Dorſum* nigricans. *Remiges primores* nigræ, quo magis interiores eo magis latere interiore albæ: *Remiges ſecundariæ* albæ. *Corpus* ſub alis ferrugineum. *Cauda* fere nulla. Roſtrum nigrum. *FÆMINA* tota griſea roſtro, collo, dorſo; remiges paulo magis nigricantes, ſecundariæ vix albæ.

*ALIA*: *Caput* ſupra nigricans. *Gula* ſub oculis & colli initio alba. *Collum & pectus* antice ferruginea. *Dorſum* fuſcum. *Cauda* nulla. *Remiges ſecundariæ* albæ. *Pedes* tetradactyli: tibiæ poſtice duplicato-ſerratæ.

Nidum conficit natantem in ipſa aqua marina (tamen in ſinubus maris) & incubat ovis natante nido, ut me certiorem fecit *Rud. Haſt.*

## Larus.

153. LARUS *canus* albus, dorſo cano. *Fn.* 125.
*Alb. orn.* 2. *p.* 77. *t.* 84. Larus albus.
*Suecis* Homåka. *Gotlandis* Mave. *Lappis* Straule.
Habitat in mari & lacubus.

*DESCR.* *Corpus* totum album, ſed dorſum & alæ ſupra dilute cinerea, uti & *Remiges*, quarum primores 1, 2, 3, (interdum plures) verſus apicem nigræ, macula alba in medio nigredinis notatæ, omnes extimo margine (exceptis primis) albæ. *Cauda* integra, alba. *Pedes* flavi, palmati, poſtico brevi. *Femora* ſeminuda. *Iris* oculorum cinerea. *Palpebrarum* margo nudus, coccineus. roſtri maxilla ſuperior fere corvi, convexa, cultrata, arcuata; inferior gibba. Canthus oris nudus, coccineus. *Lingua* ſagittata, apice bifido. *Roſtrum* flavum, palatum denticulatum. *Magnitudo* fere gallinæ. *MAS* erat, quem deſcripſi. Ova 3 ponit fæmina.

154. LARUS *fuſcus* albus, dorſo-fuſco. *Fn.* 126.
Habitat in mari & lacubus præcedenti mixtus.

*DESCR.* Omnia ut in præcedenti, excepto quod dorſum & alæ ſupra fuſco-cinerea. *Remiges* ſecundariæ (10-30) incluſive nigræ apicibus albis. Remiges primores vero eo magis verſus apicem albæ, quo principio propiores, nam prima penna alæ nec albo apice in hac ave notatur. Mandibula inferior, ubi ſubtus gibba, croceo colore tingitur. Hujus *Pulli* colore diverſiſſimi, non niſi peracta prima hyeme colores mutant, patrumque veſtitum induunt, quorum itaque deſcriptionem lubet ſubjicere: Corpus totum ſcolopacino colore ſ. cinereo exalbido pallido, maculatum.

tum. *Pedes* cinerei, non flavi, ut in præcedentibus: *Roſtrum* nigrum absque cantho oris ullo coccineo, nec palpebrarum annulo coccineo gaudet. *Collum* & pectus cinerea. *Remiges* cinereæ apicibus nigris, ſed extima nulla macula alba infra apicem ſcatet. *Rectrices* albæ maculis fuſcis, verſus apicem nigræ, ſummo margine albæ.

155. LARUS *marinus* albus, dorſo nigro. *It. goth.* 214. *W:goth.* 156.
*Alb. av.* 3. *p.* 89. *t.* 94. Larus nigreſcens marinus.
Habitat in *Mari.*

156. LARUS *paraſiticus* rectricibus duabus intermediis longiſſimis.
Sterna rectricibus maximis nigris. *Fn.* 129.
*Muſ. dan.* 1. *ſ.* 11. *n.* 20. Avis norvegica Kyuffwa vel Tjufva.
*Mart. ſpitz.* 63. *t.* L. ſ. D. Struntjager.
*Bart. act.* 1. *p.* 91. Truen ſ. Fur.
*Raj. av.* 127. *n.* 2. Struntjager i. e. Coprotherus.
*Suecis* Swartlaſſe. *Angermannis* Labben. *Bahuſiis* Elof.
Habitat in Angermannia, Bahuſia, Finmarkia & alibi ad mare, cibus & mores in *It. W:goth.* 182.

DESCR. *Magnitudo* Columbæ. *Corpus* ſupra oculos nigrum. *Alba* ſubflaveſcentia ſunt Gula, Collum, Pectus. *Fuſca* Dorſum & Alæ. *Cinereum* Abdomen. *Remiges* nigræ; 1, 2. rachi nivea. *Cauda* nigra rotundata; rectrices duæ intermediæ enſiformes duplo longiores. *Roſtrum* atrum, capite brevius: mandibula ſuperior incurva cera nigricante ad medium tecta. *Pedes* tetradactyli: poſtico ſeparato.

157. LARUS *tridactylus* albidus, dorſo caneſcente, rectricum apicibus, excepto extimo, nigris.
*Raj. av.* 128. *n* 4. Larus cinereus.
*Alb. av.* 2. *p.* 80. *t.* 87. Larus hybernus.
Habitat in Oceano noſtro rarior avis. Femora ſemidenudata & Pollex obſoletus muticus hanc ſpeciem valde ſingularem reddunt.

DESCR. *Magnitudo* columbæ majoris. *Roſtrum* fuſcum, gibbo inferiore flaveſcente. *Corpus* albicans. *caput* inter oculos cinereum. *Collum* a tergo nigricans. *Dorſum* canum. Alarum *tectrices* cinereæ, ſed minores nigricantes. *Remiges* albæ, ſed primores 4. latere exteriore nigræ; 5, 6. apice nigræ. *Cauda* integra nivea; *Rectrices* apice late nigræ, ſed extima tota alba.

## Sterna.

158. STERNA *Hirundo* cauda forficata, rectricibus duabus extimis albo nigroque dimidiatis.

Sterna rectricibus extimis maximis dimidiato-albis nigrisque. *Fn.* 127.
*Geſn. av.* 53. Sterna.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 7. Sterna.
*Will. orn.* 268. Hirundo marina, Sterna turneri.
*t.* 68. Hirundo marina major.
*Jonſt. av.* 130. *t.* 46. Larus minor, Sterna.
*Raj. av.* 131. *n.* 1. Hirundo marina, Sterna turneri.
*Alb. orn.* 2. *p.* 79. *t.* 90. Hirundo marina minor.
*Suecis* Tärna.
Habitat ubique ad lacus & ſtagna.

*DESCR. Caput* ſuperne atrum. *Dorſum* cum alis ſuperne incanum. *Pectus* adhuc dilutius incanum. *venter, cauda alæ* ſubtus albæ. *Cauda* forficata, alba, rectricibus utrinque duabus extimis exteriore margine ſuperne fuſcis, quorum extima longiſſima. *Remiges*, quo apice alæ propiores, eo longiores. *Roſtrum* ſubulatum, verſus apicem compreſſum, rectum, coccineum uti & pedes. *Nares* oblongæ, lineares; *femora* ſeminuda. *Pedes* palmati. Ova 3.

159. STERNA *nigra* cauda forficata, corpore fuſco, capite roſtroque nigro, pedibus rubris. *Fn.* 128.
*Raj. av.* 131. Sterna fuſca.
*Alb. av.* 2. *p.* 82. *t* 39. Hirundo marina minor.
Habitat Ultunæ prope Upſaliam, in minimarum inſularum carectis.

*DESC. Facies* & forme magnitudo prioris. *Caput* atrum, modice convexum, parum compreſſum, acuminatum. *Nares* oblongæ, perviæ, nudæ. *Color* totius avis *ſupra* canus una cum gula, pectore, abdomine. *Tectrices* alarum inferiores una cum tectricibus inferioribus caudæ niveæ. *Remiges* primores 1-10 acuminatæ, ſecundariæ 11-25 obtuſæ. *Cauda* parum forcipata: *rectricibus* 12, quarum exteriores interioribus paulo longiores, nec extimæ longiſſimæ ſunt, ut in præcedente. *Remiges* & *Rectrices* omnes unicolores & ſubtus albeſcentes rachi nivea. *Pedes* ſemipalmati, tetradactyli, rubri, poſtico libero; digito interiore paulo breviore quam extimus, ungues nigri, horum intermedius introrſum marginatus.

# IV. GRALLÆ.

## Platelea.

160. PLATELEA *Leucorodia* corpore albo.
Anas roſtro plano: apice dilatato rotundatoque. *Fn.* 87.
*Geſn av.* 666. Pelecanus ſ. Platea.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 13. Leucorodios ſ. Platea, Pelecanus ornithologi.

*Worm.*

*Worm. muſ.* 1. *ſ.* 2. *n.* 10. *t.* 11. *f.* 10. Platea ciceroni.
*Anon. orn.* 134. *f.* 89. Spoonbill.
*Olear. muſ.* 23. *t.* 13. f. 4. Platina ſ. Cochlearia.
*Jonſt. orn. t.* 46. Platea ſ. Pelecanus.
*Merr. pin.* 181. Platea ſ. Pelecanus.
*Marſ. danub.* 5. *p.* 28. *t.* 12. Platea ſ. Pelecanus.
*Will. orn.* 212. *t.* 52. Platea ſ. Pelecanus, Leucorodius ſ. Albardeola.
*Raj. av.* 102. *n.* 1. Platea ſ. Pelecanus.
*Suecis* Pelekan.
Habitat in *Weſtrobothnia* & *Lapponia*, æſtate rarius.

*DESCR.* Tota alba eſt; *collum* longiſſimum; *roſtrum* longum ſupra & infra omnino planum uti lamella, verſus apicem dilatatum in figuram ſubrotundam.

## Ardea.

161. ARDEA *Grus* cinerea, occipite nudo papilloſo, pileo remigibusque nigris, tectricibus alarum intimis laceris.
Ardea vertice papilloſo. *Fn.* 131.
*Bell. ic.* 41. *b.* Grus.
*Geſn. av.* 529. Grus.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 5. Grus.
*Jonſt. orn.* 166. *t.* 54. Grus.
*Blaſ. anat. t.* 41. *f.* 8. Grus.
*Will. orn.* 200. *t.* 48. Grus.
*Raj. av.* 91. *n.* 1. Grus.
*Marſ. danub.* 5, *p.* 6. *t.* 1. Grus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 60. *t.* 65. Grus.
*Suecis* Trana.
Habitat paſſim in campis ſubhumidis.

*DESCR. Corpus* canum. *Dorſum* griſeſcens. *Capitis* pileus niger, occipite nudo papilloſo. *Jugulum* a roſtro ad medium colli fuſcum. *Tempora* alba, albedine deſcendente verſus tergum colli. *Remiges* nigræ. *Tectrices* ultimæ longiores laxiores dependentes laceræ. *cauda* nigricans. *Femora* ſeminuda, *pedibus* nigris. *Roſtrum* rectum, viride.

162. ARDEA *Ciconia* alba, remigibus nigris, cute ſanguinea. *Fn.* 136.
*Bell. ic.* 45. *a.* Ciconia.
*Lonic. herb.* 341. *a.* Ciconia.
*Geſn. av.* 262. Ciconia.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 1. Ciconia.
*Jonſt. orn.* 147. *t.* 50. Ciconia.
*Will. orn.* 210. Ciconia alba.

*Raj. av.* 97. *n.* 1. Ciconia alba.
*Marſ. dan.* 5. *p.* 26. *t.* 11. Ciconia.
*Alb. orn.* 2. *p.* 59. *t.* 54. Ciconia alba.
*Suecis* Storck.
Habitat in Gothia, præſertim in Scania: nidificat ſuper tectis, turribus, altis decollatis arboribus: *edit* ranas, ſerpentes, non vero bufones.

*DESCR. Alba* ſunt caput, collum, venter, cauda. *nigræ* remiges. *Roſtrum pedesque* rubri; facies magna ex parte alba. *Lingua* breviſſima; *cutis* tota ſanguinea. *Jugulum* minus rubrum, antice album. *Palpebræ* nigræ baſi rubræ.

163. ARDEA *nigra* pectore abdomineque albo. *Fn.* 136.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 2. Ciconia nigra.
*Will. orn.* 211. Ciconia nigra.
*Raj. av.* 97. *n.* 2. Ciconia nigra.
*Geſn. av.* 273. Ciconia nigra.
*Alb. orn.* 3. *p.* 77. *t.* 82. Ciconia nigra.
*Rudb. pict.* Ardea fuſca, pectore & cauda nigra, roſtro & pedibus ſub viridibus.
*Suecis* Odenſwala.
Habitat in Svecia rarius, ſed tranſmigrat verſus arcticum. *victitat* Ranis.

*DESCR. Magnitudo* congenerum. corporis *color* ſupra niger; ſubtus albus eſt. *Nigra* ſunt caput, collum ad ſternum uſque, dorſum, alæ, cauda. *Alba* vero pectus & venter: *femora* ſeminuda una cum roſtro viridia. *Pedes* ſemipalmati & *Roſtrum* rubra. Dorſi color nitet; colli vero cineraſcens eſt.

164. ARDEA *ſtellaris* capite læviuſculo, corpore teſtaceo maculis transverſis, ſubtus maculis oblongis fuſcis.
Ardea vertice nigro, pectore pallido maculis longitudinalibus nigricantibus. *Fn.* 134.
*Geſn. av.* 215. Ardea ſtellaris minor.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 16. Ardea ſtellaris minor ſ. Oenus.
*Will. orn.* 207. *t.* 50. 52. Ardea ſtellaris.
*Raj. av.* 100. *n.* 11. Ardea ſtellaris.
*Marſ. danub.* 5. *p.* 16. *t.* 6. Ardea ſtellaris.
*Alb. orn.* 1. *p.* 65. *t.* 68. Ardea ſtellaris.
*Suecis* Rördrum.
Habitat ad aquas.

*DESCR. Roſtrum* longum, convexum, obſolete nigrum, acutum. *Nares* oblongæ, valvula ſ. ſquama a latere ſuperiore tectæ, a qua canalis ſ. ſulcus ad apicem roſtri excurrit. *Lingua* anguſta, acuta, triangularis. *Femora* ſeminuda, dilute viridia. *ungues* leviter arcuati, poſtico longiore. *Remiges* in ſingula ala 22. *Rectrices* 12 obtuſæ. *Color* corporis ſupra rufoteſtaceus maculis oblongis transverſalibus; ſubtus vero dilutior maculis pen-

pennarum longitudinalibus. *Capitis* color luci objectus a roſtro ad col-lum uſque niger.

165. ARDEA *cinerea* occipite criſta pendula, dorſo cæruleſcente, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris.
Ardea criſta dependente. *Fn.* 133.
*Geſn. av.* 212. Ardea pulla ſ. cinerea.
*Jonſt. orn.* 151. *t.* 50. Ardea cinerea.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 9. Ardea cinerea major.
*Will. orn.* 203. *t.* 49. Ardea cinerea major.
*Raj. av.* 93. *n.* 1. Ardea cinerea major.
*Marſ. danub.* 5. *p.* 8. *t.* 2. Ardea cinerea major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 46. *t.* 67. Ardea cinerea major ſ. pulla.
*Suecis* Håger.
Habitat ad aquarum ripas: nidificat in arboribus.
DESCR. *Roſtrum* compreſſum, acutum. *Maxilla* ſuperior nigra, inferior carnea. *criſta* parva dependens nigra, macula intra oculos & roſtrum utrinque albida. *gula* alba. *collum* a tergo & dorſum cæruleo-cana. *collum* ſubtus albicat maculis nigris longitunalibus pictum. *Pectus* & *venter* albida. *Femora* flaveſcentia. *Remiges* 24 nigræ. *Cauda* (12) cana *Femora* ſeminuda, cinereo-incarnata. *Pedes* nigricantes. digiti intermedii unguis extrorſum ſerratus; extimus digitus adnexus intermedio digito.

166. ARDEA *alba* capite lævi, corpore albo, roſtro rubro. *Fn.* 132.
*Raj. av.* 99. *n.* 4. Ardea alba major.
*Will. orn.* 205. Ardea alba major.
Habitat in Scania, viſa ad Araslöf.
DESCR. Tota nivea, caret criſta. *Roſtrum* luteum.

# Scolopax.

167. SCOLOPAX *Tetanus* roſtro recto baſi rubro, pedibus coccineis, remigibus ſecundariis albis.
Tringa roſtro nigro baſi rubra, pedibus coccineis. *Fn.* 149.
*Geſn. av.* Totanus.
*Raj. av.* 107. *n.* 1. Totanus.
*Alb. orn.* 3. *p.* 82. *t.* 87. Totanus.
Habitat ad paludes.
DESCR. *Femora* ſeminuda, plantis parum palmatis. *Cauda* albida nigro-undulata transverſim. *Remiges* exteriores nigricantes: 11-21 albæ. *dorſum* nigro-cinereum maculatum, uti & *caput* & *collum*. *pectus* album nigris maculis. *Abdomen* album. *Roſtrum* capite longius, ſubulatum, læve.

168. SCOLOPAX *Arquata* roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, alis nigris: maculis niveis. *Fn.* 139. *it. Scan.* 333.
*Geſn.*

*Geſn. av.* 222. Numenius ſ. Arquata.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 21. Numenius.
*Will orn.* 216. *t.* 54. *f.* 1. 2. Numenius aldr. ſ. Arquata.
*Raj. av.* 103. *n.* 1. Numenius ſ. Arquata major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 75. *t.* 79. Arquata.
Habitat in paludibus.

*DESCR. Pedes* fuſco-ſubcæruleſcentes. *Roſtrum* arcuatum, nigricans, longiſſimum. *Remiges* primores nigræ, ſecundariæ albo-maculatæ. Alba ſunt *Venter* & *uropygium*. Pennæ in corpore nigricantes, ſed margine cinereo ruſeſcente in dorſo, albido in pectore, albo-ruſeſcente in gula. *Arquata ſ. Numenius medius Rudbeckii* eſt hujus fæmina, quamvis colore aliam quaſi avem ſiſtat, cujus caput, collum, pectus dilute griſea; maculis longitudinalibus fuſcis; femora ſeminuda cærulea: pennæ dorſi nigræ maculis griſeis.

169. SCOLOPAX *Phæopus* roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, dorſo maculis fuſcis rhombeis. *Fn.* 140.
*Geſn. av.* 500. Phæopus altera.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 21. Arquata minor.
*Will. orn.* 217. Arquata minor.
*Raj. av.* 103. *n.* 2. Arquata minor.
*Suecis* Windſpole. Norlandis Spof.
Habitat in paludibus. Ova vireſcentia maculis tecta.

*DESCR.* Roſtrum maxime arcuatum, nigrum. *Pedes* cæruleſcunt. *Caput, collum* & *pectus* maculis longitudinalibus acuminatis; inferioribus veluti ſinu arcuatis. *Venter* albus; pone femora maculæ diſtinctæ. *Cauda* cinerea faſciis fuſcis. *Remiges* nigricant. *Dorſum* poſtice album.
*FÆMINA* hujus, quam a D. D. Lechio habui, ſequentem ſubminiſtravit deſcriptionem: *Remiges* 26 nigræ, quarum 1 rachi alba. 1-5 apice & latere exteriore nigræ, 6 & reliquæ inſequentes non tantum a latere exteriore, ſed & a latere interiore maculis 5-12 albis. *Rectrices* 14 faſciis 8, pallidioribus, totidemque obſcurioribus alternis. *uropygium* album lineis nigricantibus. *Caput* dilutius cinereum rachidibus obſcurioribus, ſupra vero fuſco-cinereum eſt.

170. SCOLOPAX *Ruſticola* roſtro recto lævi, pedibus rufis, femoribus tectis, unguibus pollicum obſoletis.
Numenius roſtri apice lævi, capite linea utrinque nigra, rectricibus nigris apice albis. *Fn.* 141.
*Geſn. av.* 502. Ruſticola ſ. Perdix ruſtica major.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 51. Scolopax ſ. Perdix ruſtica.
*Will. orn.* 213. Scolopax.
*Raj. av.* 104. *n.* 1. Scolopax, Gallinago maxima.
*Alb. orn.* 1. *p.* 67. *t.* 70. Scolopax.
*Suecis* Morkulla. *Anglis* The Woodcock.
Habitat in apropriatis locis, volitans per noctes, quaſi viam ſtrictiſſimam, in ipſo aëre itu redituque continuo. Per hyemes

mes in Anglia habitat, inde matrimonio juncta vere diſcedit. Victitat Lumbricis, ideoque æſtate deſerit auſtrales terras & hyeme boreales.

DESCR. *Corpus* ſupra griſeum lineolis craſſiuſculis transverſis nigris cum maculis ſæpe nigris temere ſparſis; ſubtus albicat totum, lineis tenuioribus nigris. *Cauda* breviſſima, *rectricibus* nigris, apicibus ſupra canis, ſubtus niveis. Margo lateralis exterior rectricum teſtaceo-variegatus; a roſtro ad oculos linea nigra extenditur. *Roſtrum* rectum, digitis duplo longius, ad latera rugoſum, utrinque ſulco exaratum; apex glaber, maxilla ſuperior productior apice ſubtus gibba. *Pedes* cinerei, ad genua tecti, *venter* maculatus ut reliquum corporis.

171. SCOLOPAX *Glottis* roſtro recto baſi inferiore rubro, pedibus vireſcentibus.

Numenius pedibus vireſcentibus, uropygio albo, remigibus lineis albis fuſcisque undulatis. *Fn.* 142.
*Geſn. av.* 520. Glottis.
519. Limoſa venetorum.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 66. Pluvialis major.
*Will. orn.* 220. Pluvialis major.
*t.* 55. Glottis ſ. Pluvialis major.
*Raj. av.* 106. *n.* 8. Pluvialis major.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 317. Glottis ſ. Pluvialis major.
*Suecis* Glutt.
Habitat in paludibus.

DESCR. *pedes* plumbei. *venter* albus. *pectus* griſeum. *Dorſum* pennis nigris margine griſeis, apicibus albis tectum. *Roſtrum* nigrum, baſi inferioris maxillæ rubra.

172. SCOLOPAX *limoſa* roſtro recto lævi, pedibus fuſcis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis.

Numenius uropygio albo; rectricibus nigris baſi albis, remigibus transverſa alba macula, exceptis quatuor primis. *Fn.* 144.
Habitat in carectis.

DESCR. *Magnitudo* Vanelli. *Caput*, *collum*, *Pectus* ſubflaveſcentia, transverſe fuſco-maculata. *Roſtrum* rectum, longiſſimum, apice glabro. *Abdomen* albicans maculis cinereo-flaveſcentibus. *Dorſum* cinereum maculis fuſcis teſtaceisque, latera cinerea immaculata. *Tectrices* caudæ ſuperiores & inferiores albæ. *Rectrices* 1 - 4 nigricantes, latere interiori albæ, 8 &c. nigricantes macula transverſa alba. Communicavit *D. G. Wallerius*.

173. SCOLOPAX *Gallinago* roſtro recto apice tuberculato, pedibus fuſcis, lineis frontis fuſcis quaternis.

Numenius capite lineis quatuor fuſcis longitudinalibus, roſtri apice tuberculoſo; femoribus ſeminudis. *Fn.* 143.

*Geſn*

*Geſn. av.* 503. Gallinago ſ. Ruſticola minor.
*Ald. orn. l.* 20. *c.* 53. Scolopax ſ. Gallinago minor.
*Will. orn.* 214. Gallinago minor.
*Raj. av.* 105. n. 2. Gallinago minor.
*Alb. orn.* 1. *p.* 68. *t.* 71. Gallinago minor.
*Suecis* Horsgjök.
Habitat in carectis.

*DESCR. Caput* teſtaceo-pallidum: lineis quatuor fuſcis longitudinalibus, quarum exteriores per oculos ducunt. *Collum* griſeum maculis fuſcis. *Sternum* & venter alba. *Alæ* nigro-cinereæ pennis nigricantibus; margine exteriore longitudinaliter pallide teſtaceo; diſco punctato. *Cauda* brevis: *Rectrices* nigræ faſciis ferrugineis apice albidæ *femora* ſeminuda; digito poſtico unico articulo breviſſimo, at intermedio longitudine tibiæ. *Roſtrum* pallidum, longiſſimum, exterius atrum, apice inæqualibus punctis excavatis. *Remiges* ſecundariæ apicibus albent linea alba transverſali, hinc clauſis alis linea lateralis alba. Remigum prima a latere anteriore tota alba.

174. SCOLOPAX *lapponica* roſtro ſubrecurvato, pedibus nigris, pectore ferrugineo. †
Recurviroſtra pectore croceo. *Fn.* 138.
*Rudb. pict.* Scolopax roſtro recurvo, pectore rufeſcente, pedibus nigris.
Habitat in Lapponia

*DESCR. Roſtrum* longum, vix notabile recurvatur. Tota ſubtus crocea a roſtro ad femora. *Dorſum* griſeum. *Roſtrum* & *Pedes* fuſci.

## Tringa.

175. TRINGA *Pugnax* roſtro pedibusque rubris, facie papillis granulatis carneis; rectricibus tribus lateralibus immaculatis. *Fn.* 145.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 19. *f.* 1. 8: Avis pugnax.
*Jonſt. orn.* 152. *t.* 51 52. Avis pugnax.
*Will. orn.* 224. *t.* 56. Avis pugnax.
*Raj. av.* 107. *n.* 3. Avis pugnax.
*Marſ. danub.* 52. *t.* 24. Avis pugnax.
*Alb. orn.* 1. *p.* 69. *t.* 72. 73. Avis pugnax.
*Suecis* Brushane.
Habitat ubique per Sueciam, præſertim in *Scania.*

*DESCR. Dorſum* teſtaceum maculis nigris cæruleſcentibus nitidis. *Alæ* ſupra cinereæ, ſubtus albæ. *Pectus* albicat, pennis nigris maculatum. *Abdomen* album, *cauda* fuſca, faſciis pallidis. Remige 5 utrinque nigro alboque variegata. *Pedes* rubri cum poſtico. Pennæ colli longæ albæ, facies infinitis parvis papillis carneis adſperſa.
*FÆMINÆ Corpus* ex teſtaceo & nigro varium ſ. ſcolopacinum. *Remiges* fuſcæ; ſecundariæ margine albæ. *Rectrices* 3 exteriores cinereæ immaculatæ

culata margine albo ut in mare, ſpeciei nota propria. *Abdomen* album.

176. TRINGA *Vanellus* pedibus rubris, criſta dependente, pectore nigro.
*Bell. ic.* 49. *a* Capra, Capellus, Vanellus.
*Geſn. av.* 764. Vanellus.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 63. Capella, ſ. Vanellus.
*Jonſt. orn.* 164. *t.* 53. 27. Vanellus ſ. Capella.
*Vill. orn.* 228. *t.* 57. Capella ſ. Vanellus.
*Raj. av.* 110. *n.* 1. Capella ſ. Vanellus.
*Anonym.* 138. *t.* 95. Lapving.
*Alb. orn.* 1. *p.* 70. *t.* 74. Capella ſ. Vanellus.
*Suecis* Wipa. Kowipa. *Gotlandis* Blæcka.
Habitat ubique in pratis depreſſis, copioſiſſima ad Scanor.

*DESCR. MAS. Caput* ſupra nigrum plumis longis pone reclinato-pendulis in criſtam. *Gula* verſus collum deorſum nigra. *Pectorale* nigrum. *tempora* alba. *Collum* ſupra cinereum. *Dorſum* e brunneo, cæruleo, viridi, ferrugineoque ſplendens. *Pectus* album. Alæ tectrices collo concolores ſed magis cæruleæ. *Remiges* 24, nigræ: primariæ 5 apicibus albicant, ſecundariæ verſus baſin albicant. *Cauda* integra. *Rectrices* 12 albæ, a medietate exteriore nigræ, apicibus pallidis: quarum remex extima utrinque alba, excepta macula nigra prope apicem. *Tectrices* caudæ extra & ſubtus ferrugineæ. *Roſtrum* nigrum. *Nares* oblongæ perviæ. *Pedes* rubri. *Mas* gula nigra; *Fæmina* gula alba. Maris remex extima alba, macula infra apicem nigra. Feminæ extimus remex totus albus eſt.

177. TRINGA *Gambetta* roſtro pedibusque rubris, corpore luteo cinereoque variegato, ſubtus albo. *Fn.* 153.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 26. Gambetta.
*Raj. av.* 107. Gambetta.
Habitat in deſertis paludoſis.

*DESCR. Corpus* luteo & cinereo maculatum; *Pectus* albo & cinereo maculatum.

178. TRINGA *interpres* pedibus rubris, corpore nigro albo ferrugineoque vario, pectore abdomineque albo. *Fn.* 154. *It. gotl.* 217.
*Edw. av.* 141. *t.* 141. Morinellus canadenſis.
*Gotlandis* Tolk.
Habitat in *Gotlandiæ* inſulis: Heligholmen & Claſen.
*DESCR. Magnitudo* Turdi, *Venter*, *pectus*, *cauda* ſubtus, *alæ* ſubtus, *dorſum* pone alba. *Caput* magna ex parte album maculis griſeis adſperſum. *Collum* ſ. *Pectus* anterius nigrum lata macula, a qua utrinque verſus partem ſuperiorem colli, alia per oculos verſus frontem, alia verſus maxillæ inferiores latera. Hanc nigredinem diſtinguit macula alba in gula, alia alba inter roſtrum & oculos, alia ad aures, alia in ſincipite. *Cauda* brevis fuſca. *Rectrices* baſi apiceque albæ, exceptis intermediis

diis duabus. *Alæ* ſuperne cinereæ. *Remiges* nigricantes, verſus baſin albæ, at ſecundariæ & apice & baſi albæ. *Dorſum* tegunt pennæ longiores latiores nigræ maculis ferrugineis. *Roſtrum* breve, ſubulatum, obtuſum, nigrum, longitudine digitorum. *Nares* oblongæ, perviæ. *Pedes* ſanguinei, fiſſi, tetradactyli, unguibus nigris; *Femoribus* ſeminudis.

179. TRINGA *lobata* roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus vireſcentibus lobatis, abdomine albido.
*Edw. av.* 143. *t.* 143. Tringa fuſca, pedibus fulicæ.
Habitat in *Lapponia.* P. Adlerheim.

*DESCR. Roſtrum* rectum nigrum capite longius apice incurvum, baſi inferiore rubra. Fuſca ſunt Gula, collum ſubtus, ſed *dorſum* albo punctatum & *Pectus* lineis albis tranſverſis. *Abdomen* fuſco albicans. *Remiges* fuſcæ ſecundariis margine utroque albo maculato. *Rectrices* fuſcæ faſciis albis plurimis; ſuperiore faſciis obſoletis; *poſtica* dorſi alba. *Magnitudo* Turturis.

*ALIAM* etiam e Lapponia a D. Adlerheim advectam, an ſexu diſtinctam, adjiciam, cui *Gula* macula alba poſtice triloba. *Collum* ſubtus etiamque lateribus ferrugineum. *Pectus* antice cinereum, ceterum ut abdomen & tectrices inferiores caudæ album. Maculæ ferrugineæ in medio dorſi. *Remiges* primores fuſcæ rachi alba. Secundariæ primores margine albæ. *Rectrices* cinereæ margine albo. *Roſtrum* & *Pedes* nigri.

180. TRINGA *Ocrophus* roſtri apice punctato, pedibus vireſcentibus, dorſo fuſco-viridi nitido. *Fn.* 146.
*Bell. av.* Cinclus.
*Geſn. av.* 517. Gallinæ genus, quod nomine ignoto Sametes humbe nomino.
508. Rhodopus.
511. Ochrophus medius.
*Adr. orn. l.* 20. *c.* 39. *p.* 461. Gallinula Rhodopus ſ. Phænicopus.
*l.* 20 *c.* 54 *p.* 481. Tringa.
*Will. orn.* 222. *t.* 55. Tringa.
*Raj. av.* 108. *n.* 7. Tringa.
Habitat ad carecta & ripas.

*DESCR. Roſtrum* nigrum. *Crura* plumbea. *Corpus* ſupra fuſcum. *alæ* ſubtus nigræ lineis albis undulatis. *Venter* albus. *Collum* maculatum. *Cauda* maculis tranſverſis. *Rectrices* 1. 1 penitus candidæ. 2. 2. macula prope apicem alba. 3. 3. ductu albo non longe ab apice. 4. 4. ductibus duobus. 5. 5. ductibus duobus cum dimidio. 6. 6. ductibus quatuor.

181. TRINGA *alpina* teſtaceo-fuſca, pectore nigricante, rectricibus cinereo albidis, pedibus fuſceſcentibus.
Habitat in *Lapponia* P. Adlerheim.
*DESC. Corpus* Sturni magnitudine griſeo fuſcoque intime mixtis maculatum. *Sternum* nigrum. *Abdomen* album. *Remiges* primores fuſcæ rachi alba; ſecundariarum primores apice margine exteriore latereque interiore albæ. *Rectrices* cinereæ. *Roſtrum* vix capite longius.

182.

182. TRINGA *Hypoleucos* roſtro lævi, pedibus lividis, corpore cinereo lituris nigris, ſubtus albo. *Fn.* 147.
*Geſn. av.* 509. Gallinula aquatica hypoleucos.
617. Motacilla cujus iconem Kentmannus, deſcriptionem Fabricius ex Miſnia dedere.
*Aldr. orn.* 3. *p.* 469 Gallinula hypoleucos.
*Will. orn.* 223. *t.* 35. Tringa minor.
*Raj. av* 108. *n.* 5. Tringa minor.
*Suecis* Snäppa. *Genevenſibus* Beccaſin.
Habitat ad lacus.

*DESCR.* Cum hac forte eadem eſt avis *Weſtmannis* Strandſittare, quæ habitat in littoribus ſabuloſis (Kallſtrander). *Roſtri* apex lævis; *pedes* & *roſtrum* livida, vix capite longiora. *Caput*, *collum* poſtice, *dorſum*, *alæ*, *uropygium* & tota ſupra cinerea lituris unduliſque fuſcis. *Gula*, *abdomen*, *femora*, ani regio alba. *Collum* ſubtus album, lineis longitudinalibus ſubfuſcis. *Rectrices* quatuor intermediæ cinereæ totæ; quatuor laterales apice albæ, at 1, 1 & 2,2 latere exteriore albo faſciis fuſcis. 4-9 apice albæ; alias cinereæ obſolete. *Remiges* fuſcæ; 1 immaculata. 2-20 fuſcæ, interiori latere macula alba. 11-20 fuſcæ apice albæ, nullæ lineolæ undulatæ ſubtus; extimus *digitus* medio adnectitur; linea alba ſupra oculos. Magnitudo Motacillæ albæ.

183. TRINGA *Canutus* roſtro lævi, pedibus cineraſcentibus, remigibus primoribus ſerratis.
Tringa cinerea, remigibus ſecundariis baſi totaliter albis; rectricibus quatuor mediis immaculatis. *Fn.* 150.
Habitat juxta aquas, ubi currit, caudam motacillæ inſtar continuo motitans.

*DESCR.* Magnitudo fere Sturni. *Caput*, *dorſum*, *collum* fuſco nigro griſeoque undulata. *Abdomen*, *pectus*, *gula*, *collum* ſubtus, alba. *Remiges* 20. fuſcæ; primores in medio poſtice albæ, ſecundariæ in medio totaliter ſ. utrinque albæ; apices in his ſecundariis albæ, in primoribus minus manifeſte albæ. *Rectrices* fuſcæ 1, 2, 3, 4 albo-variegatæ, at 5, 6 (ſeu quatuor intermediæ) omnino albedine expertes & griſeo-maculatæ. *Roſtrum* fuſcum, capite paulo longius. *Pedes* cineraſcentes, tetradactyli; ultimus medio adnexus infimo articulo. *Femora* ſeminuda. *Alæ* ſubtus faſcia quadruplici alba pinguntur. tectrices alæ ſuperiores, præſertim primæ, albicant apicibus. *Remiges* 1 2 3 4 5 6 margine exteriore verſus apicem ſerratæ ſunt, macula ſupra oculos alba. in linguæ baſi octo denticuli, & in fauce plures retro ſpectantes denticuli.

184. TRINGA *Glareola* roſtro lævi, pedibus vireſcentibus, corpore fuſco albo-punctato, pectore ſubalbido.
Tringa nigra albo punctata, pectore maculato, abdomine ſubalbido; pedibus vireſcentibus. *Fn* 152.
*Rudb. pict.* Gallinula aquatica minor, pedibus ſordide viridibus.
Habitat in ſylvis uliginoſis.

*DESCR.* Magnitudo Sturni. *Dorſum* fuſcum albo punctatum. Uropygium

gium album. *Remiges* fuſcæ: prima rachi nivea; ſecundariæ apicis margine albæ. *Rectrices* faſciis albis fuſciſque: laterales magis albæ minusque faſciatæ. Abdomen albidum.

185. TRINGA *littorea* roſtro lævi, pedibus remigibuſque fuſcis: prima rachi nivea. *Fn.* 151.
*Rudb. pict.* Gallinula aquatica minima, pedibus nigricantibus.
Habitat in paludibus.

*DESCR. Roſtrum* nigrum, capite longius. *Maxilla* inferior verſus baſin pallidior. *Collum* fuſcum lineis obliquis albicantibus. *Dorſum* fuſcum, maculis punctisve ferrugineis ſ. griſeis. *Uropygium* album, pennis tamen verſus baſin nigricantibus. *Tectrices alarum* ſuperiores dorſo concolores, ſed punctis ſ. maculis dilutioribus; tectrices inferiores alæ exalbidæ lineis transverſis cinereis. *Pectus* & *abdomen* albidum. *Caudæ tectrices* inferiores albæ. *Remiges* nigræ, ſecundariæ apice albeſcunt. Remex primus rachi nivea gaudet. *Rectrices* fuſco & albo undulato maculatæ, exterioribus maxima parte albis; intermediis maxima parte fuſcis. *Pedes* fuſci. *Magnitudo* Turturis, regio oculorum albicat; linea inter oculos & roſtrum fuſca.

186. TRINGA *Squatarola* roſtro nigro, pedibus vireſcentibus, corpore griſeo ſubtus albido.
Tringa nigro-fuſca ſubtus alba, roſtro nigro, pedibus vireſcentibus. *Fn.* 155.
*Raj. av.* 111. *n.* 3. Pluvialis cinerea.
*Alb. orn.* 1. *p.* 72. *t.* 76. Pluvialis cinerea.
*Lechei* Tringa auguſti menſis.
Habitat in *Scania*.

*DESCR. Roſtrum* nigrum. *Pedes* viride cinerei, inciſuris transverſis. *Remiges* 24 quarum 1 rachi alba; 2-4 nigriores, reliquæ magis fuſcæ. Omnes margine apicum præſertim albæ; tectrices inſuper maculis transverſis notantur. *Rectrices* 12 albæ lineis transverſis fuſcis diſtantibus, exceptis intermediis duabus, in quibus lineæ latiores & propiores. *Corpus* nigro-fuſcum. *Pectus, abdomen, uropygium* alba. *Caput colluinque* nigris parvis maculis in cinereo adſperſum. D. Leche.

## Charadrius.

187. CHARADRIUS *Hiaticula* pectore nigro, fronte nigricante faſciola alba, vertice fuſco, pedibus luteis. *Fn.* 159.
*Jonſt. orn.* 166. *t.* 53. Charadrius.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 67. Charadrios ſ. Hiaticula.
*Will. orn. l.* 230. *t.* 57. Charadrius ſ. Hiaticula.
*Raj. av.* 112. *n.* 6. Charadrius ſ. Hiaticula.
*Marcgr. braſ.* 199. Mutuiti braſilienſibus.
*Sloan. hiſt.* 2. *p.* 314. *t.* 169. *f.* 2.
*Alb. orn.* 1. *p.* 76. *t.* 80. Charadrius.

*Rudb.*

*Rudb. pict.* Charadrius ſ. Hiaticula flavipes.

*Suecis* Strandpipare. *Scanis* Gryile, *Hallandenſibus* Trulls; *Lappis* Pago.

Habitat ad ripas ubique, & in alpibus Lapponicis frequens.

*DESCR.* Roſtrum croceum, apice nigro. *Caput* cinereo-fuſcum, fronte alba ſuperius faſcia atra. *Tempora* obſcuriora; *Gula* & collare album; dein ad ſternum uſque nigra magna macula. *Dorſum, alæ, cauda* cinerea. *Venter, pectusque* alba. *Pedes* flavi, (in altero ſexu fulvi.) *Remiges* fuſcæ; quarum 1 rachi alba, 5-19 apice albo. *Rectrices* fuſcæ, ſed 6, 6 immaculatæ; 3. 4, 5 apice albo; 2 apice & latere exteriore albæ, ſed 1 1 omnino albæ macula fuſca.

188. CHARADRIUS *Morinellus* pectore ferrugineo, faſcia ſuperciliorum pectoriſque lineari alba, pedibus nigris. *Fn.* 158.

Charadrius abdomine rufeſcente, pectore cinereo, vertice fuſco. *Fn.* 160.

*Alb. orn.* 2. *p.* 57. *t.* 61. 62. Morinellus.

*Lappis* Lahul.

Habitat ad Sernam orientalis *Dalekarliæ*, & Alpes *Lapponiæ*; quo migrans Upſaliam menſe majo tranſit.

*DESCR.* *Collum, dorſum* dilute cinerea. *Pectus* ferrugineum: ad baſin ſterni linea transverſalis alba lineæ nigræ ſuperinducta. *Venter* nigricat; ſingula tamen penna interius albicat. *Gula* alba, *cauda* Cinerea albo margine. *Alæ* ſubtus pallidiores. Linea alba a roſtro caput totum vertice fuſco cingit. digitus extimus medio adfixus membranula. *Rectrices* fuſcæ, quarum 1, 2, 3 apice albæ; reliquæ vix margine apicis albicantes. *Caput* ſupra nigricans. *Magnitudo* Turdi. *Roſtrum pedesque* nigri. Mas verſus femora niger eſt.

189. CHARADRIUS *apricarius* pectore nigro, roſtro baſi gibbo, pedibus cinereis.

Charadrius nigro luteſcente variegatus, pectore nigro. *Fn.* 156. *It. oel.* 72.

*Rudb. pict.* Pluvialis minor nigro-flavus.

*Edw. av.* 140. *t.* 140. Pluvialis viridis maculatus, ventre nigro.

*Ölandis* Alwargrim. *Suecis* Åkerhöns. *Smolandis* Myrpytta. *Lappis* Hüttich.

Habitat in *Ölandiæ* campis ſterilibus.

*DESCR.* *Magnitudo* Columbæ. *Caput, collum, dorſum, alæ, cauda* maculata maculis albis, nigris, luteoque fuſcis mixtis: ſingula penna nigra maculis quibusdam luteo-fuſcis ad latera, pallidioribus verſus apicem, lana ad baſin ſingulæ pennæ cinerea. Faſcia alba frontis ſupra oculos ad aures ducta. *Femora*, ſub alis, & ſub cauda, albicant. *latera* colli verſus thoracem alba. *Pectus* & *Abdomen* nigrum. *Collum* ſubtus nigrum. *Roſtrum*, longitudine capitis, nigrum, verſus baſin gibbum. *Femora* ſeminuda. *Pedes* cinerei: digitus extimus adnexus intermedio membrana quoad primum articulum. *Remiges* nigricantes; primores octo; quarum

quarum extima longiſſima, reliquæ ordine breviores, acuminatæ, in medio juxta rachin albæ. Remiges ſecundariæ itidem fuſcæ, obtuſæ, æquales, apicibus albis, uti etiam tectrices. *Cauda* integra, rectrices 12 fuſcæ, lineis lateralibus octo utrinque flaveſcentibus.

190. CHARADRIUS *Pluvialis* pedibus cinereis, corpore nigro viridique maculato ſubtus albido.

Charadrius nigro luteſcenteque variegato, pectore concolore. *Fn.* 157.

*Will. orn.* 229. *t.* 67. Pluvialis viridis.

*Raj. av.* 111. *n.* 7. Pluvialis viridis.

*Sloan. hiſt.* 2. *p.* 313. *t.* 269. *f.* 1. Pluvialis viridis.

*Alb. orn.* 1. *p.* 71. *t.* 75. Pluvialis viridis.

*Dalekarlis* Akerhöna. *Lappis* Hutti.

Habitat juxta *alpes Dalekarlicas* in orientali Dalekarlia & in *Ölandiæ* campeſtribus: ſono ſibilante hvit hvit.

*DESCR. Magnitudo* Columbæ. *Corpus* ſupra nigricans maculis parvis ovatis teſtaceis adſperſum, inque ſingula penna ad marginem delineatis. *Gula* albeſcens. *Collum* ſubtus a gula ad ſternum e teſtaceo & fuſco maculatum. *Pectus* & *venter* alba. *Cauda* integra, rectricibus 12 fuſcis, maculis teſtaceis variegatis. Alarum *remiges* nigro-fuſcæ, margine apicum albicante. Tectrices alarum nigro-fuſcæ apicibus albis. *Alæ* ſubtus albæ. *Femora* ſeminuda cinerea. *Digitus* extimus adnectitur primo articulo membrana. Aliam avem ſic deſcripſimus: *Corpus* viridi-luteum, maculis in dorſo nigris, ramoſis. *Pectus* ex flavo-viridi variegatum. *Venter* albus. *Remiges* fuſcæ 1-9 medio ſcapo albicantes; 5- &c. baſi extrorſum albicant.

## Recurviroſtra.

191. RECURVIROSTRA *Avoſetta* albo nigroque varia. *It. öeland.* 69. *Fn.* 137.

*Geſn. av.* 231. Avoſetta, Recurviroſtra.

*Aldr. orn. v.* 3. *l.* 19. *c.* 64. Avoſetta italis dicta.

*Will. orn.* 240 *t.* 60. Recurviroſtra, Avoſetta italorum.

*Raj. av.* 117. Recurviroſtra, Avoſetta italorum.

*Marſ. danub.* 5. *p.* 72. *t.* 34. Recurviroſtra.

*Alb. orn.* 1. *p.* 96. *t.* 101. Recurviroſtra.

*Ölandis* Skärfläcka. *Gotlandis* Alfit.

Habitat in Ölandiæ extimo apice ſ. maxime auſtrali littore prædii Ottenby & in Gotlandia. Victitat Inſectis.

*DESCR. Corpus* album, ſed ſupra *caput*, *collum*, *latera dorſi* & *alas* nigrum. *Uropygium* breve, nigrum. *Remiges* verſus apicem alarum longiores, verſus baſin alæ breviores: harum primores octo nigræ, ſed verſus baſin albæ, ea proportione, ut quo breviores, eo magis albæ, ut octava ſolo apice ſit macula nigra notata, reliquæ remiges omnes albæ. *Tectrices* albæ, exceptis primis 5 apice nigris. *Rectrices* breviſſimæ, albæ. *Pedes* ſubcærulei, cauda duplo vel triplo longiores, palmati omnino, poſtico minimo; unguibus nigris. *Femora* ſeminuda. *Macula* alba parva ſub & ſupra oculum

lum utrinque. *Roſtrum* nigrum, depreſſo-planum & fere coriaceum, ſubulatum, acuminatiſſimum, recurvum verſus ſuperiora, minime rigidum, capite triplo longius, apice membranaceum, *Nares* oblongæ, luci perviæ.

## Hæmatopus.

192. HÆMATOPUS *oſtrilegus*. *Fn*. 161.
*Bell. obſ.* 18. Hæmatopus.
*Aldr. orn. l.* 20. *c.* 31. Hæmatopus bellonii.
*Barth. act.* 1. *p.* 90. Pica marina ſ. Kielder.
*Will. orn.* 220. *t.* 56. Hæmatopus bellonii.
*Raj. av.* 105. *n.* 7. Hæmatopus bellonii.
*Alb. orn.* 1. *p.* 74. *t.* 78. Hæmatopus.
*It. oel. jun.* 8. Strandſkjura.
*Gotlandis* Marſpitt. *Olandis* Strandſkjura.
Habitat ad littora maris, præſertim *Olandiæ* & *Gotlandiæ*.
*DESCR. Roſtrum* ſanguineum, capite longius, compreſſum præſertim apice cuneo. *Nares* oblongæ perviæ. *palpebræ* nudæ circulo coccineo. Iris rubra, pupilla nigra. *Caput*, *collum* uſque ad ſternum, *dorſum* ad medium & alæ ſuperius nigra. *Pectus*, *venter*, *dorſum* poſterius, *tectrices* utrinque caudæ, albæ. *Rectrices* albæ, a medio ad extremum nigræ. *Remiges* vero nigræ, at in media coſta linea alba, & latus interius remigum album. remiges ſecundariæ nigræ, verſus baſin albæ & margine albæ, *tectrices* ſpuriæ albæ. *Femora* ſeminuda. *Pedes* incarnati, tridactyli.

## Fulica.

193. FULICA *atra* fronte calva, corpore nigro, digitis lobatis.
Fulica fronte calva æquali. *Fn.* 130.
*Bell. ic.* 36. *b.* Fulica.
*Geſn. av.* 390. Fulica recentiorum.
*Aldr. orn. l.* 19. *c.* 13. Fulica.
*Lonic.* 337. *a.* Fulica.
*Will. orn.* 239. *t.* 59.
*Raj. av.* 116. *n.* 1. Fulica.
*Anon. angl.* Hoopoe.
*Marſ. danub.* 70. *t.* 33. Fulica.
*Alb. orn.* 1. *p.* 79. *t.* 83.
*Suecis* Blås-klacka.
Habitat in aquis. *Victitat* Piſcibus, Inſectis, ſeminibus.
*DESCR. Corpus* ſupra nigrum, ſubtus fuſcum. *pectus* undulata canitie pictum. *Roſtrum* carneum. *Frons* calva, albo incarnata. *Roſtrum* breve, nares oblongæ; maxilla ſuperiore longiore acuta recta fornicata. *Cauda* breviſſima. *Pedes* longi tetradactyli lateralibus membranis acuti. *Remiges* primores nigræ; ſecundariæ fuſco cineraſcentes, albicantes. *Genua* poſtice fulva.

## Rallus.

194. RALLUS *Crex* alis rufo-ferrugineis. *Fn.* 162.
*Merr. pin.* 183. Crex ariſtotelis.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 23. Ortygometra.
*Will. orn.* 522. *t.* 29 Ortygometra aldr.
*Raj. ſyn.* 58. Ortygometra
*Alb. orn.* 1. *p.* 31. *t.* 33. Ortygometra.
*Uplandis* Ängſnärpa. Kornknarr. *Gotlandis* Seydreifwer.
Habitat inter gramina in pratis fertiliſſimis æſtate, ubi ſtridulo gemino ſono crex crex continuo auditur: edit lumbricos.

*DESCR.* Magnitudo Picæ. *Caput*, ratione corporis minimum. Caput collum, dorſum, cauda teſtacea, maculis majuſculis nigris, nam ſingula penna nigra eſt, margine undique teſtaceo, Alæ remiges & rectrices ferrugineæ ſupra & infra. *Cana* ſunt gula & macula pone oculos. *pectus* griſeum. *Abdomen* & latera ferruginea maculis fuſcis (color exuſtus) albo undulata, qualia & cauda ſubtus *Femora* ſupra genua nuda, livida. ingluvies nulla. *Roſtrum* utrinque baſi ſinuatum, lividum. *Nares* oblongæ, perviæ *Oculi* nigri, pupilla rufeſcente. pollice vix incedit. alæ infra nigris quam extra rufæ, difficile capitur, licet facile audiatur.
Character conſiſtit in Roſtro fere gallinaceo, naribus perviis, lingua integra pedibus tetradactylis roſtro longioribus digitis.

195. RALLUS *aquaticus* alis griſeis fuſco maculatis, hypochondriis albo maculatis, roſtro luteo.
*Will. orn.* 234. Rallus aquaticus.
*Raj. av.* 113. Rallus aquaticus.
*Alb. av.* 1. *p.* 73. *t.* 77. Rallus aquaticus.
Habitat in Carectis: Pullus ater eſt.

*DESCR.* *Roſtrum* fuſcum, mandibula inferiore rubra. *Cinerea* ſunt Capitis latera, Collum ſubtus, & Pectus *Griſea* maculis fuſcis ſunt Dorſum, collum ſupra & Caput ſupra. *Ani* regio alba nigro maculata. *Alæ* & *Cauda* cuneiformis fuſca.

## Otis.

196. OTIS *Tetrax* capite juguloque lævi.
*Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 41. Anas campeſtris.
Habitat in Suecia, rarius tempore vernali.

*DESCR.* *Magnitudo* Tetraonis Tetricis, colore ſcolopacino. *jugulum* pallidum. *Abdomen*, *Femora*, *Alæ* ſubtus alba. *Remiges* primores albæ extremitate fuſca: 7-10 faſcia nigra infra apicem; 11-22 albæ punctis aliquot linearibus nigris; 23-28 dorſo concolores. *Cauda* brevis rotundata: Rectrices 18: faſciis duabus linearibus nigris diviſæ in tres areas æquales, quarum intima alba; reliquæ duæ albæ lineis undulatis nigris:

*Femo-*

*Femora* denudata. *Pedes* flavi tridactyli. *Roſtrum* parvum, figura gallinæ imbricatum; nigrum linea tranſverſo albida, in medio undata.

# V. GALLINÆ.

## Pavo.

197. PAVO *criſtatus* capite criſta erecta.
Pavo cauda longa. *Fn.* 163.
*Geſn. av.* 656. Pavo.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 1. Pavo.
*Jonſt. orn.* 56. *t.* 22. Pavo.
*Valent. muſ.* 464. Pavo.
*Will. orn.* 112. *t.* 27. Pavo.
β *Raj. av.* 51. *n.* 2. Pavo colore albo.
*Suecis* Påfogel.
Hoſpitatur apud noſtrates rarius, præſertim in aviariis Magnatum; in Zeylona ſponte.

## Meleagris.

198. MELEAGRIS *Gallopavo* capite caruncula frontali criſtaque gulari, maris pectore barbato. *Fn.* 164.
*Lonic. herb.* 337. *a.* Gallo-pavo.
*Geſn. av.* 482. Gallo-pavo.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 4. Gallo-pavo.
*Bell. ic.* 60. *a.* Meleagris.
*Blaſ. anat. t.* 46. *f.* 11. Gallus africanus.
*Jonſt. orn.* 58. *t.* 24. Gallo-pavo mas.
Gallina indica.
*Will. orn.* 113. *t.* 27. Gallo pavo ſ. Meleagris & Numidica-avis.
*Raj. av.* 51. *n.* 3. Gallo-pavo ſ. avis numidica & meleagris quibusdam.
*Suecis* Kalkon.
Hoſpitatur apud nos ubique culta, ex America ſeptentrionali, ubi niger ſemper eſt.
*OBS.* Mas pectore barbato eſt.

## Phaſianus.

199. PHASIANUS *Gallus* cauda compreſſa adſcendente.

Gallus cauda compreſſa adſcendente. *Fn.* 165.
*Ald. orn. l.* 14. *c.* 1. Gallus gallinaceus & Gallina.
*Geſn. av.* 395. Gallus gallinaceus.
340. Gallina.
427. Capus.
*Blaſ. anat. t.* 44. *f.* 9. Gallus gallinaceus.
*f.* 10 Gallina.
*Will. orn.* 109. *t.* 26. Gallus gallinaceus.
Gallina domeſtica.
*Raj. av.* 51. *n.* 1. Gallus gallinaceus.
*Suecis* Hons: Tupp & Hona.
β *Raj. av.* 51. *n.* 1. Gallina criſta in vertice plumoſa denſiſſima & undequaque diffuſa ſpectabilis.
*Suecis* Tofshons.
γ *Raj. av.* 51. *n.* 1. Gallina cauda ſ. uropygio carens.
*Will. orn.* 110. *t.* 26. Gallus e Perſia.
*Suecis* Gumphons.
δ *Will. orn.* 110. Gallina friſlandica.
*Raj. av.* 51. *n.* 1. Gallina criſpa, noſtratibus Friſlandica pennis reflexis caput verſus & velut inverſis.
*Suecis* Kroll-Hona.
Hoſpitatur ubique culta.

## Tetrao.

200. TETRAO *Urogallus* pedibus hirſutis, rectricibus exterioribus ſubbrevioribus, axillis albis. *Fn.* 166.
*Geſn. av.* 491. Urogallus.
495. Grygallus major. (fæmina)
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 6. Urogallus ſ. Tetrao major.
Urogallus fæmina.
*Will. orn.* 123. *t.* 30. Urogallus ſ. Tetrao major.
*Raj. av.* 53. *n.* 1. Urogallus ſ. Tetrao major.
*Nieremb. natur.* 135. Tetrao.
*Alb. orn.* 2. *p.* 28. *t.* 29. 30. Moſcovian.
*Suecis* Kjäder.
Habitat in ſylvis cæſpitoſis paludum, inter arbores aceroſas Abietis & Pini.

*DESCR. MAS.* cinereus lineolis minimis fuſcis confertis: *alæ* ejusmodi lineolis ferrugineæ. *Pectus* antice viridi nitens, alias nigro alboque varium. *Rectrices* 18, quarum laterales ſenſim breviores, omnes nigræ, in medio albo maculatæ. *Remiges* nigræ: 2-6 margine exteriore albæ. Alæ ſubtus albæ, quæ albedo ad alas prominet, maculam albam cauſſans.

201. TETRAO *hybridus* cauda bifurca, ſubtus albo punctata.
*Act.*

*Act. ſtockh.* 1744. *p.* 181. Rackelhane rutenſchóldii.
*Suecis* Racklehane. *Roſlagis* Roſlare.
Habitat in ſylvis *Roſlagiæ* & *Smolandiæ.*

OBS. Ipſe hanc vidi. Species hybrida a præcedenti & ſequenti ſpecie. Magnitudo fæminæ præcedentis; colli color & caudæ ſtructura ut in præcedenti. Præcedenti longe rarior, timidior & lingua ſ. ſono diverſus.

202. TETRAO *Tetrix* pedibus hirſutis, cauda bifurca, remigibus ſecundariis baſin verſus albis. *Fn.* 168.
*Geſn. av.* 494. Urogallus minor.
496. Grygallus minor.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 7. Urogallus ſ. Tetrao minor.
Grygallus minor ſ. Tetrix nemeſiani.
*Will. orn.* 124. *t.* 31. Tetrao ſ. Urogallus minor.
*Raj. av.* 53. *n.* 2. Tetrao ſ. Urogallus minor.
*Scheff. lapp.* 350. Orrar.
*Alb. orn.* 1. *p.* 22. *t.* 22. Tetrao ſ. urogallus minor.
*Suecis* Orre.
Habitat ubique in ſylvis, præſertim Norlandiæ; in campis & ericetis vere feminas provocat grato ſibilo & murmure.

OBS. Maris *rectrices* nigræ, quarum 3 utrinque exteriores extrorſum recurvatæ, & ſic cauda bifurca. *Remiges* nigricantes, ſed ſecundariæ a baſi ad medium albæ, ut & apices harum. *tectrices* inferiores remigum & rectricum albæ. *dorſum* nigrum.

203. TETRAO *Lagopus* pedibus lanatis, remigibus albis, rectricibus nigris apice albis; intermediis duabus albis. *Fn.* 169.
*Geſn. av* 577. Lagopus.
578. Lagopus varia.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 21. Perdix alba ſ. Lagopus.
*Will. orn.* 121. *t.* 32. Lagopus avis.
127. Lagopus.
*Raj. av.* 55. *n.* 5. Lagopus avis.
54. *n.* 3. Lagopus altera.
*Scheff. lapp.* 351. *t.* 352. Lagopus.
*Suecis* Snöripa. *Lappis* Cheruna.
Habitat in ſylvis *Norlandiæ*, præſertim *Lapponiæ*, victitans imprimis *Betula nana*, urinatur in nive, terrefacta cachinnos edit ut bajulus.

OBS. *Variat* magnitudine: in alpibus longe minor. variat colore: hyeme alba, æſtate flaveſcens; *Rectrices* duodecim nigræ apicæ albæ; ſed duæ, adhuc intermediis incumbentes, albæ totæ ſunt. *remiges* albæ.

204. TETRAO *Bonaſia* pedibus hirſutis, rectricibus cinereis punctis nigris faſcia lata nigra: exceptis intermediis duabus.

 *Geſn.*

*Geſn. av.* 229. Gallina corylorum ſ. Bonaſia alberti.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 11. Gallina corylorum.
*Will. orn.* 126. t. 21. Gallina corylorum.
*Raj. av* 55. *n.* 6. Gallina corylorum.
*Suecis* Hiärpe.
Habitat inter Betulas præcipue, cujus amentis victitat.

*MAS. Caput & collum* cinereum lineolis transverſis fuſcis. *gula* nigra; ſub oculis verſus aures a roſtro alba macula oblonga. *alæ* extra ferrugineæ maculis nigris. *dorſum* cinereum punctis nigris. *abdomen* album maculis magnis cordatis fuſco-ferrugineis. *Rectrices* duodecim cinereæ nigro punctatæ; ſcilicet 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16 verſus apicem lata faſcia nigra, apice albæ; at 8, 9, abſque macula & faſcia.
*FÆMINA. Tergum* canum maculis longitudinalibus nigris, reliquum anterius dorſi a capite cinereum, lineis transverſis fuſcis. *Alæ* ſupra verſus baſin ferrugineo & nigro maculatæ. *Remiges* primores cinereæ 10, quarum 1-7 margine anteriore griſeæ, reliquæ non. Remiges ſecundariæ 10, cinereæ, a latere anteriore dilutis ferrugineis maculis adſperſæ, at remiges 8, 9, 10 immaculatæ. gula nigra, tempora albicant. *Rectrices* 16 cinereo & nigro maculatæ transverſim; verſus apicem has omnes faſcia nigra ambit, exceptis duabus intermediis. Gula in femina non nigra eſt.

205. TETRAO *Perdix* pedibus nudis, macula nuda coccinea pone oculos, cauda ferruginea, ſterno brunneo. *Fn.* 172.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 19. Perdix minor cinerea.
*Jonſt. av.* 68. *t.* 27. *f.* 1. *bona.* Perdix cinerea.
*Will. orn.* 119. *t.* 29. Perdix cinerea.
*Raj. av.* 57. *n.* 2. Perdix cinerea.
*Alb. orn.* 1. *p.* 25. *t.* 27. Perdix.
*Suecis* Rapphöna.
Habitat in cultis.

*DESCR. Caput* ſuperius griſeum, punctis oblongis albidis adſperſum. nares ſquama tectæ, macula pone oculum coccinea papilloſa. palbebra inferior albida. *Pectus* cinereum lineis tenuiſſimis undulatum. *dorſum* griſeum maculis linearibus undulatis bruneis. Abdomen & Femora albida. alarum tectrices griſeæ maculis fuſco-brunneis rachi alba. *Remiges* 22. cinereo-nigræ, faſciis pallidis. Macula magna brunea ad ſternum. *Venter* albus. *Rectrices* 16 ferrugineæ. *Tibiæ* flavæ. *Gula*, regio ſuperciliorum & frontis ruffa. *Mas* macula nigra in ſterno a *Fæmina* differt.

206. TETRAO *Coturnix* pedibus nudis, corpore griſeo maculato, ſuperciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferruginea. *Fn.* 173.
*Geſn. av.* 353. Coturnix.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 22. Coturnix latinorum.
*Jonſt. orn.* 69. *t.* 28. Coturnix.
*Raj. av.* 58. *n.* 6. Coturnix.
*Alb. orn.* 1. *p.* 28. *t.* 30. Coturnix.
*Suecis* Wachtel.

Habitat

Habitat in arvis.

*DESCR.* Palpebræ rubræ. *pedes* pallide flavi. totum corpus tegitur pennis rachi flava linea notatis, iisque apice teſtaceis punctis nigris. Linea pallida longitudinalis ſupra oculos. *pectus* & collum pallide teſtacea maculis obtuſis in ſingula penna utrinque ſolitaris. *abdomen* albidum. *Remiges* exteriores fuſcæ, interiores magis pallidæ a latere exteriore maculis dilute teſtaceis. *Rectrices* fuſcæ, rachi alba, adſperſæ punctis teſtaceis transverſis. *Area* lata longa nigricans ſub mandibula inferiore.

# VI. PASSERES.

## Columba.

207. COLUMBA *œnas* cæruleſcens, collo ſupra viridi-nitente, faſcia alarum apiceque cauda nigricante. *Fn.* 174.
*Aldr. orn. l.* 15. *c.* 7. Oenas ſ. Vinago.
*Vill. orn.* 136. *t.* 35. Oenas ſ. Vinago.
*Raj. av.* 62. *n.* 10. Oenas ſ. Vinago.
*Alb. orn.* 3. *p.* 39. *t.* 46. Columba vulgaris.
*Suecis* Skogsdufwa.
β *Will. orn.* 130. *t.* 32. Columba domeſtica ſ. vulgaris.
*Raj. av.* 51. *n.* 1. Columba domeſtica.
*Suecis* Dufwa, Hemdufwa
γ *Will. orn.* 121. *t.* 34. Columba gutturoſa.
*Raj. av.* 60. *n.* 2. Columba gutturoſa
*Suecis* Kroppdufva.
δ *Will. orn.* 132. Columba Turbita dicta.
*Raj. av.* 60. *n.* 7. Turbitæ.
ε *Will. orn.* 133. *t.* 34 Columba barbarica ſ. numidica.
*Raj. av.* 60. *n.* 8. Barbaricæ ſeu Numidicæ.
ζ *Raj. av.* 60. *n.* 6. Columba cucullata ſ. Jacobea.
*Geſn. av.* 279. Columba anglica vel ruſſica.
η *Raj. av.* 60 Columba percuſſor.
Habitat in ſylvis agros frequentans; at varietates exoticæ cultæ & domeſticæ ſunt; nec dubito quin omnes, β. γ. δ. ε. ζ. η. ex hac ortæ ſint.
*DESCR. Oenas* ſylveſtris: *Corpus* cinereum. *Collum* ſupra cæruleo-nitens, ſubtus purpuraſcens. *Alarum* faſcia obſoleta nigricans. *Cauda* rotundata: Rectrices cinereæ, a medio apicem verſus nigricantes.

208. COLUMBA *Palumbus* rectricibus poſtice atris, remigibus primoribus margine exteriore albidis, collo utrinque albo.
Columba collo utrinque albo, pone macula fuſca. *Fn.* 175.
*Aldr. orn. l.* 15. *c.* 5. Palumbus major torquatus.

*Will.*

*Will. orn.* 135. *t.* 35. Palumbus torquatus.
*Raj av.* 62. *n.* 2. Palumbus torquatus.
*Alb. orn* 2. *p.* 42. *t.* 46. Oenas.
*Suecis* Ringdufwa. *Olandis* Siutut.
Habitat ubique in ſylvis.

DESCR. *Caput* cinereo-cæruleſcens. *Colli* latera a tergo nitida. *Pectus* & *Abdomen* rufo-livida. *Dorſum* & *Alæ* cinereo-fuſcæ: macula alarum transverſa alba. *Remiges* nigræ: primores margine exteriore albidæ. *Rectrices* æquales, extrorſum atræ, verſus baſin fuſcæ, in medio pallidiores. *Pedes* & *Roſtrum* rubra. *Lingua* carnoſa, integra.

## Alauda.

209. ALAUDA *arvenſis* rectricibus extimis duabus extrorſum longitudinaliter albis, intermediis interiori latere ferrugineis. *Fn.* 190.
*Geſn. av.* 73. Alauda ſine criſta.
*Adr. orn. l.* 18. *c.* 12. Alauda non criſtata.
*Will. orn.* 149. *t.* 40. Alauda vulgaris.
*Raj. av.* 69. *n.* 1. Alauda vulgaris.
*Alb. orn.* 1. *p.* 39. *t.* 46. Alauda vulgaris.
*Suecis* Lärka.
Habitat in arvis continuo volatu:
*Ecce ſuum tirile tirile. ſuum tirile tractat.*

DESCR. *Roſtrum* convexum, tenue: *maxillæ* ſubæquales non emarginatæ. *Lingua* ſagittata, obtuſa, apice membranacea, acute bifida. *Unguis* poſticus digitum intermedium longitudine ſuperat, rectus; laterales ungues inflexi: intermedius ſatis magnus eſt. *Cauda* bifurca. *Rectrices* 12. *Remiges* 18, quarum 4 anteriores ſub-æquales. *Corpus* totum fuſco-teſtaceum pennis fuſcis margine extimo teſtaceo-pallido. *Abdomen* albicans. *Remiges* fuſcæ: *Rectrices* nigræ, at extima (1) alba margine interiore fuſco; proxima (2) fuſca margine exteriore longitudinaliter albo. *Remiges* primores integræ, ſecundariæ emarginatæ apicibus obſolete albicantibus. *Rectrices* uti remiges fuſcæ, ſed duæ utrinque longitudinaliter albæ.

210. ALAUDA *pratenſis* rectricibus duabus extimis introrſum albis, lineola ſuperciliorum alba. *Fn.* 191.
*Aldr. orn. l.* 18. *c.* 15. Alunda pratorum bellonii.
*Will. orn.* 150. Alauda pratorum aldr.
*Raj. av.* 69. *n.* 3 Alauda pratorum.
Habitat in pratis; arboribus etiam inſidet.

DESCR. *Corpus* ſupra, ut & *caput*, *dorſum*, *tectrices* alarum, *pectus* ſcolopacina ſ. griſeo fuſco maculata. *Venter* albicans. Lineola alba ſupra oculos. *Remiges* fuſcæ. *Pedes* & *roſtrum* pallida. *Unguis* poſticus longus. *Rectrices* æquales, nigricantes, exceptis duabus utrinque (1, 2) extimis margine interiore longitudinaliter albis.

211. ALAUDA *arborea* capite vitta alba annulari cincto.
Alauda rectricibus fuſcis, prima oblique dimidiato-alba, ſecunda macula cuneiformi alba. *Fn.* 192.
*Will. orn.* 149. Alauda arborea.
*Raj. av.* 69. *n.* 2. Alauda arborea.
Habitat in arboribus, volitat gregatim cantando.
DESCR. *Roſtrum* ſupra nigrum. Tota avis ſupra griſea fuſco-maculata. *Remiges* & *Rectrices* fuſcæ. *Collum* ſubtus flaveſcens maculis fuſcis. *Collum* fere annulo albo cinctum. *Abdomen* albicans. *Rectrices* fuſcæ, breves, ſed 1, 1 dimidiato albicantes, at oblique, & apex totus albus, quæ albedo anguſtior verſus marginem exteriorem; rectrix 2, 3, 4, apice alba macula cuneiformi. calcar longior digito.

212. ALAUDA *campeſtris* rectricibus fuſcis inferiori medietate, exceptis intermediis duabus, albis, gula pectoreque flaveſcente.
Alauda gula pectoreque flaveſcente. *Fn.* 193.
*Will. orn.* 150. Alauda minor campeſtris.
*Raj. av.* 70. *n.* 6. Alauda minor campeſtris
Habitat in Campis.
DESCR. *Magnitudo* & facies Paſſeris Ligurini dicti. *Corpus* ſupra, *caput*, *dorſum* griſea maculis nigris ſ. fuſcis more ſcolopacum. *Gula pectusque* flaveſcunt. Linea flaveſcens ſupra oculos verſus occiput a roſtro ducta. *Abdomen* albicans. *Tectrices alarum* nigro-fuſcæ albo maculatæ. *Remiges* fuſcæ. *Rectrices* æquales, fuſcæ; a baſi ad medium omnes albæ, exceptis duabus interrmediis. Unguis poſticus intermedio paulo longior. *Roſtrum* & *pedes* nigra.

## Sturnus.

213. STURNUS *vulgaris* roſtro flaveſcente, corpore nigro punctis albis. *Fn.* 183.
*Geſn. av.* 747. Sturnus.
*Aldr. orn. l.* 16. *c.* 19. Sturnus.
*Bell. ic.* 81. *a.* Sturnus.
*Jonſt. orn. t.* 40. Sturnus. (mas)
Sturnus vulgaris. (fæmina)
*Merr. pin.* 177. Sturnus cinereus. (mas)
Sturnus vulgaris. (fæmina)
*Will. orn.* 144. *t.* 37. Sturnus.
*Raj. av.* 67. *n.* 1. Sturnus.
*Alb. orn.* 1. *p.* 38. *t.* 40. Sturnus.
*Suecis* Stare.
Habitat in cavis arborum, ubi nidificat. Volitat gregatim; diſcedit poſt mediam æſtatem in Scaniam campeſtrem. Victitat lumbricis & larvis, hortis utilis. *It. ſcan.* 63.

DESCR.

*DESCR. Roſtrum* rectum, angulato-depreſſum, obtuſiuſculum, flaveſcens: mandibulæ æquales. *Corpus* nigrum, pennarum apicibus exalbidis. Tectrices inferiores caudæ nigræ, margine albo. *Nares* ſquamula ſemitectæ. *Pedum* unguis poſticus major. *Remiges* nigricantes, margine exteriore obſolete teſtaceo. *Cauda* integra. *Rectrices* nigræ margine exteriore ſubgriſeo. *Lingua* bifida. Videtur affinis Picarum ordini.

214. STURNUS *Cinctus* niger, pectore albo.
Motacilla pectore albo, corpore nigro. *Fn.* 216.
*Geſn. av.* 609. Merula aquatica ſ. Miliaria.
*Jonſt. orn. t.* 53. Merula aquatica.
*Will. orn.* 104. *t.* 24. Merula aquatica.
*Raj. av.* 66. *n.* 7. Merula aquatica.
*Alb. orn.* 2. *p.* 36. *t.* 39. Merula aquatica.
*Soc. nat. Lipſ.* 1747. *p.* 444. *t.* 8. *f.* 3. Turdus muſicus paluſtris dumetorum arundinaceus.
*Suecis* Watnſtare.
Habitat aqud nos per integrum annum, hyeme ad voragines fluviorum & cataractas degens, ubi fluenta deſcendit, inſectis victitans, adſcenditque dexteritate ſumina, licet fiſſipes.

*DESCR. Corpus* nigrum: *Caput & collum* picea: reliquum corpus nigrum: a tergo pallido undulatum, ſingula enim penna infra apicem nigrum exalbida eſt a roſtro ad ſternum avis nivea. *Remiges* nigræ, apice vix manifeſte albæ. *Rectrices* æquales, breves. *Tibiæ* antice albidæ. *Roſtrum* nigrum. *Cauda* bifurca. *Nares* nudæ, ſquamula tectæ.

## Turdus.

215. TURDUS *pilaris* rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. *Fn.* 188. *It. goth.* 258.
*Geſn. av.* 753. Turdus pilaris.
*Aldr. orn. l.* 16. *c.* 1. Turdus pilaris.
*Will. orn.* 138. *t.* 37. Turdus pilaris.
*Raj. av.* 64. *n.* 3. Turdus pilaris.
*Alb. orn.* 1. *p.* 34. *t.* 36. Turdus pilaris.
*Charl. onom.* 83. Turdus trichas.
*Merr. pin.* 76. Trichas.
*Suecis* Kramsfogel. *Uplandis* Snôſkata.
Habitat in ſylvis, maximis in arboribus nidificat, edit baccas juniperi; alebatur Holmiæ ab œnopola, bibebat e vitro vinum cum hoſpitibus, capite calveſcebat; at dein per annum caveis incluſa, nec vino pota, plumas in capite recuperabat.

DESCR.

*DESCR. Magnitudo* Turdi primi. *Caput* ſuperne ut & regio uropygii cana. *Dorſum* & tectrices alarum fuſco-ferruginea. *Remiges* & *rectrices* fuſcæ, *Pectus* a gula ad ſternum ſubferrugineum maculis nigris adſperſum, quarum gulæ propiores oblongæ minores, ſterno vero propiores latiores. *Venter* albus, maculis fuſcis paucis. *Roſtrum* flavum, modice convexum: *mandibula* ſuperior vix inferiori longior, apice nigro utrinque emarginato: maxilla inferior maxima parte flava. *Nares* ovatæ. *Palpebræ* nudæ. *Lingua* cartilaginea, ſagittata, bifida. Macula nigricans inter oculos & roſtrum. *Cauda* bifurca. alarum tectrices ſubtus albæ. *Remiges* nigricantes margine exteriore ſubcinereo. *Rectrices* nigræ, extimo laterali margine interiore apicem verſus albicante. *Pedes* nigricantes.

216. TURDUS *viſcivorus* alis ſubtus flaveſcentibus, rectricibus tribus lateralibus apice albis.

Turdus viſcivorus major. *Will. orn.* 137. *Raj. av.* 64.

*Sueeis* Biörk-Traſt.

Habitat in Betuletis.

*DESCR.* Tota ſupra griſea, ſubtus flavo ferruginea maculis rotundis fuſcis. Roſtrum nigrum baſi flaveſcens. Tectrices albæ; ſuperiores apice albicantes. *Remiges* fuſcæ baſi anguſtiore alba. *Rectrices* fuſcæ, 1, 2, 3, utrinque apice albo. *Pedes* flavi.

217. TURDUS *muſicus* remigibus baſi interiore ferrugineis.

Turdus ſimpliciter dictus viſcivorus minor.

*Will. orn.* 138. *t.* 37. *Raj. av.* 64.

Habitat in ſylvis.

218. TURDUS *iliacus* alis ſubtus ferrugineis, ſuperciliis albicantibus. *Fn.* 189.

Turdus iliacus. *Will. av.* 139. *Raj. av.* 64. *Alb. av.* I. *t.* 35.

Turdus minimus. *Friſch av. t.* 28.

*Smolandis* Klera. *Oſtrogothis* Klädra. *Weſtmannis* Tall-Traſt.

Habitat in ſylvis aceroſis, e quarum ſummo cacumine tempore veris egregie cantillat; nidificat in mediis arbuſculis ſ. ſepibus. Ova 6, cæruleo-viridia maculis nigris variis.

*DESCR. Corpus* ſupra totum cinereo-fuſcum. Linea alba, a roſtro ſupra oculos ducta, recta. *Pectus* pallido-flaveſcens maculis fuſcis. *Venter* albus paucis maculis. *Cauda* obtuſa vix forcipata. *Nares* ſemitectæ. *Lingua* apice bifido lacero. *Roſtrum* nigrum baſi flaveſcens. *Rectrices* fuſcæ immaculatæ unicolores. *Tectrices* inferiores caudæ albæ. *Remiges* fuſcæ, latere interiore verſus baſin rufeſcentes. *Tectrices* alæ inferiores ferrugineæ.

219. TURDUS *roſeus* ſubincarnatus, capite alis caudaque nigris, occipite criſtato.

*Alb. orn. l.* 16. *c.* 5. Merula roſea.

*Will. orn.* 143. Merula roſea.

*Raj.*

*Raj. av.* 67. Merula roſea.
Habitat in Alpibus *Lapponicis*. Adlerheim.

DESCR. *Corpus* pallide incarnatum. *Roſtrum* albidum: inferiore baſi nigra. *Caput* & collum nigro ſubviolacea: occipitis pennæ longiores dependentes in criſtam. *Alæ* totæ nigræ. *Cauda* nigra uix manifeſte bifida. Tectrices caudæ inferiores apice albæ.

220. TURDUS *Merula* ater, roſtro palpebrisque fulvis. *Fn.* 184.
*Bell. ic.* 30. *b.* Merula nigra.
*Geſn. av.* 603. Merula.
*Aldr. orn. l.* 16, *c.*6. Merula.
*Alb. orn.* 35. *t.* 37. Merula.
*Will. orn.* 140. *t.* 37. Merula vulgaris.
*Raj. av.* 65. *n.* 1. Merula vulgaris.
*Suecis* Traſt, Kohltraſt.
Habitat in ſylvis denſis, nec non in nemoribus, juniperetis, imo & in hortis neglectis.

DESCR. *Roſtrum* fulvum. *Margo palpebrarum* fulvus. *Pedes* nigrofuſci. *Color* totius ater; ſed *Remiges* 24 fuſcæ.

221. TURDUS *torquatus* nigricans, torque albo, roſtro flaveſcente. *Fn.* 185.
*Geſn. av.* 607. Merula torquata.
*Aldr. orn. l.* 16. *c.* 11. Merula torquata.
*Jonſt. orn.* 106. *t.* 39. Merula torquata.
*Will. orn.* 143. *t.* 37. Merula torquata.
*Raj. av.* 65. *n.* 2. Merula torquata.
*Alb. orn.* 1. *p.* 37. *t.* 39. Merula torquata.
β Turdus nigricans, torque fuſca, roſtro flaveſcente. *Fn.* 186.
*Will. orn.* 144. *t.* 30. Merula montana.
*Raj. av.* 65. *n.* 3. Merula ſaxatilis.
Habitat in ſylvis montanis.

DESCR. *Roſtrum* flaveſcens apice nigro. *Color* corporis niger. *Annulus* albus collum cingit. *Remiges* 1 2 3 4 5 6 7 8 lineola alba a latere exteriore. *Abdomen*, *femora* & *uropygium* teguntur pennis albeſcente lineola cinctis. Varietatem β crederem ſpecie non diſtinctam.

## Loxia.

222 LOXIA *Coccothrauſtes* linea alarum ſimplici alba, rectricibus baſi interiore albis. *It. ſcan.* 332.
*Geſn. av.* 276. Coccothrauſtes
*Aldr. orn. l.* 16. *c.* 20. Coccothrauſtes ornithologi.
*Jonſt. orn. t.* 37. Coccothrauſtes.

*Charl-*

*Charl. onom.* 84. *f.* 85. Coccothrauſtes vulgaris.
*Will. orn.* 178. *t.* 44. Coccothrauſtes vulgaris geſneri & aldrovandi.
*Raj. av.* 85. *n.* 1. Coccothrauſtes vulgaris.
*Alb. orn.* 1. *p.* 54. *t.* 56. Coccothrauſtes vulgaris.
*Suecis* Stenkneck.
Habitat in Ceraſetis Scaniæ campeſtris recentiſſima advena; ubi enucleat ceraſa, hortis inviſa.

223. LOXIA *Enucleator* linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. *Fn.* 176.
*Edw. orn.* 123. *t.* 123. Rubicella maxima canadenſis.
*Suecis* Tallbit. Swånſk Papgoja. *Wbotbnis* Natt-waka.
Habitat in *Weſtrobotnia*, verſus hyemem, auſtraliorem ſueciam petens, victitat ſtrobilos Pini ſylveſtris enucleando.
DESCR. *Dorſum & Pectus* rubra aut lutea, plumæ nigræ nares tegunt. *Alæ* nigricantes lineis duabus obliquis albicantibus e tegetibus. *Cauda* nigricans.

224. LOXIA *Curviroſtra* roſtro forficato. *Fn.* 176.
*Geſn. av.* 592. Loxia.
*Charl. onom.* 68. *t.* 68. *opt.* Loxia ſ. Curviroſtra.
*Will. orn.* 181. *t.* 44. Loxia.
*Raj. av.* 86. Loxia.
*Rudb. lapp.* 75. Coniroſor.
*Alb. orn.* 1. p. 58. *t.* 61. Loxia.
*Suecis* Korſſnäf, Kiägelrifvare.
Habitat in ſylvis abietinis, victitans ſtrobilis Abietis, ubi conos primo dejicit roſtro ab arbore liberatos, quotquot unquam valet, dein ſingulum per ſe arripit, pedibus tenet uti Pſittacus vel Sciurus, roſtri forfice per ſingulas ſquamas frangendo ſemina inveſtigat; & quod ſingulare, magnitudine & colore omnino abietis conum refert & ſtructura roſtri ad ſemina hujus ſola edenda creata videtur; licet & ſemina cannabis & baccas juniperi, ſorbi, Nuces coryli edere queat. Mira fortitudo parvæ avis, utpote quæ bacillos ligneos craſſitie digiti, brevi mora levique negotio detruncat. Maxilla ſuperior in hac mobilis eſt, ut in congeneribus.
DESCR. Cinerea ſunt *cauda & alæ*; nigra *remiges & rectrices* ſupra; Flava in fœmina, fulva in mare ſunt *pectus*, latera ventris, *lumbi*. albicans *venter*. *dorſum & caput* e cinereo & ſulphureo (in fœmina) ſeu fulvo (in mare) nebuloſum. *Roſtri* utraque maxilla acuminata, obliqua, cruciatim exſerta. *Lingua* integra.

225. LOXIA *Pyrrhula* artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſticarum albis. *Fn.* 178.

*Geſn. av.* 733. Rubicilla ſ. Pyrrhula.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 31. Pyrrhula ſ. Rubicilla.
*Jonſt. orn.* 122. *t.* 43 Pyrrhula ſ. Rubicilla.
*Will. orn.* 130. *t.* 43. Rubicilla ſ. Pyrrhula.
*Raj. av.* 86. *n.* 5. Rubicilla ſ. Pyrrhula.
*Alb. orn.* 1. *p.* 59. (*mas*) 60 (*femina*) Rubicilla.
*Suecis* Domherre.

Habitat in ſylvis, edit avide gemmas arborum erumpentes, facile cicuratur, & egregie edocta cantillat. *Mas* accipiens araneam diu tenuit in ore, dein dedit fæminæ.

*DESCR. MAS Caput* nigrum. Rubra *tempora, gula, pectus, venter.* Cæruleo-cinerea *collum, dorſum. Cauda* indiviſa, nigra, ſuperne cæruleſcens; regio circa caudam ſupra & ſubtus alba. *Roſtrum* nigrum, craſſiſſimum, utrinque gibbum; maxilla utraque mobilis. *Lingua* integra. *Nares* patulæ ſetis parvis tectæ. *Alæ* nigræ linea transverſali albicante. *Remiges* 16 nigræ, verſus marginem interiorem albæ. *Rectrices* 12 nigræ, immaculatæ. *Tectrices* alæ nigricantes, ſed 9-16 apice albæ.

*FÆMINA. Caput* ad oculos usque nigrum. *Gula* nigra. *Alæ* nigræ ſubtus albæ, ut & *cauda*; regio pone femora alba. *Uropygium* album. *Dorſum* cinereum. *Pectus* cineraſcens, *Caudæ* baſis ſupra & ſubtus alba. *Roſtrum* breviſſimum, craſſiſſimum, undique convexum. *Lingua* ovata, carnoſa, apice villis lacero, ab oculis per collum & pectus ad femora cinerea. *Remiges rectricesque* atræ, remigum poſteriorum & caudæ tectrices apice albæ.

226. LOXIA *Chloris* flavicanti-vireſcens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus quatuor lateralibus baſi luteis. *Fn.* 202.

*Geſn. av.* 259. Chloris.
*Will. orn.* 129. *t.* 44. Chloris.
*Raj. av.* 85. *n.* 4. Chloris.
*Alb. orn.* 1. *p.* 56. *t.* 58. Chloris.
*Suecis* Swenſka.

Habitat in ſepibus; ova ſex maculis ſanguineis adſperſa.

*DESCR. Roſtrum* conicum. *Lingua* integra, carnoſa. *Corpus* cinereo-teſtaceum, ſubtus magis luteum, at maris æſtate viride, abdomine flavo. *Alæ & cauda* nigra. *Remiges* primores 7 antice luteæ, magis verſus inferiorem pennarum partem, pone & apice omnes albicantes. *Rectrices* utrinque 1 2 3 a medio baſin verſus luteæ, apicem verſus nigricantes, at 4 5 6 nigricantes margine exteriore flaveſcente. *Mas* pectore flavo.

## Emberiza.

227. EMBERIZA *nivalis* remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Fn.* 194.

α *Mart. ſpitzb.* 53. *t. K. f. B.* Avis nivalis.

*Acad.*

*Acad. ſtockh.* 1740. *p.* 368. *t.* 1. *f.* 9. Alauda remigibus albis, primoribus extrorſum nigris; rectricibus nigris, lateralibus tribus albis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 11. *n.* 16. Paſſer alpino-Lapponicus ſ. nivalis.
*Alb. orn.* 2. *p.* 50. *t.* 54. Pied Chaffinch.
*Suecis* Snöſparf. *Lapponibus* Alaipg. *Dalekarlis* Illwårsfogel. *Uplandis* Hardvårsfogel.
Habitat in alpibus Lapponicis æſtate, deſcendit ad nos interdum hyeme. Caro ſapidiſſima. Curſitat, nec arboribus inſidet; victitat etiam Avena.

*DESCR. Caput, pectus, collum* alba vel albo-teſtacea. *Corpus* ſubtus album vel albicans. *Dorſum* nigrum. Variat ſexu & anni tempore ex albo in teſtaceum colorem, at nigredo conſtans eſt. *Alæ* complicatæ albæ alibus verſus terram nigræ, nec non macula nigra ad flexuram.
*Remiges* 1-8 verſus baſin albæ, verſus apicem nigræ, quo magis introrſum, eo minus nigræ.
9-15 totaliter albæ; 16 tota nigra apice alba vel teſtacea.
*Rectrices* 1 2 3 10 11 12 albæ, macula lineari nigra verſus apicem rachis.
4 9 longitudinaliter latere exteriori albæ, interiori nigræ.
5 6 7 8 nigræ.
OBS. Roſtro cum Emberiza convenit; pollicis ungue longiore & quod per terram curſitat ad Alaudas propius accedit.

β *Alb. orn.* 3. *p.* 67. *t.* 71. Fringilla montana.
*Geſn. av.* 709. Avis ignota a Piperino miſſa.
*Aldr. orn. l.* 8. *c.* 357. *t.* 15. *f.* 1. Fringilla albicans.
*Will. orn.* 187. *t.* 77. Montifringilla calcaribus alaudæ ſ. major.
*Raj. av.* 88. Montifringilla calcaribus alaudæ ſ. major.
*Scanis* Siölårka.
Habitat in campeſtribus Scaniæ littoribus.
OBS. Præcedenti ſimillima eſt, ſed minor & magis teſtacei coloris, uti præcedens æſtate. *Locus* dein differt; hinc propono aliis eandem ulterius examinandam, forte præcedentis ſola varietas. Hanc eandem cum præcedenti ſpeciem eſſe ſtatuit *J. Leche.*

228. EMBERIZA *Calandra* griſea nigro maculata. *Fn.* 206.
*Geſn. av.* Emberiza alba.
*Aldr. orn.* Alaudæ congener.
*Raj. av.* 93. *n.* 1. Emberiza alba.
*Will. orn.* 195. *t.* 40. Emberiza alba.
*Alb. orn.* 2. *p.* 46. *t.* 50. Emberiza alba.
*Suecis* Kornlärcka.
Habitat in agris & cultis Scaniæ. *D. Leche.*
*DESCR. Roſtrum* præcedentis, ſed majus. *Dorſum* ferrugineum nigro maculatum, maculis acutis. *Remiges* nigricantes margine exteriore albeſcente. *Rectrices* nigro-fuſcæ margine albeſcente. *Collum & pectus* albeſcentia maculis linearibus nigris.

229. EMBERIZA *Hortulana* remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorſum albis. *Fn.* 208.
*Geſn. av.* 567. Hortulana.
*Jonſt. orn. t.* 37. Hortulanus.
*Will. orn.* 197. *t.* 40. Hortulanus.
*Raj. av.* 94. *n.* 6. Hortulanus.
Habitat in Suecia, transmigrans menſe martio.

*DESCR. Corpus* ex nigro & teſtaceo variegatum; annulus pallidus oculos ambit. *Collum* vireſcens. *Venter* teſtaceus. *Gula* flava. *Pectus* pallidum. *Remiges* 16 nigræ: tribus primis margine albidis. *Rectrices* 12 nigræ: duabus utrinque extrorſum albis.

230. EMBERIZA *Citrinella* rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acumminata. *Fn.* 205.
*Bellon. av.* Hortulanus.
*Aldr. orn.* Luteæ alterum genus.
*Turn. hiſt.* Chloris ſ. Lutea ariſtotelis.
*Geſn. av.* 653. Emberiza flava.
*Merr. pin.* 176. Citrinella.
*Will. orn.* 196. *t.* 40. Emberiza flava.
*Raj. av.* 93. *n.* 2. Emberiza flava.
*Alb. orn.* 1. *p.* 63. *t.* 66. Emberiza flava.
*Suecis* Gröning. *Smolandis* Golſpinck.
Habitat ubique apud nos, nidificat in pratis humi. Larvas Braſſicæ aufert.

*DESCR. Corpus* griſeo-flavum. *Caput* flavum. *Rectrices* nigricantes, quarum duæ laterales utrinque apicibus introrſum albis. *Uropygium* ferrugineum. *Corpus* ſubtus flavum. *Maxilla* ſuperior nigra, inferior pallida. Pili vagi in occipite maris. *Remiges* primores margine exteriore vix flaveſcentes. *Rectrices* nigricantes: 1, 1 margine exteriore longitudinaliter albidæ; 2, 2 macula alba magna cuneiformi a latere inferiore apicis.

231. EMBERIZA *Schoeniclos* capite nigro, corpore griſeo nigroque, rectricibus extimis macula alba cuneiformi.
Fringilla capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo-nigricante. *Fn.* 211.
*Geſn. av.* 652. Paſſer aquaticus ſ. Schoeniclos.
*Raj. av.* 93. Paſſer torquatus in arundinetis nidificans.
*Suecis* Säf-Sparf.
Habitat in Arundinetis rarior.

*DESCR. Roſtrum* nigrum. *Caput* & *Gula* nigra. *Colli* latera albida. *Corpus* ſupra griſeo nigroque varium. *Abdomen* album. *Remiges* fuſcæ margine exteriore ferrugineo. *Rectrices* nigræ: 1, 1 latere exteriore toto & interiore dimidio albæ; 2, 2 macula alba cuneata in apice lateris interioris, margine etiam exteriore albo. *Uropygium* griſeum.

FRIN-

# Fringilla.

232\. FRINGILLA *cœlebs* artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *Fn.* 199.
*Geſn. av.* 387. Fringilla.
*Aldr. orn. l.* 13. *c.* 6. Fringilla.
*Will. orn.* 186. *t.* 45. *f.* 4. Fringilla.
*Raj. av.* 88. Fringilla.
*Alb. orn.* 1. *p.* 60. *t.* 63. Fringilla.
β Fringilla *ſylvatica* artubus remigibus rectricibusque nigris: duabus utrinque extimis a medio extrorſum albis. *Fn.* 200.
*Suecis* Fincke, Boſinck.
Habitat ubique per Sueciam, nidificans in arbuſculis. Fæmina migrat per hyemes, mas permanet. *J. Leche.*

*DESCR.* maculis purpureis a ſequenti differt hæc ſpecies.
*MAS* pectore rubicundo a fæmina differt.
*Roſtrum* plumbeum. *Caput* canum, a tergo pili nonnulli pennis longiores; *dorſi* poſterior pars cinereo-viridis, anterior vero griſea; at regio oculorum, *gula*, *pectus*, *latera* ferruginea ſunt. *Collum* eadem rubedine cingitur. *Alæ* nigræ macula triplici alba: alia ſcilicet ad flexuram alæ, alia in medio tectricum, tertia ſub hac in remigibus minima.
*Tectrices alarum* nigræ apicibus albis; ſunt etiam ad baſin albæ.
*Remiges* omnes nigricantes, latere interiore, præſertim verſus baſin, albæ; omnes, tribus primis exceptis, verſus baſin in latere exteriore alba macula notatæ; ſecundariæ remiges etiam margine exteriore linea alba aut flaveſcente ſupra medium exaratæ.
*Rectrices* fere æquales nigræ; harum exteriores 2 macula obliqua alba in penna extima majore: par intermedium rectricum cinereum eſt.
*FEMINA*, ni fallor, eſt ſequens: *Roſtrum* plumbeum. *Corpus* totum ſupra cinereo-vireſcens, ſubtus albicans. *Remiges* nigricantes; omnes (exceptis tribus primis) baſi utrinque albæ & margine interiore albeſcentes. *Cauda* forcipata. *Rectrices* nigricantes, intermedio pari vireſcente, ſed extimis 1 2 verſus apicem macula obliqua cuneiformi alba, quarum exterior major.

233\. FRINGILLA *Montifringilla* alarum baſi ſubtus flaviſſima. *Fn.* 198.
*Rudb. pict.* Carduelis angermannica.
*Jonſt. orn.* 99. *t.* 38. Montifringilla mas.
*Will. orn.* 187. *t.* 45. *f.* 5. Fringilla montana ſ. Montifringilla.
*Raj. av.* 88. Fringilla montana.
*Alb. orn.* 3. *p.* 60. *t.* 64. Montifringilla.
*Suecis* Norrquint.
Habitat in ſylvis aceroſis, præſertim *Norlandiæ.*
*DESCR. MAS* ſupra niger marginibus pennarum obſolete ferrugineis. *Abdomen* album. *Pectus* fulvo-ferrugineum ſeu aurantium, ut & alarum baſis extus, alarum baſis vero ſubtus ſaturatiſſime flava eſt. Sub ano ob-

ſolete ferruginea *Remiges* nigræ margine exteriore albido; 4 & inſequentes, verſus baſin, exteriore latere, dimidiato albæ. *Rectrices* nigræ, ſed 1, 1 margine exteriore, præſertim baſin verſus, albæ. *Digitus* poſticus intermedio vix longior.
*FÆMINA* fuſca, ubi ille canus, illa cinerea, ubi ille rufus, ſub alæ baſi etiam illa læte flavicatet illa pone anum obſolete ferruginea. *Rectrices* & *Remiges* uti in mare.

234. FRINGILLA *lulenſis* fuſca, pectore humeriſque ruffis, alis nigris macula ruffa.
*Rudb. pict.* Carduelis Lulenſis.
Habitat Luleæ in W-ſtrobothnia.

*DESCR.* *Corpus* cinereo-nigrum, ut & *dorſum* & *cauda*; mentum macula alba. *Venter* albicans. *Pectus* rufum. *Alarum* baſis rufa, quam macula nigra transverſa, dein rufa, tum iterum nigra, demum alba excipit. *Remiges* nigreſcunt. *Roſtrum* fuſcum.

235. FRINGILLA *lapponica* capite nigricante maculato, macula ſupra oculos alba. *Fn.* 196.
*Alb. orn.* 3. *p.* 59. *t.* 63
*Rudb. pict.* Carduelis Lapponica.
Habitat Torneæ.

*DESCR.* *Roſtrum* luteum apice nigro. *Caput* nigrum, linea alba, ſupra oculos orta, deſcendit incurvata ad collum; *collum* tergo ferrugineum. *Dorſum*, *Alæ*, *Cauda* fuſca lituris ferrugineis. *Pectus* albidum macula longitudinali nigra. *Cauda* bifida. *Rectrices* nigræ, 1, 1 obliquæ dimidiato albæ apice macula cuneiformi nigra. 2,2 macula cuneiformi alba. *Remiges* fuſcæ margine exteriore pallido.

236. FRINGILLA *Carduelis* remigibus antrorſum luteis: extima immaculata; rectricibus duabus extimis toto reliquiſque apice albis. *Fn.* 195.
*Geſn. av.* 242. Carduelis.
*Aldr. orn. l.* 18. *c.* 3. Carduelis
*Jonſt. orn.* 97. *t.* 37. Carduelis.
*Will. orn.* 189. *t.* 46. Carduelis.
*Raj. av.* 89. *n.* 1. Carduelis.
*Merian. europ. t.* 173. Carduelis.
*Aldr. orn.* 1. *p.* 61. *t.* 64. Carduelis.
*Suecis* Stiglitza.
Habitat in Juniperetis.

*DESCR.* *Roſtrum* albicans apice nigro. *Caput* juxta roſtrum ſanguineum, vertex niger; tempora teſtacea alba. *Alæ* nigræ, apicibus albis, macula magna flava deflexa in medio alæ. *Remiges* nigræ, quarum 1 tota nigra; 2-10 nigræ antrorſum luteæ, 11-13 antrorſum albæ. *Rectrices* nigræ, quarum 1, 1 extima medio lateris interioris albo reliquæ apice albæ. Tempore autumnali Remiges & Rectrices apice albent; vere autem nigræ ſunt. Maris ſcapulæ nigræ, feminæ cinereæ ſunt. *Kram.*

237.

237. FRINGILLA *Spinus* remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. *Fn.* 203.
*Geſn. av.* 1 Achantus avicula.
*Aldr. orn.* 353. *t.* 14. *f.* 28. Spinus ſ. Ligurinus.
*Jonſt. orn. t.* 37. Ligurinus ſpinus.
*Charl.* 79. Spinus ſ. Ligurinus.
*Will. orn.* 192. *t.* 46. Spinus ſ. Ligurinus.
*Raj. av.* 91. *n.* Spinus ſ. Ligurinus.
*Alb. orn.* 3. *p.* 71 *t.* 76. Ligurinus.
*Suecis* Siſka, Grônſiſka.
Habitat in Juniperetis. Nidus rariſſime reperitur. *Kram.*

*DESCR. Corpus* ſupra cinereo luteum, ita ut omnis penna interius cinerea, exterius lutea macula nigricante. Corpus ſubtus cinereo-album macula in ſingula penna nigricante. *Gula* albo flavicat. *Remiges* nigræ circa baſin anterius flavæ, poſterius albidæ; hinc lutea macula in ala, at primæ pennæ quatuor totæ nigræ. *Rectrices* luteæ apicibus nigris, ſed ſingulæ utrinque extimæ & duæ intermediæ totæ nigræ.

238. FRINGILLA *flammea* fuſca, criſta flammea. *Rudb. pict.*
Habitat in Norlandia.

239. FRINGILLA *flaviroſtris* fuſca, roſtro flavicante *Rudb. pict.* *
*Suecis* Riſka.

*DESCR. Corpus* cinereo-nigrum, anterius tamen dilutius fuſcum. *Pedes* atri. *Alæ* nigræ. *Cauda* bifurca.

240. FRINGILLA *Cannabina* remigibus primoribus rectricibusque nigris utroque margine albis. *Fn.* 209.
*Will. orn* 191. *t.* 46 Linaria rubra major.
*Raj. av.* 90. *n.* 2. Linaria rubra major.
*Alb. orn.* 3. *p.* 68. *t.* 72. 73. Linaria rubra major.
*Suecis* Hâmpling.
Habitat in ſylvarum nemoribus.

*DESCR. Caput* cinereum. *Dorſum* griſeum. *Corpus* ſubtus pallidum. *Pectus & vertex* ſanguinolenta. *Remiges* nigræ: primores 1-9 margine utroque albæ; ſecundariæ vero anteriore margine fuſcæ apice albidæ. *Cauda* bifurca. *Femina* caret macula ſanguinea verticis & capitis. *Rectrices* nigræ utroque margine albæ, exceptis 6, 6 margine fuſcis. *Lingua* integra, acuta. *Mares* ſcapulis magis rufeſcunt, *Feminæ* magis ſcapulis cineraſcentes ſunt.

241. FRINGILLA *Linaria* remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum albida. *Fn.* 210.
*Geſn. av.* 591. Linaria rubra.
*Aldr. orn. l.* 18. *c.* 9. Linaria rubra.

*Will. orn.* 191. Linaria rubra minor.
*Raj av.* 91. *n* 3. Linaria rubra minor.
*Charl. onom.* 80. Linaria rubra.
*Alb. orn.* 3. *p.* 70. *t.* 75. Linaria rubra minor.
*Suecis* Gråſiſka.
Habitat in Alnetis.

*DESCR. MAS* pectore & vertice ſanguineo a Fæmina differt. *Corpus* fuſco alboque obſoleto cinereum. *Frons* coccinea nitens. *Rectrices* fuſcæ margine obſolete pallido. *Remiges* fuſcæ exteriori margine obſolete pallido: Tegetes lituram transverſalem alarum albicantem efficiunt.

242. FRINGILLA *domeſtica* remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria.
Fringilla remigibus rectricibusque fuſcis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *Fn.* 212.
*Geſn. av.* 643. Paſſer.
*Will. orn.* 182. *t.* 44. Paſſer domeſticus.
*Raj. av.* 86. Paſſer domeſticus. Struthos.
*Alb. orn.* 1. *p.* 59. *t.* 92. Paſſer domeſticus.
*Suecis* Tätting, Gråſparf. *Smolandis* Hamp-Spink.
Habitat in hortis & juxta domos.

*DESCR. Dorſum* teſtaceo-ſordidum. *Caput* ſupra canum. *Gula* nigra. *venter* albicans. *Remiges* fuſcæ. *Cauda* bifurca. Mas ad aures brunneus. *Rectrices* fuſcæ immaculatæ.
*Fæmina* caput cinereum. Gula pallide cinerea. Macula albida pone oculos. Humeri ſoli griſei.

243. FRINGILLA *montana* remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina.
*Aldr. orn. l.* 15. *c.* 15. Paſſer montanus.
*Raj. av.* 87. Paſſer montanus.
Habitat in ſylvis & Lapponia.

*DESCR. Caput* ſpadiceum. *Dorſum* griſeo nigroque varium. *Uropygium* ſpadiceum. *Gula* nigra. *Pectus & abdomen* albicantia. *Remiges* fuſcæ, margine exteriore luteſcentes. *Rectrices* caudæ integræ fuſcæ. Tectrices alarum duplici ordine remigibus concolores, apicibus maxima ex parte albidis. *Pedes* pallidi. Differt a præcedente uropygio vireſcente, nec teſtaceo; macula nigra ad aures, nec alba retro oculum.

## Motacilla.

244. MOTACILLA *Luſcinia* rufo-cinerea, genuum annulis cinereis. *Fn.* 221.
*Geſn. av.* 592. Luſcinia.
*Aldr. orn. l.* 18. *c.* 2. Luſcinia.
*Jonſt. orn. t.* 45. Luſcinia.
*Will. orn.* 161. *t.* 41. Luſcinia ſ. Philomela.
*Raj. av.* 78. *n.* 2. Luſcinia ſ. Philomela.

*Alb.*

*Alb. orn.* 3. *p.* 49. *t.* 53. Luſcinia.
*Suecis* Näcktergahl.
Habitat in nemoribus *Olandiæ*, 59, 67, *Gotlandiæ*, *Scaniæ*, 93, *Swartſjölandet*, *Fulleròn*, *Upſaliæ*, *Sigtunæ* & alibi. Tanta vox? tam parvo in corpore? tantus ſpiritus? Spiritu prius deficiente quam cantu. *Plin.* veſpertina maxime modulans ſuaviſſimaque avis. Modus capiendi. *It. ſcan.* 389.

DESCR. *Color* ſupra teſtaceo-fuſcus, qui color magis rufeſcit in alis, adhuc magis in cauda. *Gula, pectus, abdomen* cinerea. *Cauda* ſubtus albicans. *Femora* alba; *genua* quaſi annulis cinereis cincta.
OBS. LUSCINIA MINOR. *Aldr. orn.* 754. *Jonſt. orn. t.* 45. inter Suecicas aves a Rudbeckio delineatas reperitur, quam nondum obſervavi.

245. MOTACILLA *modularis* ſupra griſeo fuſca, tectricibus alarum apice albis, pectore cæruleſcente-cinereo. *Fn.* 223.
*Friſch. av. l.* 21. *f.* 3. Curruca cantu luſciniæ.
*Suecis* Järnſparf.
Habitat in arundinetis, præſertim Septembri obvius; in caveis egregie cantillat tempore vernali & currit admodum agilis, victitans ſeminibus canabinis.

DESCR. *Caput & Dorſum* maculis nigricantibus acutis adſperſa; quarum maculæ minores & confertiores in capite & collo, quam dorſo. *oculi* purpuraſcentes. in *gula* & pectore ſupra oculos & aures color cæruleo-cinereus. *Remiges* fuſcæ, latere exteriore ferrugineæ: in ſecundariis macula oblonga albicans ad lateris exterioris apicem. *Rectrices* fuſcæ margine teſtaceo. uropygium teſtaceo-cinereum. color ſub cauda albus maculis acutis fuſcis.

246. MOTACILLA *Schœnobænus* teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite maculato. *Fn.* 222.
*Schœnobænus. D. Leche.*
Habitat inter Scirpos Scaniæ.

DESCR. Magnitudo Reguli. *Iris* nigro-fuſca. *Pedes* ſubfuſci. digitus interior intermedio adnexus. *Tibiæ* 17 inciſuris. Color *dorſi*, *Capitis*, *uropygii* teſtaceo-fuſcus, ſed maculatus in dorſo & præſertim capite. *Gula*, *Abdomen*, *Femora*, *Cauda* ſubtus pallide teſtacea. Cauda fuſca integra *Alæ* fuſcæ margine exteriore teſtaceo.

247. MOTACILLA *Curruca* ſupra fuſca, ſubtus albida, rectricibus fuſcis: extima margine interiore alba. *Fn.* 233.
*Geſn. av.* 370. Curruca.
*Jonſt. av.* Hippolais ſ. Curruca.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 34. Hippolais ſ. Curruca.
*Will. orn.* 157. Curruca eliolæ.
*Raj. av.* 79. *n.* 6. Curruca.

*Suecis* Kruka.

Habitat prætertim in terra argilloſa, ova ponens cinerea maculis ferrugineis.

*DESCR.* Corpus ſupra fuſco-cinereum, infra album. *Remiges* fuſcæ, margine tenuiore albeſcentes. *Cauda* integra. *Rectrices* fuſcæ, ſed 1, 1 margine exteriore longitudinaliter alba.

248. MOTACILLA *Hippolais* vireſcenti-cinerea, ſubtus flaveſcens, abdomine albido, artubus fuſcis. *Fn.* 234.

*Raj. av.* 79. *n.* 7. Ficedula ſeptima aldrovandi.

Habitat in arboribus.

*DESCR.* forte præcedentis eſt Fæmina. *Corpus* ſupra cinereum, ſubtus cinereo-albicans. *Collum* & imprimis *Alæ* ſubtus vireſcunt. *Gula* alba. *alæ* clauſæ ſupra ferrugineæ. *Remiges* margine exteriore ferrugineæ ſunt. *Rectrices* coæquales vel exteriores paulo breviores, fuſcæ omnes, ſed 1;ma extrorſum pallida; 2 apice pallida; reliquæ vix manifeſte pallidæ.

249. MOTACILLA *Salicaria* cinerea, ſubtus alba, ſuperciliis albis.

*Alb. av.* 3. *p.* 56. *t.* 60. Salicaria geſneri.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* *Corpus* ſupra cinereum, vix vireſcens. *Abdomen* exalbidum. *Pectus* & tectrices alarum inferiores flaveſcentes. *Remiges* fuſcæ, margine poſtico albidæ. *Rectrices* remigibus concolores. *linea* albida ſupra oculos. Avis valde affinis *Sylviæ*, modo non ſexu tantum diſtincta.

250. MOTACILLA *Sylvia* ſupra cinerea, ſubtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato-alba, ſecunda apice alba. *Fn.* 228.

*Suecis* Skogsknetter, Meſar.

Habitat in ſylvis & nemoribus.

*DESCR.* *Caput*, *Collum*, *Dorſum*, *Alæ*, *Uropygium*, *Cauda* (verbo tota avis ſupra) cinerea. *Gula*, *Collum*, *Abdomen*, *Pectus*, *Cauda* ſubtus (i. e. tota avis ſubtus) alba. *Remiges* cinereo-fuſcæ. *Rectrices* cinereo-fuſcæ, ſed extima dimidiato-alba ſecundum totam longitudinem a latere exteriore. Rectrix ſecunda apice alba, reliquæ immaculatæ. vix Motac: Trochila major.

251. MOTACILLA *Ficedula* ſubfuſca, ſubtus alba, pectore cinereo maculato. *Fn.* 231.

*Will. orn.* 163. Ficedula quarta.

*Raj. av.* 81. *n.* 12. Ficedula.

*Liſt. apic.* 125. Ficedula.

*Charl. onom.* 81. *t.* 81. Ficedula.

*Alb. orn.* 3. *p.* 25. *t.* 26. Ficedula cannabina.

Habitat in hortis & cultis rarius.

DESCR.

*DESCR.* Color ſupra totus e fuſco caſtaneus, ſubtus alba aut albo-cineraſcens.

252. MOTACILLA *alba* pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn* 214.
*Bell. ic.* 88. *b.* Motacilla, Culicilega, Suſurada.
*Geſn. av.* 618. Motacilla, quam noſtri albam cognominant.
*Jonſt. orn.* 120. *t.* 43. Motacilla alba.
*Anon. angl.* 127. Water wagtail.
*Will. orn.* 171. *t.* 42. Motacilla alba.
*Raj. av.* 75. *n.* 1. Motacilla alba.
*Alb. orn.* 1. *p.* 49. *t.* 49. Motacilla alba.
*Suecis* Ärla, Sådesårla. *Sudermannis* Isſpiårna. *Oſtrobothnienſibus* Wåſtråckia.
Habitat ubique. ova 6 alba maculis fuſcis confertis.

*DESCR.* Caput nigrum a vertice ad nucham. Frons, latera capitis, gula alba. *Collum* ſubtus a gula ad ſternum macula magna nigra tegitur. *Dorſum* canum. *Pectus & venter* albida cum cinerei mixtura. *Alæ* fuſcæ; quarum 1-5 longiores integræ, at 6-14 fere æquales obtuſæ emarginatæ. 15 quæ longior & 16 margine anteriore albæ. *Rectrices* æquales, fuſcæ: 1, 2 dimidiato albæ oblique verſus apicem; 3, 4, 5 fuſcæ immaculatæ; 6 anguſtior acutior (margine exteriore longitudinaliter albo in quibusdam) *Tibiæ & Pedes* nigri, ungue poſtico maximo. *Roſtrum* tenue, nigrum; maxillis ſubæqualibus, ſuperiore utrinque emarginata. *nares* oblongæ nudæ. *Lingua* ſagittata membranacea apice plurimis ſetulis lacero.

253. MOTACILLA *flava*, pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn.* 215.
*Geſn. av.* 618. Motacilla flava.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 24. Motacilla flava.
*Will orn.* 172. *t.* 63. Motacilla flava.
*Raj. av.* 75. *n.* 2. Motacilla flava.
*Merr. pin.* 178. Motacilla flava, roſtro longiuſculo nigricante.
β Motacilla cinerea *Raj. av.* 75. *n.* 3.
*Edv. av.* 105. *l.* 259 Femina eſt.
*Sudermannis* Sådesårla.
Habitat paſſim apud nos in ſepibus. nidificat inter ſegetes; ova 5 maculis & lineolis fuſcis.

*DESCR.* *Gula*, *pectus*, *abdomen* a roſtro ad caudam ſubtus ſaturate flava. *Caput* ſupra canum cum viridi mixtura. *uropygium* viride. linea alba a roſtro per oculos ducta. *alæ* fuſcæ. *Remiges* 1-5 longiores, acutiores, ſenſim breviores; 6-14 æquales, obtuſæ, breviores, emarginatæ, at 15 ſimilis magnitudine & figura 5:tæ, ſed 16 longitudine 1:mæ, margine anteriore alba. *Rectrices* æquales fuſco-nigricantes, quarum 1-2 dimidiato oblique verſus apicem albæ; ſed 3 vix apice antrorſum albicans; reliquæ 4, 5, 6 immaculatæ nigro-fuſcæ. *Roſtrum* ſubulatum, nigrum. *Lingua* in quatuor

tuor vel quinque ſetas diviſa, acuminata. *Pedes* fuſci, ungue poſtico reliquis omnibus duplo longiore.
*MAS* capite viridi-cinereo, lineola ſupra oculos alba, temporibus viridi-cinereis.
*FÆMINA* capite obſcure cinereo, linea pone oculos albida, temporibus ſub oculis nigris.

254. MOTACILLA *Oenanthe* dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. *Fn.* 217.
*Will. orn.* 168. *t.* 41. *f.* 4. Oenanthe ſ. Vitiflora?
*Jonſt. av.* 123. *t.* 45. *f.* 13. Oenanthe ariſtoteli & plinio.
*Raj. av.* 75. *n.* 1. Oenanthe ſ. Vitiflora.
*Ald. orn.* 1. *p.* 53. *t.* 57. Oenanthe.
*Suecis* Stenſquetta.
Habitat inter lapides. ova 6 cæruleſcentia punctis fuſcis raris.
*DESCR.* magnitudo Fringillæ Chloridis; *os*, *vibrizæ*, *pedes*, *ungues*, *faux* nigra. Cinerea ſ. cana ſunt *caput*, *dorſum*, verſus uropygium tamen vireſcens. *abdomen* album. *Frons* albicat. a roſtro per oculos ad aures linea lata nigra; ſupra oculos (in mare) macula alba. *Gula* & *collum* ſubtus albo leviſſime flaveſcens. *Remiges* omnes fuſcæ, immaculatæ. *Rectrices* a medio apicem verſus fuſcæ, baſin verſus albæ; albedo tamen nigredine longior; at rectrices 6, 7 (intermediæ) longiore nigredine quam albedine gaudent. *Uropygium* utrinque album.
vidimus hujus *varietatem* alis atris, remigibus ſecundariis apice albis.

255. MOTACILLA *Rubetra* nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. *Fn.* 218. & 230.
*Aldr. orn.* 735. Muſcicapa tertia.
*Bellon. Rubetra.* . . . Rubetra.
*Raj. av.* 76. *n.* 4. Oenanthe noſtra tertia.
*Will. orn.* 169. *t.* 41. *f.* 5. Muſcicapa noſtra tertia.
Habitat paſſim ruri.
*DESCR.* *Roſtrum* nigrum. *Caput* fuſcum; linea a naribus per oculos alba, ſub qua nigra faſcia. *gula* alba. *Collum* & *pectus* ſubtus dilute ferruginea. *abdomen* album. *Dorſum* & *uropygium* conſtat pennis fuſcis margine griſeis. in alis macula magna alba extrorſum nigra. *Remiges* fuſcæ; primores 1-8 margine poſtico & baſi albæ. *Rectrices* fuſcæ a medio baſin verſus albæ, exceptis duabus intermediis omnino fuſcis. magnitudo Paſſeris domeſtici. rectrix extima exteriore margine fere uſque ad apicem alba eſt.
*OBS.* Raj. av. 76. *Oenanhe ſecunda noſtra ſ. Rubecula* vix ab hac ſpecie differt.

256 MOTACILLA *Atricapilla* teſtacea, ſubtus ſubcinerea, pileo obſcuro. *Fn.* 229.
*Aldr. orn. l.* 17. *t.* 36.
*Jonſt. av. t.* 45. Atricapilla ſ. Ficedula.
*Will. orn.* 162. *t.* 41. Atricapilla ſ. Ficedula.

*Raj.*

*Raj. av.* 79. *n.* 8. Atricapilla ſ. Ficedula.
Habitat præſertim in *Scania.*

*DESCR. MAS* vertice nigricat; *dorſum* teſtaceum; ſubtus cinerea.
*FÆMINA* vertice luteo ruſeſcit; corpore toto etiam luteo ruſeſcit; ſubtus dilute albicat.

257. MOTACILLA *Phoenicurus* gula nigra, abdomine rufo, capite dorſoque cano. *Fn.* 24.
*Raj. av.* 78. *n.* 5. Ruticilla.
*Will. orn.* 159. Ruticilla, Phænicurus græc.
*Alb. orn.* 1. *p.* 48. *t.* 50. Ruticilla.
*Suecis* Rödſtjert.
Habitat in arboribus frondiferis, nidificans in cavis arborum & parietum, egregie cantillans. Hyeme occultatur.

*DESCR. Pectus*, *uropygium*, *Cauda* rufa. *Caput*, *collum*, *dorſum* cinerea. *frons* alba. *Gula* & maxillæ ſub oculis nigra. *Rectrices* duæ intermediæ fuſcæ. *Fæmina* capite & collo cinerea, pectore magis pallida. abdomen album, *remiges* fuſcæ. *Cauda* ſimillima maris.

258. MOTACILLA *Erithacus* dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rubris: duabus cinereis. *Fn.* 225.
Habitat in pratorum arboribus. ova 9 viridi-cærulea.

*DESCR. Caput* ſupra canum. *Dorſum*, *Alæ*, *Remiges* cinereæ. *Gula*, thorax, *abdomen*, *uropygium*, *rectrices* rufa ſ. ferruginea. Rectrices duæ intermediæ cinereæ margine medio exteriore parum ruſeſcentes. *Pedes* nigri. macula nulla ſub gula aut in ſincipite; nec ſupercilia alba. an præcedentis fæmina?

259. MOTACILLA *Suecica* pectore ferrugineo: faſcia cærulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis.
Motacilla pectore cæruleo: macula flaveſcente albedine cincta. *Fn.* 226.
*Rudb. pict.* Avis Carolina mas.
*Geſn. av.* 796. Wegflecklin.
*Aldr. orn.* 749. Phœnicuro ſimilis ornithologo.
*Will. orn.* 160. Ruticilla 3. Wegflecklin.
*Raj. av.* 78. Ruticilla Wegflecklin.
β *Geſn. av.* 796. Wydengyckerlin.
*Rudb. pict.* Avis Carolina fæmina.
Habitat *Tornoæ* & alibi in *Weſtrobothniæ* & *Lapponiæ* ſalicetis & alnetis.

*DESCR. MAS.* Magnitudo Fringillæ Ligurini. *Caput*, *dorſum*, *Cauda* griſea. *Remiges* fuſcæ apice minimo albo. *Rectrices* fuſcæ apice ſubteſtaceæ, a baſi ad medium ferrugineæ: intermediæ totæ fuſcæ. *Linea* albida ſupra oculos. *Pectus* fulvo-teſtaceum: faſcia in medio pectoris cærulea. venter & *Pectus* albicant. ſub ano luteſcit. *Pedes* cinerei.

FÆMI-

*FÆMINA* antecedenti mari ſimilis, ſed dilutior, inſuper macula non ad canthum oculi, ſed loco ſuperciliorum oblonga. a gula ad ſternum cinerea, ſed in hujus medio alba macula; infra hanc ad ſternum velut fuſco-cinereo nebuloſa.

260. MOTACILLA *Rubecula* griſea, gula pectoreque fulvis. *Fn.* 226.
*Alb. orn.* 1. *p.* 49. *t.* 51. Rubeculus.
*Will. orn.* 160. *t.* 38. Rubecula ſ. Erithacus.
*Raj. av.* 78. *n.* 3. Rubecula ſ. Erithacus.
*Suecis* Rotgel.
Habitat in arboribus frondiferis ad paludes, optime cantillans ſolitaria, (una arbor non capit duos erithacos) pugnaciſſima, delectatus Evonymi baccis.

*DESCR.* A roſtro ad ſternum luteo rufa. *dorſum*, *alæ* & *Cauda* griſea: *venter* albicans. unguis poſticus longior. *Remiges* & *Rectrices* cinereo-fuſcæ tectrices (remigum poſteriorum) ſex apice maculis ferrugineis. *Cauda* æqualis. *Roſtrum* & *Pedes* fuſci.

261. MOTACILLA *Troglodytes* griſea, alis nigro cinereoque undulatis *Fn.* 232.
*Geſn. av.* 651 Paſſer troglodytes.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 4. Paſſer troglodytes bellonii.
*Will. orn.* 164. *t.* 42. Paſſer troglodytes.
*Raj. av.* 80. Paſſer troglodytes.
Habitat rarior apud nos; nidificat in terra & ſepibus.

*DESC.* Avis ſupra caſtanei coloris; ſubtus pallidior. *abdomen* lineolis transverſis fuſcis undulatum. *Cauda* integra. *alæ* cinereo-nigricantes nigro undulatæ.

262. MOCACILLA *Regulus* remigibus ſecundariis exteriore margine flavis, medio nigris. *Fn.* 235.
*Geſn. av.* 643. Parus ſylvaticus.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 1. Regulus.
*Jonſt. orn. t.* 42. Paſſerculus rroglodytes.
*Will. orn.* 163. *t.* 41. Regulus criſtatus.
*Raj. av.* 79. *n.* 9. Regulus criſtatus.
*Alb. orn.* 1. *p* 51. *t.* 53. Regulus criſtatus.
*Suecis* Kongsfogel.
Habitat in arboribus non infrequens; minima avis inter noſtrates.

*DESCR.* *Corpus* ſupra griſeo-virens, ſubtus dilutius. *Remiges* fuſcæ 1 2 3 4 5 margine exteriore vix flaveſcentes, reliquæ 6-16 in marginis exterioris medio nigræ, a medio extrorſum flavo-vireſcentes. Remiges omnes poſteriore margine albeſcunt, & harum 12-16 etiam apice. *Rectrices* fuſcæ, margine exteriore flavæ. *Roſtrum* ſubulatum, nigrum. *Lingua* lacera. unguis poſticus major. *MAS* macula magna verticis flava, in medio fulva, lateribus nigra.

263.

263. MOTACILLA *Acredula* dorſo cinereo-vireſcente, remigibus fuſcis: ſeptimo octavo nonoque apicibus albis. *Fn.* 237.

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* avicula, quam ſub hac ſpecie intellectam volo, ſequenti gaudet colore. *Roſtrum* tenue, flaveſcens, ſupra magis obſcurum. *Nares* ovato-oblongæ: vibrizæ ſetis utrinque tribus nigris. *Caput, collum, dorſum, uropygium & alarum* tectrices cinerea leviſſime in viride tranſeuntia; ad flexuram alæ, præſertim ſubtus, viridi-flaveſcens color ſaturatior, quam in reliquo corpore. *Gula, pectus, abdomen* alba, ſed collum ſubtus parum e viridi flaveſcit. *Pedes* fuſco-pallidi uti roſtrum. *Rectrices* fuſcæ & Cauda forficata. *Remiges* itidem fuſcæ, ſed pennæ 7 8 9 ſummis apicibus vix manifeſte albæ. *Lingua* ſetis duabus inſtructa; faux flava. Supra oculos a roſtri baſi ſumma lineola pallide flaveſcens utrinque. Facies adeoque Spini, ſed duplo minor; inquietiſſima eſt in arboribus & ſemper ſalit huc illucque.

264. MOTACILLA *Trochilus* cinereo-vireſcens, alarum tectricibus inferioribus flaveſcentibus, ſuperciliis luteis. *Fn.* 236.

*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 2. Regulus alius non criſtatus.
*Will. orn.* 164. *t.* 42. Regulus non criſtatus.
*Raj. av.* 80. *n.* 10. Regulus non criſtatus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 55. *t.* 59. Regulus non criſtatus.
Habitat in ſalicetis; ova 5 alba rubris maculis.

*DESCR.* *Corpus* fuſco cinereo-vireſcens, linea ſublutea a naribus ſupra oculos ad occiput. Corpus ſubtus albo-luteſcens. *Remigum* tectrices inferiores e viridi flaveſcentes. Remiges fuſcæ margine vireſcente. *Rectrices* ſimiles remigibus. *Will.*

## Parus.

265. PARUS *major* capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *Fn.* 238.

*Geſn. av.* 640. Parus major.
*Bell. ic.* 95. *a.* Parus major.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 13. Parus major.
*Merr. pin.* 178. Parus major.
*Will. orn.* 174. Fringillago ſ. Parus major.
*Raj. av.* 73. *n.* 3. Fringillago ſ. Parus major.
*Alb. orn.* 1. *p.* 44 *t.* 46. Fringillago ſ. Parus major.
*Suecis* Talg-oxe.
Habitat inter Alnos, frigidiſſima hyeme ad feneſtras accedens.

*DESC.* *Corpus* nigrum, ſplendens. Tempora infra oculos alba. *mentum* nigrum, quæ nigredo jungitur ſub temporibus macula capitis. macula gulæ appendicem nigrum verſus pectus & ventrem recta demittit. nucha lutea. ſcapularum regio luteo-viridis. *Pectus & venter* flava. *alæ & cauda* incana. *remiges* nigricantes, margine exteriore albicantes excepta prima.

Linea

Linea alba tranſverſalis obliqua per alam decurrit. Rectrix 1 longitudinaliter extrorſum alba, at ſexta utrinque cæruleſcens; reliquæ longitudinaliter extrorſum cæruleſcentes, introrſum nigricantes.

266. PARUS *criſtatus* capite criſtato. *Fn.* 239.
*Geſn. av.* 642. *f. med.* Parus criſtatus,
*Aldr. orn.* . . . Parus criſtatus.
*Will. orn.* 175. *t.* 43. Parus criſtatus.
*Raj. av.* 74. *n.* 6. Parus criſtatus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 2. Parus criſtatus.
*Suecis* Toſsmyſſa, Toſstita. *Uplandis* Meshatt.
Habitat in ſylvis depreſſis.

*DESC. Dorſum* fuſco-cinereum. *alæ* & *cauda* nigro-cinerea. *venter* albus plumis introrſum nigris. *caput* vertice pennis longioribus & ſurrectioribus gaudet; eſtque caput colore mixto ex albo & nigro, plumæ enim nigræ ſunt apicibus albis: *criſtæ* plumæ reliquis majores. pone oculos nigredo; gula macula magna nigra; *collare* nigrum. *Pedes* cærulei.

267. PARUS *cæruleus* remigibus cæruleſcentibus: primoribus margine exteriore albis, vertice cæruleo. *Fn.* 240.
*Bell. ic.* 96. *a.* Parus cæruleus.
*Geſn. av.* 641. Parus cæruleus.
*Merr. pin.* 178. Parus cæruleus minor.
*Will. orn.* 175. Parus cæruleus.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 17. Parus cæruleus.
*Suecis* Blåmees.
Habitat in Alnetis.

*DESCR. Frons* alba. *Vertex* cæruleus. *Tempora* alba, linea a roſtro per oculos verſus nucham coit in maculam cæruleſcentem, quæ collum ambit, & gulæ maculam nigricantem conſtituit. *Remiges* ſecundariæ apice albæ, unde faſcia alarum alba. *Pectus, Abdomen* & latera flaveſcentia. *Abdomen* pone albicans; tectrices alarum cæruleſcentes apicibus albis. *Rectrices* nigricantes, margine exteriore cæruleſcentes, quarum 1, 1 margine exteriore albæ. *Cauda* cæruleſcens. *collum* ſupra albicans. *dorſum* vireſcens. *pedes* nigri.

268. PARUS *ater* capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. *Fn.* 241.
*Geſn. av.* 641. Parus ater.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 19. Parus ater.
*Merr. pin.* 178. Parus ater ſ. carbonarius.
*Will. orn.* 175. *t.* 45. Parus ater.
*Raj. av.* 73. *n.* 2. Parus ater.
Habitat in Alnetis.

*DESCR. Caput* a roſtro ad nucham nigrum. *Tempora* alba. Sterni regio nigra. *Pectus* & *abdomen* albida. *Dorſum* & *uropygium* cinerea. *Re-*

*miges*

*Remiges* 17 fuſcæ, margine interiore albæ, faſcia alba duplex in alis. *Rectrices* 12 fuſcæ. *Pedes* cœruleſcentes.

269. PARUS *paluſtris* capite nigro, temporibus albis, dorſo cinereo. *Fn.* 242.
*Geſn. av.* 642. Parus paluſtris.
*Aldr. orn.* - - Parus paluſtris.
*Will. orn.* 175. *t.* 43. Parus paluſtris.
*Raj. av.* 73. *n.* 3. Parus paluſtris.
*Alb. orn.* 3. *p.* 54. *t.* 58.
*Suecis* Entita, Tomlinge.
Habitat in juniperetis.

*DESCR. Caput* a roſtro ad nucham ſupra oculos nigrum. *Tempora* infra oculos alba. *Corpus* ſupra cinereum, ſubtus candido-cinereum, plumæ tamen omnes nigræ, apicibus ſolum colorem exhibentes viſibilem. *Remiges* nigricantes margine exteriore albido, faſcia nulla per alas. *Rectrices* & tectrices dorſo concolores. *Roſtrum* nigrum. *Pedes* plumbei. *Rectrix* 1, 1 margine exteriore alba.

## Hirundo.

270. HIRUNDO *ruſtica* rectricibus, excepto pari intimo, macula alba notatis. *Fn.* 244.
*Geſn. av.* 548. Hirundo domeſtica.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 6. Hirundo domeſtica.
*Jonſt. av.* 115. *t.* 42. Hirundo.
*Merr. pin.* 177. Hirundo.
*Will. orn.* 155. *t.* 39. Hirundo domeſtica.
*Raj. av.* 71. *n.* 1. Hirundo domeſtica.
*Alb. orn.* 1. *p.* 43. *t.* 45. Hirundo domeſtica.
*Suecis* Ladu-Swala.
Habitat in domibus intra tectum.

*DESCR. MAS. Corpus* ſupra nigro-cæruleum nitidum. *Venter, Pectus,* tectrices alarum inferiores alba. *Frons & gula* brunnea. *Collum* ſubtus cæruleſcens. *Remiges* nigræ, veræ 1-9 ſenſim longiores quo apici propiores; at ſecundariæ quo corpori propiores eo longiores; hæ emarginatæ ſunt. *Cauda* nigra, bifurca. *Rectrices* 12 extimis longiſſimis; ſingula rectrice macula alba notata, excepto pari intimo ſeu ſexto. *Roſtrum* minimum, depreſſum, faux ampla, flava. *Nares* ovatæ, nudæ. *Lingua* bifida, acuta. *Pedes* nudi,

271. HIRUNDO *urbica* rectricibus immaculatis, dorſo nigro cæruleſcente. *Fn.* 245.
*Geſn. av.* 564. Hirundo ſylveſtris.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 7. Hirundo agreſtis ſ. ruſtica Plinio dicta.
*Merr. pin.* 178. Hirundo agreſtis ſ. ruſtica plinii.
*Jonſt. orn.* 117. Hirundo agreſtis.

*Will. orn.* 155. Hirundo agreſtis plinii ſ. ruſtica.
*Raj. av.* 71. *n.* 2. Hirundo ruſtica ſ. ſylveſtris.
*It. Oeland.* 41. Hirundo dorſo nigro-cæruleſcente.
*Alb. orn.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. A.* Hirundo agreſtis.
*Suecis* Hus-ſwala.
Habitat ſub margine tecti e ſummo pariete extra domum.

*DESCR. Roſtrum* nigrum, breve, depreſſum. *Nares* nudæ. *Corpus* ſupra nigrum, ſed caput & dorſum ſupra nigro-cæruleſcens, inter oculos & roſtrum atra. *Remiges* fuſcæ, primores acutæ, ſecundariæ vero emarginatæ. *Rectrices* 12 fuſcæ, exteriores ſenſim longiores. *Uropygium, gula, Pectus, venter,* tectrices inferiores rectricum alba. *Pedes* alba lana veſtiti. *Lingua* marginata. Hujus domum intrat ſibique ſæpe vindicat Fringilla domeſtica, at domina domus ſibi adſociat ſocias, quæ luto introitum claudunt, mox avolant ovantes; quo facto ſi manu aperiatur captivus reperitur ſuffocatus.

272. HIRUNDO *Apus* nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis. *Fn.* 246.
Hirundo nigra tota, gula albicante.
*Bell. ic.* 100. *a.* Apus, Cypſelus minor.
*Geſn. av.* 166. Apus.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 19. Apus.
*Jonſt. orn.* 119. *t.* 42. Apus.
*Merr. pin.* 178. Hirundo apus.
*Will. orn.* 156. *t.* 39. Hirundo apus.
*Raj. av.* 72. *n.* 4. Hirundo apus.
*Alb. orn.* 2. *p.* 51. *t.* 55. Hirundo apus.
*Suecis* Ring-ſwala.
Habitat in turribus, templis, arcibus, nec non in ſylvis cavisque arborum. Cretenſes pueri aciculam hami inſtar incurvatam per mediam Cicadam figunt, extremum filum manu tenentes; Cicada ſic transfixa nihilo minus in aëre volitat, quam conſpiciens Hirundo, impetu in eam ruit & devorat cum acicula, qua retentus capitur, ſic & Iſpida *Bell. obſ.* 16.

*DESCR. Magnitudo* fere caprimulgi, fuſco nigricans. *Gula* alba. *Lingua* emarginata. *Myſtaces* nullæ. *Alæ* longiſſimæ. *Cauda* forcipata rectricibus tantum 10. *Pedes* rufi carnoſi, tetradactyli: digitis omnibus anticis; intimo breviſſimo.

273. HIRUNDO *riparia* cinerea, gula abdomineque albis. *Fn.* 247.
*Geſn. av.* 656. Hirundo riparia ſ. Drepanis.
*Aldr. orn. l.* 17. *c.* 8. Drepanis ſ. riparia.
*Jonſt. orn. t.* 42. Hirundo riparia.
*Merr. pin.* 178. Hirundo riparia.
*Will. orn.* 156. *t.* 39. Hirundo riparia.

Raj.

*Raj. av.* 71. *n.* 3. Hirundo riparia.
*Alb orn.* 2. *p.* 52. *t.* 96. *f. B.* Hirundo riparia.
*Suecis* Strand-Swala, Back-Swala.
Habitat ſub terra in abruptis littoribus vel arenoſis præcipitiis, ubi fodit cavitates horizontales profundas.
*DESCR.* Tota cum *Remigibus* & *Rectricibus* cinerea. *Gula* & *venter* alba.

## Caprimulgus.

274. CAPRIMULGUS *europæus* narium tubulis obſoletis.
Hirundo cauda integra, ore ſetis ciliato. *Fn.* 248.
*Bell. ic.* 28. *a.* Strix, Caprimulgus, Fur nocturnus.
*Geſn. av.* 242. Caprimulgus Ægothelus.
*Jonſt. orn.* 53. *t.* 20. Caprimulgus.
*Will. orn.* 70. *t.* 14. Caprimulgus.
*Raj. av.* 26. *n.* 1. Caprimulgus.
*Albin. ornith.* 1. *p.* 10. *t.* 10. Caprimulgus.
*Suecis* Nattſkråfva, Nattſkårra. Smolandis *Qvällknarren.*
Habitat ubique in Suecia, nocte ſola exit, proditur facile ſuſurro continuo. Nidificat ad prærupta umbroſaque montium latera. *It. W:goth.* 27.
*DESCR. Magnitudo* Cuculi. *Corpus* ſupra canum, ex nigro, albo & fuſco tenuiſſime undulatim mixtis maculatum; huic colori maculæ parvæ longitudinales nigræ adſperſæ. *Abdomen* pallide teſtaceum undulis craſſioribus nigris: *Pectus* iisdem undulis, ſed minoribus. *Caput* ratione corporis magnum. *Aures* amplæ. *Roſtrum* tenue, depreſſo-planum, modice inflexum, nigrum. *Pedes* parvi, hirſuti; digito intermedio duplo longiore. *Cauda* longa, integra. *Rectrices* 10. Pennæ omnes laxæ, molles, æquales. *Unguis intermedius* interiori margine ſquamis pectinatis notatur. Singularia in hac Ave; *Myſtaces* in margine maxillæ ſuperioris ex 8 radiis ſ. ſetis exſtantibus rigidis, quo facilius phalænis & inſectis victitet. *Faux* ampliſſima, decies roſtri hiatu amplior, ut in congeneribus. *Nares* prominentes cylindro elevato. *Lingua* minima, acutiſſima, integerrima, palato adfixa. *Cranium* pellucidum. *Capite* magno, auribus magnis, (it. W:goth. 215.) licet non exſtantibus, oculis magnis commune huic cum reliquis nocturnis avibus; unguis intermedius ſquamatus. *MAS* gaudet macula magna alba fere in medio Remigis 2 & 3, quibus fæmina caret & apices Rectricum 1, 2 apice albæ ſunt in mare.

*Claſſis. III.*

# AMPHIBIA.

## I. REPTILIA.

### Rana.

275. RANA *Bufo* corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque.

Rana manibus tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis palmatis: pollice breviore. *Fn.* 253. *It. oel.* 142.
*Raj. quadr.* 252. Bufo ſ. Rubeta.
*Rond. aquat.* 2. *p.* 221. Bufo.
*Charl. onom.* 24. Bufo.
*Bradl. nat.* 1. *t.* 21. *f.* 2. Bufo.
*Jonſt. quadr.* 132. Bufo.
*Suecis* Padda. *Smolandis* Tâſſa.
Habitat in locis umbroſis, montoſis, Actea aut Cotula fœtida præſertim luxuriantibus, noctu exiens.

*DESCR. Manus* tetradactylæ, ſiſſæ, digitis ſubæqualibus. *Palmæ* hexadactylæ, palmatæ, digito primo & ultimo breviſſimo. *Corpus* nigrum, verrucis hiſpidum, ad aures veſicula quaſi inflata. *Gula* flava. *Abdomen* ventricoſum, pallidum, maculis nigris adſperſum, uti & ipſa *femora* fuſca.

276. RANA *Rubeta* corpore verrucoſo, ano obtuſo ſubtus punctato. *It. W:goth.* 261.
Habitat in *Wermelandia*; in horto *Drotningholmenſi* poſt pluvias frequens.

277. RANA *Bombina* corpore verrucoſo, abdomine luteo nigro maculato, plica gulari.
Rana abdomine fulvo. *Fn.* 251.
*Suecis* Kläck-Groda. *Scanis* Sâdes-Pompa.
Habitat in *Scaniæ* compeſtris foſſis auſtralibus *It. ſcan.* 122, 244, 272.

278. RANA *temporaria* dorſo planiuſculo ſubangulato.
Rana manibus tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis palmatis, pollice longiore. *Fn.* 250. *It. oel.* 154.
*Aldr. ovip.* 89. Rana.

*Raj.*

*Raj. quadr.* 247. Rana aquatica.
*Bell. aquat.* 54. Rana.
*Charl. onom.* 24. Rana temporaria.
*Schoneſ. ichth.* 59. Rana.
*Bradl. nat.* 21. *f.* 1. Rana.
*Geſn. ovip.* 46. Rana aquatica ſive innoxia.
*Jonſt. quadr.* 130. Rana aquatica.
*Suecis* Groda. *Smolandis* Frö. *Oſtrobothnienſibus* Klâſſa.
Habitat ubique in aquis & foſſis vere, excepta ferme Lapponia.

DESCR. *Manus* tetradactylæ, digito 2 & 4 breviori *Plantæ* hexadactylæ ſemipalmatæ, digito 1 & 5 longiore. *dorſum* planum, diſtinctum, lateribus utrinque linea pallida elevata ab apice roſtri per palpebram ſuperiorem, verſus caudam. *Tempora* nigra. maxilla ſuperior alba ad marginem. *Corpus* cæterum totum livido-cinereum lituris nigris notatum; *Femora* pallida lituris nigris transverſis.

279. RANA *eſculenta* corpore angulato, dorſo tranſverſe gibbo, abdomine marginato.
*Roeſ. ran.* 51. *t.* 13. Rana viridis aquatica.
Habitat in fontibus Smolandiæ alibique.

280. RANA *arborea* corpore lævi ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis unguibus orbiculato-dilatatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 135.
Rana viridis. *Fn.* 252.
*Charl. onom.* 24. Ranunculus viridis.
*Jonſt. quadr.* 133. Ranunculus viridis.
*Raj. quadr.* 251. Rana arborea ſ. Ranunculus viridis.
*Aldr. ovip.* 434. Rana viridis.
*Geſn. ovip.* 60. Ranunculus viridis ſ. Dryopetes.
Habitat in *Scania*: in Toppe ladugård, in Horto.

## Lacerta.

281. LACERTA *paluſtris* cauda ancipiti lanceolata, pedibus muticis fiſſis, manibus tetradactylis. *Fn.* 256.
*Raj. quadr.* 273. Salamandra aquatica.
*Pet. muſ.* 18. *n.* 111. Lacerta aquatica major mas ſ. verrucis albis adſperſis, membranula ſerrata in dorſo extante.
Lacerta aquatica major, fæmina, ſ. verrucis albis adſperſis, dorſo plano.
*Wurffbain. ſalamandrol.* 52. *t.* 2. *f.* 3. Salamandra aquatica.
*Charl. onom.* 26. Salamandra aquatica.

 *Seb.*

*Seb. theſ.* 1. *p.* 141. *t.* 89. *f.* 4. 5. Lacerta americana.
*Dalekarlis* Skrot-abborre, Skratt-abborre.
*Persbergens.* Grufgrabbe.
Habitat in foſſis, piſcinis & aquis ſtagnantibus.
DESCR. *Corpus* fuſcum. *Abdomen* fuſco-maculatum, albicans ſive croceum. *Roſtrum* obtuſum. *Cauda* compreſſa, anceps, acie perpendiculari. dorſum & cauda dentata in mare. *genitalia* utrisque prominula. gula maris lituris nigrioribus adſperſa. Pedes 4-5 fiſſi, lateralibus brevioribus: horum digiti in plantis (in mare) margine membranaceo laterali inſtruuntur.

282. LACERTA *aquatica* cauda teretiuſcula mediocri, pedibus muticis fiſſis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis. *Fn.* 257.
*Pet. muſ.* 18 *n.* 113. Lacerta aquatica minor mas ſ. lævis lituris nigris adſperſa.
Lacerta aquatica minor fæmina, ſ. lævis flaveſcens.
*Geſn. ovip.* 31. Lacertus aquaticus.
Habitat cum antecedente.

283. LACERTA *vulgaris* cauda tereti mediocri, pedibus unguiculatis fiſſis, manibus tetradactylis, palmis pentadactylis. *Fn.* 254.
*Raj. quadr.* 264. Lacertus vulgaris.
*Petiv. muſ.* 19. *n.* 116. Lacerta vulgaris velox.
Habitat in ſylvis.
OBS. Pallide livida eſt; a capite utrinque ſecundum dorſum linea fuſca excurrit. abdomen flaveſcens, interdum nigris maculis punctatum. cauda teretiuſcula, longitudine corporis. ungues in pedibus nulli.

284. LACERTA *agilis* cauda verticillata longiuſcula: ſquamis acutis, collari ſubtus ſquamis articulato.
Lacerta cauda tereti verticillata longitudine corporis, pedibus pentadactylis unguiculatis. *Fn.* 1352.
β Lacertus viridis. *Aldr. quadr.* 264.
γ Lacertus dorſo punctis albis duplici ſerie.
*Suecis* Ödla. *Smolandis* Fyrfot.
Habitat paſſim.
DESCR. Varietas β rariſſima nec mihi ipſi obvia; γ ad templum Jockmock-lulenſis Lapponiæ & prope Upſaliam ſemel lecta.

# II. SERPENTES.

## Coluber.

285. COLUBER ♂ *Cherſea* ſcutis abdomin. CL, ſquamis ſubcaudal.

caudal. XXXIV. *Act. Holm.* 1749. *p.* 246. *t.* 6. *It. Scan.* 413.

Anguis parvus rufeſcens åſping dictus. *Fn.* 261.

Habitat in *Smolandiæ* Salicetis rarius.

*OBS.* De hujus dira pernicie ſtupenda narrant Smolandi: dicunt eum reperiri præſertim inter frutices Salicis; quodque vulnera omnino lethalia producat cum intumeſcentia corporis horrenda: vidi anguem parvum eſſe, nec ſpithami longitudinis: eſſe deinceps rufi ſeu ferruginei coloris, omnino a Cæcilia diverſum.

286. COLUBER ♂ *Berus* ſcutis abdominalibus CXLVI, ſquamis caudæ XXXIX. *Fn.* 260. *Amoen. acad.* I. *p.* 113. *n.* I.

*Raj. quadr.* 285. Vipera.

*Charl. onom.* 30. Vipera.

*Pet. muſ.* 17. *n.* 103. Vipera anglica fuſca, dorſo linea undulata nigricante conſpicua.

*Act. upſ.* 1736 *p* 11. *n.* 4. Anguis cinerea, macula dorſi fuſca longitudinali dentata.

*It. oel.* 23. Vipera.

*Suecis* Hugg-orm.

Habitat in Suecia frequens, morſu venenatiſſimo interdum lethalis.

*DESCR.* *Corpus* cinereum. *Dorſum* longitudinaliter regitur macula lineari fuſca utrinque dentata; ad latera hujus macula cæruleſcens ſingulo denticulo dorſalis lineæ interjecta eſt. *Venter* purpuraſcens cum puncto nigro ad apicem ſingulæ ſquamæ. *Gula* pallida. *Labium* ſuperius ſecundum marginem album eſt. *Oculorum* iris flammea; pupilla nigra. *angulus* acutus cæruleus maculam longitudinalem dorſi a capite diſtinguit.

287. COLUBER ☿ *Preſter* ſcutis abdominalibus CLIII, ſquamis caudal. XXXII.

*Pet. muſ.* 17. *n.* 104. Vipera anglica nigricans.

*Smolandis* Boſe.

Habitat in ſylvis rarior.

*DESCR.* *Corpus* atrum; ſquamis 21 ordinum, ſubcarinatis, lanceolatis; lateralibus ovatis, diſtinctis cute nigra, quæ dum contrahitur, rugis albo reticulata apparet inter ſquamas. *Cauda* breviſſima. *Os* armatum eſt veneno diro.

288. COLUBER *Natrix* ſcutis abdominalibus CLXX, ſquamis caudæ LX. *Fn.* 259. *Amoen. acad.* I. *p.* 116. *n.* 3. *It. gotl.* 227. *W:goth.* 146.

*Raj. quadr.* 334. Natrix torquata.

*Geſn. ſerp.* 43. Anguis.

*Aldr. ſerp.* 287. Natrix torquata.

*Charl. onom.* 33. Natrix torquata.

*Merr. pin.* 204. Anguis Coluber.
*Pet. muſ.* 17. *n.* 101. Anguis vulgaris fuſcus, collo flaveſcente, ventre albis maculis diſtincto.
*It. gotl.* 226. Serpens.
*It. vel.* 6. 154. Coluber.
*Suecis* Tomt-orm. *Scanis* Snok. *Smolandis* Ring-orm.

DESCR. *Corpus* nigrum. *Latera* ventris notata albis maculis ſeu ſquamis ventralibus ad latera albis. *Gula* alba. *Aurium* regio flaveſcens. *Tempora* alba lineis nigris transverſis. *Dentes* duplici ordine, æquales. *Dorſi* ſquamæ ſtria in medio elevata notatæ (variat color: aliis ſquamæ dorſi cinereæ apice hic inde nigricante; aliis ſquamæ omnes nigræ ſunt.) *Nares* non prominent. *Aliis* aurium regio convexa, nigricans, macula magna alba. *Venter* niger, nitens. *Os* inerme.

## Anguis.

289. ANGUIS *fragilis* ſquamis abdominis caudæque CXXXV. *Fn.* 258. *It. gotl.* 306, 326.
*Raj. quadr.* 289. Cæcilia, Typhlinus Græcis.
*Charl. onom.* 31. Cæcilia Typhlos.
*Geſn. ſerp.* 60. Cæcilia Typhlos Græcis.
*Aldr. ſerp.* 243. Cæcilia.
*Merr. pin.* 208. Typhlos Cæcilia.
*Pet. muſ.* 17. *n.* 10. Cæcilia anglica cinerea, ſquamis parvis mollibus compactis.
*Suecis* Ormſlå, Koppar-orm.
Habitat ſatis frequens in Suecia.

# III. NANTES.

## Petromyzon.

290. PETROMYZON *fluviatilis* pinna dorſali poſteriori angulata. *Fn.* 273.
*Art. gen.* 64. *ſyn.* 89. *ſpec.* 99. Petromyzon unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, præter inferiores, majores.
*Rond. piſc.* 2. *p.* Lampetra parva & fluviatilis.
*Salv. aqu.* 63. Lampetra minor.
*Geſn. aqu.* 598. 706. Lampetra parva & fluviatilis.
*Aldr. piſc.* 581. Lampetra fluviatilis geſneri.
*Charl. piſc.* 159. Lampetra fluviatilis.
*Schonef. ichth.* 41. Lampetra fluviatilis.

Jon.

*Jonſt. piſc. t.* 28. *f.* 10. Lampetra fluviatilis.
*Will. ichth.* 104. Lampetra parva & fluviatilis.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 2. *t. f.* 1. Lampetra fluviatilis.
*Suecis* Nein-öga. *Weſtrobotnienſibus* Nätting.
Habitat in fluviis Norlandiæ, præſertim Weſtrobotniæ & Oſtrobotniæ.

291. PETROMYZON *branchialis* pinna dorſali poſteriore lineari labio oris latere poſtico lobato. *Fn.* 274.
*Art. gen.* 64. *ſyn.* 90. Petromyzon corpore annuloſo, appendicibus utrinque duabus in margine oris.
*Will. ichth.* 107. Lampetra cæca ſ. oculis carens.
*Raj. piſc.* 36. Lampetra cæca ſ. oculis carens.
*Suecis* Lin-åhl.
Habitat in fluvio Dalelfwen, copioſe intra Dalekarliam, ſæpe obvius intra Linum, quod aqua maceratur, ſæpe inter brachias Gadi 291.

*OBS.* Craſſitie vix Lumbricum ſuperat, longitudine vix ac ne vix quidem ſpithami. *Pinna dorſi poſterior* nullo modo in angulum dilatatur, ut in præcedenti, ſed modice convexa eſt, ad *os* nulli cirrhi, ſed labia utrinque dependent pone in laciniam ſ. lobum dilatata. Striis infinitis notatur.

292. PETROMYZON *marinus* ore intuspapilloſo, pinna dorſali poſtica a cauda diſtincta.
Petromyzon maculoſus, ordinibus dentium circiter viginti *Art. gen.* 64. *ſyn.* 90.
Habitat in mari, lectus Calmariæ, rarior. *D. D. Wahlbom.* Craſſities brachii in individuo viſo.

## Raja.

293. RAJA *clavata* aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa abdominali. *Art. gen.* 71. *ſyn.* 99. *ſpec.* 103. *Fn.* 268. *It. W:goth.* 175. *
*Rond. piſc.* 353. Raja clavata.
*Salv. aquat.* 149. Raja.
*Geſn. aqu.* 795. Raja clavata.
*Aldr. piſc.* 460. Raja clavata rondeletii.
*Jonſt. piſc. t.* 11. *f.* 2. Raja clavata.
*Charl. piſc.* 130. Raja clavata.
*Schoneſ. ichth.* 57. Raja.
*Bell. aqu.* 80. Raja.
*Will. ichth.* 74. Raja clavata.
*Raj. piſc.* 26. Raja clavata.
*Dal. pharm.* 411. Raja.

*Suecis* Râcka.
Habitat ubique in mari occidentali; Piſcatura *It. W:goth.* 193.

## Chimæra.

294. CHIMÆRA *monſtroſa* roſtro ſubtus plicis pertuſis.
Chimæra *Muſ. Adolp. Fr.* 1. *p.* 53. *t.* 25.
*Cluſ. exot.* 136. *t.* 137. Genus Galei.
Habitat in Oceano norvegico rarior.

## Squalus.

295. SQUALUS *Acanthias* pinna ani nulla, corpore teretiuſculo.
*Art. gen.* 66. *ſyn.* 94. *ſpec.* 102. *Fn.* 269. *It. Wgoth.* 174. *
*Rond piſc.* 1. *p.* 373. Galeus acanthias.
*Salv. aquat.* 135. *t.* 136. Muſtelus ſpinax.
*Geſn. aquat.* 607. Galeus acanthias.
*Aldr. piſc.* 399. Galeus acanthias ſ. ſpinax.
*Jonſt. piſc.* 27. *t.* 8. *f.* 5. Galeus acanthias.
*Charl piſc.* 128. Galeus acanthias.
*Schonef. ichth.* 29. Canis marinus aut Galeus.
*Bell. aquat.* 69. Muſtelus ſpinax.
*Will. ichth.* 56. Galeus acanthias ſ. ſpinax.
*Raj. piſc.* 21. Galeus acanthias ſ. ſpinax.
*Suecis* Haj.
Habitat in mari occidentali.

296. SQUALUS *Spinax* pinna ani nulla, dorſo ſpinoſo, naribus terminalibus. *Art. gen.* 67. *ſyn.* 95.
*Will. ichth.* 57. Galeus acanthias ſ. ſpinax fuſcus.
*Raj. piſc.* 21. Galeus idem.
Habitat in Oceano Norvegico. Martin *Dum. tener adhuc ſubvilloſus eſt.*

297. SQUALUS *Priſtis* roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato. *Art. gen.* 66 *ſyn.* 93. *Fn.* 270.
*Rond. piſc.* 1. *p.* 487. Priſtis.
*Geſn. aquat.* 930. Serra marina.
*Aldr. cet.* 693. Priſtis ſ. Serra.
*Cluſ. exot.* 136. Priſtis ſ. Serra piſcis.
*Charl. piſc.* 168. Priſtis Serra.
*Olear. muſ.* 41. *t.* 25. *f.* 1. Priſtis ſ. Serra.
*Will. ichth.* 61. Priſtis ſ. Serra piſcis.

*Raj.*

*Raj. piſc.* 23 Priſtis ſ. Serra piſcis.
*Suecis* Sågfiſk.
Habitat in mari occidentali.

## Lophius.

298. LOPHIUS *piſcatorius* depreſſus, capite rotundato.
Lophius ore cirrhoſo. *Art. gen.* 63. *ſyn.* 87. *It. ſcan.* 327.*
Rana piſcatrix. *Charl. onom.* 199. *t.* 201. *Olear. muſ.* 37. *t.* 23. *f.* 4.
Habitat in oceano occidentali ad Kullen.

## Acipenſer.

299. ACIPENSER *Sturio* cirris quatuor, ſquamis dorſalibus undecim. *Muſ. Adolp. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 18. *f.* 2.
Acipenſer corpore tuberculis ſpinoſis aſpero. *Art. gen.* 65. *ſyn.* 91. *Fn.* 91. *It. ſcan.* 187. *
*Rond. piſc.* 1. *p.* 410. Acipenſer.
*Geſn. aqu.* 2. Acipenſer.
*Aldr. piſc.* 517. 526. Sturio.
*Jonſt. piſc.* 106. *t.* 23. *f.* 89. Sturio.
*Schoneſ. ichth.* 9. Acipenſer.
*Charl. piſc.* 152. Sturio.
*Salv. aquat.* 113. *t.* 102. Sturio ſ. Silurus.
*Will. ichth.* 239. Sturio.
*Raj. piſc.* 112. Sturio.
*Suecis* Stör.
Habitat in mari, tam orientali, quam occidentali, rarior.

300. ACIPENSER *ruthenus* cirris quatuor, ſquamis dorſalibus quindecim. *Muſ. Adolph. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 27. *f.* 2. & *t.* 28. *f.* 1.
Acipenſer ordinibus quinque longitudinalibus ſquamarum oſſearum: intermedio oſſiculis quindecim. *Fn* 272.
*Klein. miſſ.* 4. *p.* 13. *t.* 1. & forte Sturio alter gedanenſis ejusdem.
*Suecis* Sterlett.
Habitat in lacu Mælero, quem S. M. Rex Fridericus I. ex Ruſſia allatum in hoc lacu plantari curavit.

OBS. Ordines oſſiculorum in cute 5 ſunt, ſed medius tantum ordo, qui 15 circiter oſſiculis conſtat, anguloſus eſt; cujus nimirum ſingula ſquama ephippium forma refert, per medium dorſum ſecundum totam longitudinem in proceſſum tenuem & ſecantem aſſurgens, poſterius adunco fine terminata. *Lateralia* oſſicula ut & *ventralia* rhomboidea & fere plana ſunt. quilibet ordo laterum 60 prope oſſicula continet, ventralium ſinguli 10. & 11. *J. G. Gmelin.*

*Claſſis*

## *Claſſis IV.*

# PISCES.

## I. APODES.

### Muræna.

301. MURÆNA *Anguilla* maxilla inferiore longiore, corpore unicolore. *Art. gen.* 24. *ſyn.* 39. *ſpec.* 66. *Fn.* 290.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 198. Anguilla.
*Salv. piſc.* 66. Anguilla.
*Geſn. piſc.* 40. Anguilla.
*Aldr. ichth.* 544. Anguilla.
*Jonſt. piſc,* 114. *t.* 24. *f.* 7. Anguilla.
*Schoneſ. ichth.* 14. Anguilla.
*Charl. onom.* 153. Anguilla.
*Will. ichth.* 109. Anguilla.
*Raj. piſc.* 37. Anguilla.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 4. *t.* 1. *f.* 3. Anguilla.
*Suecis* Ahl.
Habitat ubique in lacubus & fluviis, copioſiſſime in Scania 83, 127. nocturna. *It. ſcan.* 383, 326. Piſcatura *It. goth.* 340.

### Ammodytes.

302. AMMODYTES *Tobianus. Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. *ſpec.* 55. *Fn.* 303. *It ſcan.* 142. *It. oel.* 87.
*Salv. piſc.* 70. *t.* 69. Piſcis Sandilz dictus.
*Geſn. paral.* 3. Ammodytes piſcis.
*Aldr. ichth.* 252. Sandilz anglorum.
*Jonſt. piſc. t.* 21. *f.* 1. Sandilz anglorum.
*Schoneſ. ichth.* 76. Tobianus.
*Charl. onom.* 146. Anguilla de arena.
*Will. ichth.* 113. Ammodytes geſneri.
*Raj. piſc.* 38. Ammodytes geſneri.
*Suecis* Tobis.
Habitat in mari *Baltico*, ad auſtralem *Oelandiæ* angulum copioſe, & in *Scania* ad urbem Cimbrishamn.
*OBS.* Numeravimus plures radios in pinnis, quam ichthyologus, ſc. *Dorſ.* 60. *pector.* 15. *ani* 32. *Caudæ* 14.

XIPHIAS.

## Xiphias.

303. XIPHIAS *Gladius.* *Art. gen.* 30. *ſyn.* 47. *Fn.* 288.
*Rond. piſc.* 251. Xiphias.
*Geſn. piſc.* 379. *ſ.* 1049. Xiphias ſ. Gladius piſcis.
*Aldr. ichth.* 332. Gladius.
*Jonſt. piſc. l.* 4. *f.* 2. Xiphias ſ. Gladius.
*Salv. piſc.* 127. *t.* 126. Gladius.
*Charl. onom.* 124. Xiphias.
*Schoneſ. ichth.* 35. Gladius 1. Xiphias.
*Olear. muſ.* 40. *t.* 24. *f.* 3. Gladius.
*Will. ichth* 161. Xiphias piſcis, latinis Gladius.
*Raj. piſc.* 52. Xiphias piſcis, latinis Gladius.
*Suecis* Swerd-fiſk.
Habitat in mari Baltico rarior.

# II. JUGULARES.

## Callionymus.

304. CALLIONYMUS *Lyra* dorſalis prioris radiis longitudine corporis.
Trachinus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſali priori altiſſima. *Fn* 283.
*Gron. Act. upſal.* 1740. *p.* 121. *t.* 8. Cottus oſſiculo pinnæ dorſalis primo longitudine corporis.
*Pet. Gaz. t.* 22. *f.* 2. Lyra harvicenſis, pinna dorſali longiſſima, maculis cæruleſcentibus.
Habitat in Freto *Öreſund*, in Norvegia magis frequens.

## Trachinus.

305. TRACHINUS Draco. *It. Scan.* 325. *
Trachinus maxilla inferiore longiore: cirris deſtituta. *Art. gen.* 42. *ſyn.* 70. *Fn.* 282.
*Salv. piſc.* 71. Draco marinus I. Draco ſ. Araneus piſcis.
*Rond. piſc.* 301. Draco marinus ſ. Araneus.
*Geſn. piſc.* 77. Draco ſ. Araneus plinii.
*Aldr. ichth.* 258. Araneus aldrovandi alter.
*Schoneſ. ichth.* 16. Araneus vel Draco marinus.
*Charl. onom.* 146. Draco.
*Act. haffn.* 3. *p.* 154. Piſcis Fôſing.

*Will.*

*Will. ichth.* 288 Draco ſ. Araneus plinii.
*Raj piſc.* 91. Draco ſ. Araneus plinii.
*Suecis* Fårſing, Fiåſſing.
Habitat *in mari occidentali.*

Pinnæ dorſalis mucrones punctura venenata lædunt. !

## Gadus.

306. GADUS *Æglefinus* tripterygius, cirratus, albicans, maxilla ſuperiore longiore, cauda biloba. *Art. gen.* 20. *ſyn.* 36. *Fn.* 297. *It. ſcan.* 325.
*Art. ſpec.* 64: Gadus cirratus albicans, maxilla ſuperiore longiore, cauda ſubbifida.
*Charl. onom.* 121. Callaris, Galerida.
*Geſn. piſc.* 86. Eglefinus tertia aſellorum ſpecies.
*Aldr. ichth.* 282. Aſellus major.
*Schonef. ichth.* Aſellus minor.
*Will. ichth* 170. Onos ſ. aſinus antiquorum.
*Raj. piſc.* 55. Onos ſ. aſinus antiquorum.
*Suecis* Kolja. *Belgis* Schelvis. *Norvegis* Hyſs.
Habitat in *mari occidentali.*

*Linea lateralis fuſca & macula fuſca pone ſupraque pinnas pectorales.*

307. GADUS *Callarias* tripterygius, cirratus, varius, maxilla ſuperiore longiore, cauda æquali. *Art. gen.* 20. *ſyn.* 35. *ſpec.* 63. *Fn.* 293. *It. ſcan.* 221. *
*Jonſt. piſc. t.* 46. *f.* 4. Aſellus varius.
*Schonef. ichth.* 19. Aſellus varius & ſtriatus.
*Will. ichth.* 172. Aſellus varius & ſtriatus.
*Raj. piſc.* 57. Aſellus varius & ſtriatus.
*Suecis* Torſk. *It. œl.* 87.
Habitat ubique in mari & *Baltico* & *occidentali*, circa *Gotlandiam* & *Oelandiam* copioſe.

DESCR. *Dorſum* cinereum maculis griſeis: abdomen album punctis minimis nigris.
*Pinna* dorſi I. radiis 14. II. 19, III. 17.
anni I. radiis 20. II. 16.
ventralis 6, pectoralis 17. radiis.
Sub apice mandibulæ inferioris cirrus lumbriciformis ſubulatus mollis.

308. GADUS *Morrhua* tripterygius, cirratus cauda ſubæquali: radio primo anali ſpinoſo. *Art. ſyn.* 35. *Fn.* 295. *It. Wgoth.* 177. *
*Rond. piſc.* 280. Molua.
*Geſn. piſc.* 88. 102. Molua vel Morrhua altera minor.

*Aldr.*

*Aldr. ichth.* 289. Morrhua ſ. Molua altera.
*Jonſt. piſc. t.* 2, *f.* 1. Molua, Morrhua.
*Schoneſ. ichth.* 18. Aſellus major.
*Charl. onom.* 121. Aſellus major.
*Will. ichth.* 165. Aſellus major vulgaris, belgis Cabliau.
*Raj. piſc.* 53. Aſellus major vulgaris.
*Suecis* Cabbliâ.
Habitat in mari *occidentali.*

309. GADUS *virens* tripterygius, imberbis, dorſo vireſcente. *Fn.* 296.
*Schoneſ. ichth.* 20. *t.* 2. Aſellus vireſcens.
*Norwegis* Sey. *Bahuſiis* Gråſik.
Habitat in mari atlantico copioſiſſime, ut ipſum hamum absque ſagina arripiat avidiſſimus.
*DESCR.* Piſcis magnitudine Percæ, glaber, dorſo nigro vireſcente, totus alius albo-argenteus mollis & pinguis, ſquamæ minutiſſimæ. *Pinna dorſi prima* radiis 13, *ſecunda 20, tertia 19, ani prima 24, ſecunda 20, ventrales 5, pectorales 17.*

310. GADUS *Merlangus* tripterygius, imberbis, albus, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 19. *ſyn.* 34. *ſpec.* 62. *Fn.* 294. *It. ſcan.* 326. *Wgoth.* 176.
*Geſn. piſc.* 85. 99. Secunda aſellorum ſpecies, Merlanas.
*Aldr. ichth.* 287. Aſellus minor alter.
*Jonſt. piſc. t.* 2. *f.* 3. Aſellus mollis.
*Schoneſ. ichth.* 17. Aſellus candidus primus.
*Charl. onom.* 121. Aſellus minor & mollis.
*Will. ichth.* 170. Aſellus mollis major ſ. albus.
*Suecis* Hwitling, Widding. *Scanis* Hwitling. *Belgis* Molenaar.
Habitat in mari *Norwegico.*

311. GADUS *barbatus* tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem.
Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, pinna ani officulorum XXX. *Art. gen.* 21. *ſyn.* 37. *ſpec.* 65.
Gadus linea excavata pone caput. *It. Wgoth.* 177. 178.
*Suecis* Små-Torſk. *Belgis* Bolk.
Habitat in Oceano.

312. GADUS *Pollachius* tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *Art. gen.* 20. *ſyn.* 35. *It. Wgoth.* 177 *
*Suecis* Lyrbiek ſ. Zaj.
Habitat in Oceano.

313.

313. GADUS *Molva* dipterygius cirratus, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 22. *ſyn.* 36. *It. Wgoth.* 177. *
*Suecis* Långa.
Habitat in Oceano.

314. GADUS *Merluccius* dipterygius cirratus, maxilla inferiore longiore. *Art. gen.* 22. *ſyn.* 36.
Habitat in Oceano occidentali.
*Cauda fere integra. Pinnæ dorſalis pars poſterior longior radiis XV; Pinnæ ani pars poſterior longior radiis* XXIII.

315. GADUS *Lota* dipterygius, cirratus, maxilliis æqualibus. *Art. gen.* 22. *ſyn.* 38. *Fn.* 292.
*Art. ſpec.* 107. Silurus cirro unico in mento.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 164. Lota.
*Geſn. piſc.* 599. Lota Gallis dicta Stinſia ſ. Botariſſa.
*Aldr. ichth.* 648. Lota rondeletii.
577. Muſtela fluviatilis & lacuſtris.
*Jonſt. piſc.* 146. *t.* 28. *f.* 6. Muſtela fluviatilis & lacuſtris.
168. *t.* 29. *f.* 10. Lota gallorum.
*Salv. piſc.* 213. Triſcus. Bortatriæ.
*Schoneſ. ichth.* 49. Muſtela fluviatilis.
*Charl. onom.* 159. Muſtela fluviatilis.
*Will. ichth.* 125. Muſtela flnviatilis. Lota.
*Raj. piſc.* 67. Muſtela fluviatilis.
68. Lota.
*Suecis* Lake.
Habitat in Lacubus *Dalekarliæ* (Silian) ubi maximus & præſtantiſſimus, nec non in aliis lacubus majoribus.

## Blennius.

316. BLENNIUS *raninus* pinnis ventralibus ſub ſexradiatis; cirro gulari *Syſt. nat.* 10. *p.* 258.
*Suecis* Ahlkuſſa.
Habitat in Lacubus Sveciæ auſtralioris, ingruente tempeſtate littora petens, quo recedunt reliqui piſces, pleriſque deteſtabilis, nec eſculentus.

317. BLENNIUS *viviparus*, ore tentaculis duobus. *Muſ. Ad. Frid.* 69.
Blennius capite dorſoque fuſco-flaveſcente lituris nigris, pinna ani flava. *Art. ſyn.* 45.
*Suecis* Tånglake. *Act. Holm.* 1748. *p.* 32. *t.* 2.
Habitat in mari Bothnico.

318.

318. BLENNIUS *Gunellus* pinna dorſi ocellis X nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 69.
Blennius maculis 10 nigris limbo albo, utrinque ad pinnam dorſalem. *Art. gen.* 37. *ſyn.* 45.
Habitat in Oceano.

## Ophidion.

319. OPHIDION *imberbe* maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula.
Ophidion cirrhis carens. *Art. gen* 25. *ſyn.* 42. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 129. *Fn.* 289.
*Schoneſ. ichth.* 53. Ophidion flavum & imberbe.
*Will. ichth.* 113. *Raj. piſc.* 39. Ophidion alterum flavum & imberbe.
Habitat in mari *Balthico* & *Oceano*, ſæpe intra oſtrearum teſtas repertum.
OBS. Facies Murænæ. *Membrana branch.* 5. *Pinna dorſi* radiis 79 a capite ad caudam extenſa, maculis aliquot nigris margine albidis, æquali ſpatio remotis, aculeatis. *Pector.* 11. *Ventr.* nullæ. *Ani* 41. *Caudæ* circiter 18 vel 20. Poſſet referri ad Blennios, adfinis præcedenti maculis decem.

# III. THORACICI.

## Cyclopterus.

320. CYCLOPTERUS *Lumpus* corpore ſquamis oſſeis angulato. *Muſ. Ad. Fr.* 57.
Cyclopterus. *Art. gen.* 62. *ſyn.* 87. *Fn.* 275. *It. ſcan.* 188. *
*Geſn. paral.* 1284. Lumpus anglorum.
*Aldr. piſc.* 479. Lumpus anglorum.
*Jonſt. piſc.* 42. *t.* 13. *f.* 1. Lumpus anglorum.
*Charl. piſc.* 131. Lumpus anglorum.
*Schoneſ. ichth.* 41. Lepus marinus noſtras, Orbis ſpecies.
*Will. ichth.* 208. Lumpus anglorum.
*Raj. piſc.* 77. Lumpus anglorum.
*It. Öland.* 110. Cyclopterus ſ. Lumpus.
*Suecis* Sjurygg-Fiſk. *Scanis* Stenbit. *Babuſiis* Quabbſu.
Habitat in mari Bothnico, frequens *Malmogiæ*.
OBS. Pulvis contra Tertianam vulgo adhebitur.

## Cottus.

321. COTTUS *quadricornis* verrucis capitis quatuor oſſeis.

*Syſt. nat.* 6. *p.* 43. *t.* 4. *f.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 70. *t.* 32. *f.* 4. *Fn.* 278.
Cottus ſcaber, tuberibus quatuor corniformibus in medio capite. *Art. gen.* 48. *ſpec.* 84.
*Suecis* Hornſimpa.
Habitat circa Alandiam & alibi in mari *Balthico* & *Bothnico.*

322. COTTUS *Gobio* lævis, capite ſpinis duabus. *Art. gen.* 48. *ſyn.* 76. *ſpec.* 82. *Fn.* 279.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 202. Cottus.
*Geſn. piſc.* 401. Cottus fluviatilis ſ. capitatus.
*Aldr. ichth.* 613. Cottus fluviatilis ſ. capitatus.
*Jonſt. piſc. t.* 29. *f.* 11. Gobius capitatus.
*Charl. onom.* 157. Gobio capitatus.
*Will. ichth.* 137. *t. H.* 3. *f.* 3. (*opt.*) Gobio fluviatilis capitatus.
*Raj. piſc.* 76 Gobius fluviatilis.
*Suecis* Sten-Simpa. *Fahlunenſibus* Slagg-Simpa.
Habitat in mari *Balthico* & *Fahlunæ* in rivulis, *Upſaliæ* in fluvio.

*DESCR.* Piſcis *Slagg-Simpa*, qui Fahlunæ frequens, vix differt ab hac ſpecie; eſt enim piſciculo Fahlunenſi. *Corpus* duos digitos longum cinereum faſciis variis fuſcis. *Pinna dorſalis prior* radiis 7; *poſterior* 18; *pectorales* 14; *ventrales* 4; *ani* 13; *caudæ* 10.

323. COTTUS *Scorpius* capitis ſpinis pluribus: maxilla ſuperiore paulo longiore. *Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 86. *Muſ. Ad. Fr.* 70. *It. ſcan.* 325. *Fn.* 280.
*Aldr. ichth.* 201. Scorpænæ bellonii ſimilis.
*Jonſt. piſc. t.* 18. *f.* 12. Scorpænæ bellonii ſimilis.
*t.* 47. *f.* 4. 5. Scorpius marinus.
*Schonef. ichth.* 67. Scorpio marinus 1. Scorpio noſtras.
*Will. ichth.* 138. Scorpænæ bellonii ſimilis.
*Raj. piſc.* 145 Scorpænæ bellonii ſimilis.
*Suecis* Rôt-Simpa, Skrabba, Skiâlryta. *Scanis* Ulka. *Gothoburg.* Pinulka.
Habitat in *mari occidentali* frequens.

324. COTTUS *cataphractus* loricatus, roſtro verruicis duabus bifido, capite ſubtus cirroſo. *Muſ. Ad. Fr.* 70.
*Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 87. Cottus cirris plurimis, corpore octagono.
*Bahuſiis* Botn-mus.
Habitat in Oceano ad Bahuſiam.

Pleu-

## Pleuronectes.

325. PLEURONECTES *maximus* oculis ſiniſtris, corpore aſpero. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 32.
*Will. ichth.* 94. Rhombus maximus aſper non ſquamoſus.
*Raj. piſc.* 31. Rhombus maximus aſper non ſquamoſus.
*It. gotl.* 208. Butta.
*Suecis* Butta.
Habitat in mari *Balthico.*
*DESCR.* Oculi a latere ſiniſtro; cutis ſupra aſpera cinerea immaculata. *membrana branchioſtega* radiis VII (non vero VI.) *pinna dorſi* 64. *ani* 48; *ventrales* 6. *Pectorales* 11 radiis conſtant; *cauda* vero 16. *It. goth.* 186.

326. PLEURONECTES *Solea* oculis dextris, corpore oblongo aſpero, maxilla ſuperiore longiore.
Pleuronectes oblongus, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis utrinque aſperis. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. *Fn.* 299. *It. W:goth.* 178.
*Rond. piſc.* 320. Bugloſſus.
*Geſn. piſc.* 666. 785. Bugloſſus vel Solea.
*Aldr. ichth.* 235. Bugloſſa vel Solea.
*Jonſt. piſc.* 82. Solea.
*Charl. onom.* 145. Solea.
*Schonef. ichth.* 63. Solea vel Bugloſſus.
*Will. ichth.* 100. Bugloſſus ſeu Solea.
*Raj. piſc.* 33. Bugloſſus ſive Solea.
*Suecis* Tunga, Sola.
Habitat in *mari occidentali.*

327. PLEURONECTES *Fleſus* oculis dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. *Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. *Fn.* 300. *It. ſcan.* 326.
*Art. ſpec.* 39. Pleuronectes linea laterali aſpera, ſpinulis ad radices pinnarum a latere oculato.
*Rond. piſc.* 319. Paſſeris tertia ſpecies.
*Geſn. piſc.* 666. 782. 788. Paſſeris tertia ſpecies.
*Charl. onom.* 145. Paſſer niger.
*Will. ichth.* 98. Paſſer fluviatilis vulgo Fleſus.
*Raj. piſc.* Paſſer fluviatilis vulgo Fleſus.
*Suecis* Flundra. *Bahuſienſibus* Slättſkädda.
Habitat in *mari occidentali.*

328. PLEURONECTES *Plateſſa* oculis dextris, corpore glabro, tuberculis ſex capitis.
Pleuronectes utrinque glaber, tuberculis ſex a dextra capitis. *Art. ſpec.* 57. *Fn.* 301. *It. W:goth.* 179. *It. ſcan.* 326.

 *Art.*

*Art. gen.* 17. *ſyn.* 30. Pleuronectes oculis & tuberculis ſex a dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum.
*Rond. piſc.* 316. Plateſſa.
*Geſn. piſc.* 664. 670. Plateſſa.
*Aldr. ichth.* 243. Paſſer lævis.
*Jonſt. piſc. t.* 22. Paſſer lævis.
*Schoneſ. ichth.* 61. Plateſſa.
*Charl. onom.* 49. Plateſſa lævis.
*Will. ichth* 96. Plateſſa.
*Raj. piſc.* 31. Plateſſa.
*Suecis* Skälla. *Bahuſiis* Rödſputta.
Habitat in *mari occidentali.*

329. PLEURONECTES *Hippogloſſus* oculis dextris, corpore toto glabro. *Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. *Fn.* 302.
*Rond. piſc.* 325. Hippogloſſus.
*Geſn. piſc.* 667. 787. Hippogloſſus.
*Aldr. ichth.* 238 Hippogloſſus ab aldrovando obſervatus.
*Charl. onom.* 146. Paſſer britannicus.
*Schoneſ. ichth.* 62. Paſſerum genus majus.
*Will. ichth.* 99 Hippogloſſus.
*Raj. piſc.* 33. Hippogloſſus.
*Suecis* Hålg-flundra.

*OBS.* vidimus in Gotlandia præter has, duas alias, ni fallor ſpecies: (vide *It. gotland.* 186) oculis ſiniſtris radiis dorſ. 59. pector. 12. venter. 6. ani 38. caudæ 16.
oculis dextris ——— 57. ——— 9. ——— 6. — 39. ——— 16.
Prior major immaculata; ſcabra poſterior maculis ferrugineis; utraque vulgatiſſima ibi, vix pro diſtincta ſpecie habenda.

## Labrus.

330. LABRUS *ſuillus* pinna dorſi ramentacea, macula nigra ſupra caudam, ſpinis dorſalibus novem. *It. Wgoth.* 179.
*Bahuſiis* Bergſnyltra.
Habitat in Oceano Bahuſiam alluente.
*Linea lateralis ante caudam curva.*

331. LABRUS *exſoletus* pinna dorſi ramentacea, corpore lineis cæruleis, pinna ani ſpinis quinque.
*Bahuſiis* Blåſtåhl.
Habitat in Oceano verſus Gothoburgum. Joh. Cederfeldt.

## Perca.

332. PERCA *fluviatilis* pinnis dorſalibus diſtinctis: ſecunda radiis ſedecim. *Fn.* 284.

*Art*

*Art. gen.* 39. *ſyn.* 66. *ſpec.* 74. Perca lineis utrinque ſex nigris, pinnis ventralibus rubris.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 196. Perca fluviatilis.
*Salv. piſc.* 226. *f.* 224. Perca fluviatilis.
*Geſn. piſc.* 698. Perca fluviatilis.
*Jonſt. piſc.* 146. *t.* 28. *L.* 29. *f.* 8. Perca major.
*Schoneſ. ichth.* 55. Perca major.
*Charl. onom.* 161. Perca major.
*Aldr. ichth.* 622. Perca fluviatilis major.
*Suecis* Abborre.
Habitat in mari, lacubus, fluviis, vulgatiſſimus piſcis; in ſtagnis Fahlunæ hujus ſingularis *varietas* eſt, quæ ſpina recurva & dorſo omnino gibbo frequens reperitur.

333. PERCA *marina* pinnis dorſalibus unitis: radiis XV ſpinoſis, XIV muticis, corpore lituris variegato.
Perca lineis utrinque VII tranſuerſis nigris, ductibus miniaceis cæruleisque in capite & antica ventris. *Art. gen.* 40. *ſyn.* 68.
*Norvegis* Uer ſ. Roeder.
Habitat in Oceano Norvegico frequens.
*DESCR.* Membrana branchioſtega radiis 7.

334. PERCA *Lucioperca* pinnis dorſalibus distinctis: ſecunda radiis viginti tribus. *Fn.* 285.
*Art. gen.* 39. *ſyn.* 62. *ſpec.* 76. Perca pallide maculoſa, duobus dentibus maxillaribus utrinque majoribus.
*Geſn. paralip.* 28. 1288. Lucio Perca.
*Aldr. ichth.* 667. Schilus ſ. Nagemulus germanorum.
*Jonſt. piſc.* 174. *t.* 30. *f.* 15. Schilus.
*Schoneſ. ichth.* 43. Lucioperca.
*Charlet. onom.* 164. Schilus. Nagemulus.
*Will. ichth.* 293. Lucioperca.
*Raj. piſc.* 98. Lucio-Perca.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 9. *t.* 22. *f.* 2. Lucioperca.
*Suecis* Giös.
Habitat in lacubus majoribus *Uplandiæ*, *Weſtmanniæ*, *Sudermanniæ* &c.

335. PERCA *Cernua* pinnis dorſalibus coadunatis: radiis viginti ſeptem: aculeatis quindecim, cauda bifida *Fn.* 286.
*Art. gen.* 40. *ſyn.* 68. *ſpec.* 77. Perca dorſo monopterygio, capite cavernoſo.
*Geſn. piſc.* 191. 226. Cernua fluviatilis.
*Aldr. ichth.* 624. Perca fluviatilis minor.

*Jonſt. piſc. t.* 28. *f.* Perca fluviatilis minor.
*Charl. onom.* 161. 158. Perca minor, quibusdam Cernua.
*Schon. ichth.* 56. Perca minor, Porcus, Procellus, Cernua nonnullorum
*Will. ichth.* 334. Cernua fluviatilis.
*Raj. piſc.* 144. Cernua fluviatilis.
*Suecis* Giers. *Fahlunenſibus* Snorgers.
Habitat in lacubus paſſim per Sueciam.

## Gaſteroſteus.

336. GASTEROSTEUS *aculeatus* ſpinis dorſalibus tribus.
*Art. gen.* 52. *ſyn* 80. *ſpec.* 26. *It. W:goth.* 239. *Fn.* 276.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 206. Piſciculi aculeati prius genus.
*Geſn. piſc.* 8. Piſciculus aculeatus: primum genus.
*Aldr. ichth.* 628. Pungitius piſcis.
*Jonſt. piſc.* 146. *t.* 28. *f. dextr.* Pungitius alberti.
*Will. ichth.* 341. Piſciculus aculeatus.
*Raj. piſc.* 145. Piſciculus aculeatus.
*Suecis* Spigg. *Wermelandis* Hornfiſk.
Habitat in lacubus *Uplandiæ*.

337. GASTEROSTEUS *Pungitius* ſpinis dorſalibus decem.
*Art. gen* 52. *ſyn.* 80. *ſpec.* 97. *Fn.* 277.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 206. Piſciculi aculeati alterum genus.
*Geſn. piſc.* 8. Piſciculi aculeati alterum genus.
*Aldr. ichth.* 628. Alterum genus Pungitii.
*Jonſt. piſc. t.* 22. *f. ſiniſt.* alterum genus Pungitii.
*Will. ichth.* 342. Piſcis aculeatus minor.
*Raj. piſc.* 145. Piſciculus aculeatus minor.
*Suecis* Benunge. *Dalis* Gaddſur. *Dalekarl.* Gorquadd.
Habitat ubique in rivulis *Uplandiæ*, *Lapponiæ*, *Dalekarliæ*, *Ölandiæ* &c.

338. GASTEROSTEUS *Spinachia* ſpinis dorſalibus quindecim.
*Art. gen.* 52. *ſyn.* 81.
*Will. ichth.* 340. Aculeatus ſ. pungitius marinus longus.
*Raj. piſc.* 145. Aculeatus idem.
Habitat in Oceano ad littora *Bahuſiæ*, D. D. Hartman.

## Scomber.

339. SCOMBER *Scombrus* pinnulis quinis.

Scom-

Scomber radiis pectoralium viginti, dorſalium duodecim. *Fn.* 287.
*Art. gen.* 30. *ſyn.* 48. *ſpec.* 68. Scomber pinnulis quinque in extremo dorſo, ſpina brevi ad anum.
*Rond. piſc.* 234. Scomber.
*Geſn. piſc.* 341. 1012. Scomber.
*Aldr. ichth.* 270. Scomber.
*Jonſt. piſc.* 92. *t.* 21. *f.* 9. 11. Scomber.
*Salv. piſc.* 241. *t.* 239. Scombrus.
*Schoneſ. ichth.* 66. Scomber.
*Charl. onom.* 147. Scomber, Scombrus.
*Will. ichth.* 181. Scomber.
*Raj. piſc.* 58. Scomber.
*Suecis* Makrill.
Habitat in *mari occidentali* copioſe, victitat Meduſis. *E. N. C.* 1742. *p.* 488.

OBS. Viſcus in abdomine multis infinitisque appendicibus faſciculatis gaudet uti Gadus.

# Trigla.

340. TRIGLA *Hirundo* digitis ternis, linea laterali aculeata.
Trigla capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. *Art. gen.* 24. *ſyn.* 73. *It. W:goth.* 176.* *Fn.* 281.
*Salv. piſc.* 194. Corvus.
*Aldr. ichth.* 136. Hirundo aldrovandi prior.
*Jonſt. piſc.* *t.* 17. *f.* 8. Hirundo.
*Will. ichth.* 280. Hirundo.
*Raj. piſc.* 88. Hirundo.
*Suecis* Knorrhane. *Scanis* Knoding 326. *Marſtrand.* Knot. *Hallenſibus* Smed.
Habitat in *mari occidentali.*

DESCR. *Caput* quadratum cinereum punctis ſcabris varie ſtriatum.
*Labium ſuperius* emarginatum, ſuperne glabrum, utrinque tribus aculeis armatum; anticus horum longior.
*Orbita oculorum* ſuperne deliqueſcens. *Iris* cæſii coloris.
*Cirrhi* intra pinnas ventrales & pectorales tres, truncati, æquales, articulati, inferioribus brevioribus; cum a corpore removentur, incurvantur.
*Abdomen* argenteum.
*Dorſum* cinereum. Latera infra lineam longitudinalem maculis parvis albicantibus & obſolete rubeſcentibus adſperſum, ſupra lineam vero punctis ſ. maculis albis vireſcentibus. *Linea lateralis* punctis oſſeis prominentibus exaſperata albida.
*Membrana branchioſtega* 7 radiis.
*Veſica* natatoria antice biloba.
Captus in abdomine murmurat, moribundus tremit.

# IV. ABDOMINALES.

## Cobitis.

341. COBITIS *Barbatula* cirris VI, capite inermi compreſſo.
Cobitis tota glabra maculoſa, corpore ſubtereti. *Art. gen.* 2. *ſyn.* 2. *Fn.* 332.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 204. Cobitis barbatula.
*Geſn. piſc.* 404. Cobitis fluviatilis barbatula.
*Aldr. ichth.* 618. Cobitis barbatula.
*Jonſt. piſc. t* 26 *f.* 22. Cobitis barbatula.
*Charl. onom.* 157. Cobitis barbatula.
*Schonef. ichth.* 31. Cobitis fluviatilis.
*Will. ichth* 265. Cobitis fluviatilis barbatula.
*Raj. piſc* 124. Cobitis fluviatilis barbatula.
*Suecis* Grönling. *Germanis* Grundel.
Habitat in lacu *Malaren*, iſtuc adlatus e Germania & ſatus a Rege FRIEDERICO I.

342. COBITIS *Tænia* cirris VI, ſpina ſuboculari.
Cobitis aculeo bifurco infra utrumque oculum. *Art. gen.* 2. *ſyn.* 5. *ſpec.* 4. *Fn.* 333.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 204. Cobitis aculeata ſ. altera.
*Geſn. piſc.* 404. 482. Cobitis aculeata.
*Aldr. ichth.* 617. Cobitis aculeata rondeletii.
*Jonſt. piſc. t.* 26. *f.* 21. Cobitis aculeata.
*t.* 46. *f.* 1. Tænia cornuta.
*Charl. onom.* 157. Cobitis aculeata.
*Schonef. ichth.* 74. *t.* 4. *f.* 1. Tænia cornuta.
*Will. ichth.* 205. Cobitis barbatula aculeata.
266. Tænia cornuta.
*Raj. piſc.* 124. Cobitis barbatula aculeata.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 2. Cobitis aculeata.
*Suecis* Tänglake.
Habitat in *Mælero* lacu.

343. COBITIS *foſſilis* cirris VIII, ſpina ſupra oculari.
*Art. gen.* 2. *ſyn.* 3. Cobitis cæruleſcens, lineis utrinque 5 longitudinalibus.
*Muſ. Ad. Fr.* 76. idem.
Habitat Ulricædahlæ in piſcinis ſata.

## Silurus.

344. SILURUS *Glanis* pinna dorſali unica, cirris VI. *It. ſcan.* 61. *

Gadus

Gadus dorſo monopterygio, cirrhis maxillæ ſuperioris duobus, inferioris quatuor. *Fn.* 291.
*Art. gen.* 82. *ſyn.* 110. *ſpec.* 107. Silurus cirrhis quatuor in mento.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 180. Silurus.
*Salv. piſc.* 210. Glanis ſ. piſcis barbatus.
*Geſn. piſc.* 867. 872. 1047. Silurus.
*Aldr. ichth.* 569. Glanis.
*Jonſt. piſc. t.* 27. *f.* 8. Glanis.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 7. *t.* 2. Silurus 1. Glanis.
*Schonef.* 69. Silurus.
*Will. ichth.* 128. Silurus.
*Raj. piſc.* 70. Silurus.
*Suecis* Mahl.
Habitat in lacubus *Smolandiæ* & *Sudermanniæ*, rarus piſcis & maximus.

## Salmo.

345. SALMO *Salar* roſtro ultra inferiorem maxillam prominente. *Art. gen.* 11. *ſyn.* 22. *ſpec.* 48. *Fn.* 306.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 167. Salmo.
*Salv. piſc.* 100. Salmo.
*Geſn. piſc.* 824. Salmo.
*Aldr. ichth.* 483. Salmo vulgaris.
*Jonſt. piſc.* 106. *t.* 23. *f.* 1. Salmo.
*Schonef. ichth.* 64. Salmo nobilis.
*Charl. onom.* 150. Salmo.
*Will. ichth.* 189. Salmo.
*Raj. piſc.* 63. Salmo.
*Suecis* Lax.
Habitat in fluviis maximis totius Sueciæ, quos adſcendit ova depoſiturus; & quidem hoc in auſtralioribus Provinciis maturius, at in borealibus ſerius; in his, uti Tornoæ & Kemi, ſeu ad apicem maris Bothnici copioſiſſimus eſt; rarius apud nos hyemes tranſigit, uti in lacu Siljan Dalekarliæ, tumque facie multum mutatur.

*OBS.* Variat maxilla vix manifeſte inflexa, & maxilla inferiore anguſtata, digiti inſtar, ſurſumq. inflexa intra ſinum maxillæ ſuperioris; hanc notam credidere noſtri ſpeciem diſtinctam indigitare, at multoties diſſecui Piſces, omnes autem maxilla adunca eſſe mares intellexi, reliquas vero fæminas.

*Art. ſpec.* 80. SALMO minor vulgari ſimilis. *Suecis* Laxunge. Non inducor, ut credam hunc ſpecie differre a præcedenti, ſed tantum ætate.

346. SALMO *Eriox* maculis cinereis, caudæ extremo æquali. *Art. gen.* 12. *ſyn.* 23. *Fn.* 307.

 *Will,*

*Will. ichth.* The grev i. e. cinereus aut griſeus.
*Raj. piſc.* 63. Salmo cinereus aut griſeus.
*Suecis* Grâlax.
Habitat cum præcedente, a quo vix ſpecie differre crediderim.

347. SALMO *Trutta* ocellis nigris iridibus brunneis, pinna pectorali punctis ſex. *Fn.* 308.
*Art gen.* 12. *ſyn.* 24. *ſpec.* 51. Salmo latus, maculis rubris nigrisque, cauda æquali.
*Charl. onom.* 155. Trutta taurina.
*Will. ichth.* 193. Trutta ſalmonata.
*Raj. piſc.* 63. Trutta ſalmonata.
*Suecis* Örlax; Börting.
Habitat in Dalekarliæ & Norlandiæ fluviis frequentior, quam in aliis provinciis.

*DESCR.* Color dorſi cinereus, *pinna Dorſi* 12 radiis, adſperſa nigris punctis. *Pectoralis* 13 cinerea: punctis 6 longitudinaliter digeſtis. *Ventralis* 10 cinerea. *Ani* 9 vel 10 etiam cinerea; *Cauda* 20 integra, vix punctata, adipoſa, fuſca eſt. *Venter* albus eſt.

*Latera* totius piſcis, etiam capitis, maculis nigris magnitudine piſi angulatis, colore brunneo cinctis adſperguntur.

*Dentes* maxillarum ſimplici ordine, lingua duplici; in ſingulo 5 dentes; palatum tribus ordinibus denticulorum, quorum laterales ſimplices, at intermedius ſerie duplici alternata.

348. SALMO *Fario* maculis rubris, maxilla inferiore ſublongiore. *Art. gen* 12. *ſyn.* 23. *ſpec.* 51. *Fn.* 309.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 169. Trutta fluviatilis.
*Geſn. piſc.* 1002. Trutta fluviatilis rondeletii.
*Aldr. ichth.* 589. Trutta fluviatilis rondeletii, geſneri.
*Jonſt. piſc. t.* 26. *f.* 1. Trutta fluviatilis.
*Salv. piſc.* 96. Salar & varius.
*Charl. onom.* 155. Trutta fluviatilis vulgaris.
*Schonef. ichth.* 77. Truta vel Trutta vulgo, Forina & Forio.
*Will. ichth.* 199. Trutta fluviatilis.
*Raj. piſc.* 65. Trutta fluviatilis.
*Suecis* Laxöring, Forell, Stenbit.
Habitat frequens in fluviis.

*DESCR.* Præcedens communiter duos pedes, hic raro pedem unum adtingit: *Cauda* obtuſa leviter bifurca. *Pinna ani* margine anteriore nivea. *Pinnæ pectorales* non punctatæ. *Adipoſa* apice ruſeſcit. *Dorſum* etiam maculatum eſt, licet obſcure. *Maculæ* ſupra lineam longitudinalem confertæ, nigræ, pallido cinctæ colore; infra hanc lineam ſunt maculæ purpureæ & nigræ mixtæ.

349. SALMO *alpinus* dorſo nigro, lateribus cæruleis, ventre fulvo. *Fn.* 310. *Art.*

*Art. gen.* 13. *ſyn.* 25. *ſpec.* 52. Salmo vix pedalis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paullo longiore.
*Geſn. piſc.* 1201. Umbla minor.
*Aldr. ichth.* 650. Umbla minor alia.
*Charl. onom.* 163. Umbla minor.
*Will. ichth.* 196. Umbla minor.
*Raj. piſc.* 65. Umbla minor.
*Suecis* Rôding. *Lapponibus* Raud.
Habitat in lacubus *alpium Lapponicarum* ſummis vulgatiſſimus & fere unicus piſcis: quibus cibis vitam ſuſtentet non video, cum nec vermiculis ſcatent aquæ hæ, ſemper gelidæ, nec herbis.

*DESCR. Longitudo* communiter unciarum 13. *Squamæ* minutiſſimæ ſunt. *Caput* glabrum, ovatum, obtuſum. *Maxillæ* dentatæ. *Lingua* duobus ordinibus dentium, ſingulo hoc ordine 6 dentibus conſtante. *Palatum* ad latera dentatum. *Nares* parvæ duplici foranine in ſingulo latere, altero ſupra alterum, quorum inferius majus clauſum. *Oculorum* iris griſea pupilla nigra; infra oculos in mala ſeu oſſe carnibus veſtito puncta 7 excavata longitudinaliter digeſta: in eodem oſſe poſterius puncta 3 perpendiculari ordine collocata. *Membrana branchioſtega* 10 oſſiculis.
*Pinna dorſi* radiis 12: quorum 2 priores ſenſim longiores, tertius & quartus longiſſimi cum ſequentibus diviſi.
*Color* totius Piſcis ſupra a *dorſo* niger eſt, ad latera cyaneus ſ. dilute cæruleus: *venter* vero fulvus ſ. rubro-luteus: caput & gula alba ſunt: *pinnæ ventrales* rubræ, exteriori margine albæ; puncta luteſcentia ſecundum lineam lateralem longitudinaliter lateribus adſperſa ſunt. *Cauda* bifurca colore lateris.
*Proportio* a roſtro ad baſin capitis unc. $1\frac{1}{2}$, a capite ad pinnam dorſi unc. $3\frac{1}{2}$; dorſalis pinnæ baſis unc. $1\frac{1}{2}$, ejusdem altitudo unc. 2; a dorſali pinna ad adipoſam unc. 3; a cauda ad adipoſam unc. $2\frac{3}{4}$; a cauda ad pinnam ani unc. $1\frac{5}{7}$. Caro omnium ſapidiſſima, ruberrimo pulchro colore.
*OBS.* De ſynonymis auctorum hæreo, cum deſcriptiones inſufficientes ſint; apud nos vix niſi in Lacubus Lapponiæ alpinæ occurrit, aut in eorum fluviis deſcendentibus interdum parce.

350. SALMO *Eperlanus* capite diaphano, radiis pinnæ ani XVII.
Oſmerus radiis pinnæ ani ſeptendecim. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 21. *Fn.* 311.
*Art. ſpec.* 45. Oſmerus.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 196. Eperlanus.
*Geſn. piſc.* 362. 430. Eperlanus.
*Aldr. ichth.* 536. Eperlanus geſneri.
*Jonſt. piſc. t.* 24. *f.* 3. Eperlanus.
*t.* 47. *f.* 6. Spirinchus.
*Schonef. ichth.* 70. Spirinchus.
*Charl. onom.* 153. Eperlanus.
*Will. ichth* 202. Eperlanus.
*Raj. piſc.* 66. Eperlanus.

*Suecis*

*Suecis* Nors, Slom.
Habitat frequens in *Uplandiæ* & *Dalekarliæ* lacubus, ut & alibi.
*OBS.* Duplex eſt varietas: alter enim *SLOM* noſtris dicitur & major eſt nec fœtet: alter vero *NORS* nominatur, longe minor, fœtidiſſimus, ſtercoris inſtar, quo fœtore implet plateas upſalienſes primo vere dum ruſtici urbem accedunt, ut emant hunc piſcem, tumque Querqueræ regnant.

351. SALMO *Wimbra* pinna adipoſa ſubſerrata. *It. W:goth.* 231.
*Dalis* Wimma
Habitat in Dalia ad Åhmål.
*Cauda forficata. Linea lateralis recta.*

352. SALMO *Lavaretus* maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnæ dorſi XIV.
Coregonus maxilla ſuperiore longiore plana, pinna dorſi oſſiculorum quatuordecim. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 19. *ſpec.* 37. *Fn.* 312.
*Geſn. piſc.* 33. Albula nobilis.
*Schoneſ. ichth.* 12. Albula nobilis major ſ. lautus.
*Jonſt. piſc. t.* 46. *f.* 1. Albula nobilis.
*Raj. piſc.* 60. Albula nobilis.
61. Lavaretus allobrogum.
*Will. ichth.* 183. Lavaretus allobrogum.
*Suecis* Sijk, Stor-Sijk.
Habitat in lacubus variis Sueciæ.

353. SALMO *Albula* maxillis edentulis: inferiore longiore.
Coregonus maxilla inferiore longiore. *Art. gen.* 9. *ſyn.* 13. *ſpec.* 40. *Fn.* 313.
*Geſn. piſc.* 34. Albula minima.
*Aldr. ichth.* 660. Albula minima.
*Jonſt. piſc.* 173. *t.* 30. *f.* 7. Albula minima.
*Charl. onom.* 164. Albula minima.
*Will. ichth.* 186. Albula minima.
*Raj. piſc.* 61. Albula minima.
*Suecis* Sijklöja, Småſijk. *Dalekarlis* Blikta. *Norlandis* Stint. *Fennonibus* Moiku.
Habitat in plurimis lacubus Sueciæ; parit circa initium hyemis.

354. SALMO *Thymallus* maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi radiis XXIII.
Coregonus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi oſſiculorum viginti trium. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 20. *ſpec.* 41. *Fn.* 314.

*Rond.*

*Rond. piſc.* 2. *p.* 187. Thymus.
*Salv. piſc.* 81. *t.* 80. Thymus ſ. Thymallus.
*Geſn. piſc.* 978. Thymallus ſ. Thymus.
*Aldr. ichth.* 594. Thymallus.
*Jonſt. piſc. t.* 26. *f.* 3. 4. 5. & 31. *f.* 6. Thymallus.
*Charl. onom.* 155. Thymallus.
*Will. ichth.* 187. Thymallus.
*Raj. piſc.* 62. Thymallus.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 75. *t.* 25. *f.* 2. Thymallus.
*Suecis* Harr.
Habitat in *Angermannia* & variis *Norlandiæ* partibus.

*DESCR. Facies* Albulæ, glabra. *Os* dentibus utrinque minutiſſimis: roſtrum obtuſum; maxillæ fere æquales. Membrana branchioſtega radiis 9. *Pinna* dorſi in medio dorſi, reliquis major, altitudine & longitudine eadem; radiis 21, mollibus, quorum quinque anteriores ſenſim breviores ſimplices, reliqui ramoſi; pinna abrupta eſt; *adipoſa* ut in reliquis abſque radiis. *Cauda* bifurca ad medium: radiis multis articulatis multifidis. *Pinna ani* abrupta; radiis 12 dichotomis. *Pectorales* radiis 11 dichotomis. *Ventrales* radiis 15 multifidis.

Inteſtina hujus piſcis coaguli vices ſupplent apud Lappones pro conficiendo caſeo e lacte Rhenonum, coagulo cum alio non inſtruantur.

## Eſox.

355. ESOX *Lucius* roſtro depreſſo ſubæquali.
Eſox roſtro plagioplateo. *Art. gen.* 14. *ſyn.* 26. *ſpec.* 53. *Fn.* 304.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 188. Lucius.
*Salv. piſc.* 94. Lucius.
*Geſn. piſc.* 500. Lucius.
*Aldr. ichth.* 630. Lucius.
*Jonſt. piſc. t.* 29. *f.* 1. Lucius.
*Schonef. icht.* 44. Lucius.
*Charl. onom.* 162. Lucius.
*Will. ichth.* 236. Lucius.
*Raj. piſc.* 12. Lucius.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 63. *t.* 22. *f.* 1. Lucius.
*Suecis* Gjädda.
Habitat ubique in lacubus & fluviis, præſertim copioſe in Lapponicis.

356. ESOX *Belone* roſtro utraque maxilla ſubulato.
Eſox roſtro cuſpidato gracili ſubtereti ſpithamali. *Art. gen.* 14. *ſyn* 27. *Fn.* 305.
*Rond. piſc.* 227. Acus prima ſpecies.
*Salv. piſc.* 68. Acus piſcis.

Geſn.

*Geſn. piſc.* 9. Acus prima ſpecies.
*Aldr. ichth.* 106. Acus vulgaris ſ. oppiani.
*Charl. onom.* 136. Acus.
*Schonef. ichth.* 11. Acus prima ſpecies.
*Will. ichth.* Acus vulgaris ſ. oppiani.
*Raj. piſc.* 109. Acus vulgaris ſ. oppiani.
*Suecis* Nâbbgjädda. *Bahuſienſibus* Horngiäll.
Habitat in *mari Occidentali* frequens.

*DESCR. Caput* quadratum, ſuperne viride, lateribusque argenteis glabris. *Oculi* albi, pupilla nigra. *Nares* magnæ papilla refertæ. *Os* ſubulatum capite ipſo longius; maxilla inferior longior, ſed apice carneo. *Dentes* in margine utriusque maxillæ; pauci in medio palato ſecundum areolam longitudinalem minimam. *Membrana branchioſtega* oſſiculis 12, non vero 14. *Corpus* ſubteres, parum compreſſum, flexile, ſuperne viride, ſub linea laterali argenteum.

*Pinnæ pectorales* ad baſin capitis, radiis 13, articulatis ramoſisque, excepta prima indiviſa.

*Pinnæ ventrales* remotiſſimæ a capite, radiis 7, quorum primus longior indiviſus.

*Pinna ani* longa, falcata, interrupta, radiis 20: quorum tres primi indiviſi; horum primus minimus, ſecundus maximus.

*Pinna dorſi* exacte oppoſita pinnæ ani, ejusdemque figuræ & longitudinis, interrupta & falcata, radiis 16; primo minimo indiviſo, ſecundo tertioque maximo.

*Lineæ laterales* in medio laterum, obſoletæ: Lineæ ventrales tres, quarum laterales duæ oppoſitæ a gula tendunt ad exteriorem marginem pinnarum ventralium verſus caudam; intermedia vero a gula recta verſus anum.

*Maxilla* utraque mobilis, ſuperior mediante cartilagine, quo cranio annexa eſt, exſerens utrinque extra oris ſinum prominentiam oſſeam, quæ recipitur a ſinu capiti inſculpto.

*Dentes* ſubulati, diſtantes, ad oris interioris marginem majores: denticuli aceroſi, minimi vix conſpicui, ſparſi citra ordinem maxillæ adnaſcuntur.

*Lingua* glabra. *Cranium* pellucidum. *Vertebræ* 79. *Oſſa* viridia.

# Clupea.

357. CLUPEA, *Harengus* immaculata, maxilla inferiore longiore. *Art. gen.* 7. *ſyn.* 14. *ſpec.* 37. *Fn.* 315. *It. ſcan.* 221. 325.

α *Rond. piſc.* 222. Harengus.
*Geſn. piſc.* 408. 486. Harengus.
*Aldr. icht.* 294. Harengus flandricus.
*Jonſt. piſc. t.* 1. *f.* 6. Harengus.
*Schonef. ichth.* 36. Harengus.
*Will. ichth.* 219. Harengus.
*Raj. piſc.* 103. Harengus.
*Suecis* Sill.

*Rond.*

β *Rond. piſc.* 220. Membras.
*Geſn. piſc.* 74. 85. Membras.
*Aldr. ichth.* 212. Membras rondeletii.
*Jonſt. piſc. t.* 19. *f.* 14. Membras.
*Charl. onom.* 143. Membras.
*Suecis* Strömming.
Habitat in mari, quarum α Sill major plerumque, ex mari occidentali; β Strömming vero minor ex mari Bothnico.

358. CLUPEA *Sprattus* pinna dorſi radiis XIII.
Clupea quadriuncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutiſſimo. *Art. gen.* 7. *ſyn.* 17. *ſpec.* 33. *Fn.* 316.
*Raj. piſc.* Spratti.
*Suecis* Hwaſsbuk.
Habitat in mari.

## Cyprinus.

359. CYPRINUS *Carpio* pinna ani radiis 9, cirris 4, pinnæ dorſalis radio ſecundo poſtice ſerrato.
Cyprinus cirrhis quatuor, oſſiculo tertio pinnarum dorſi anique uncinatis. *Art. gen.* 4. *ſyn.* 3. *ſpec.* 25. *Fn.* 317.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 150. Cyprinus.
*Salv. piſc.* 92. *t.* 91. Cyprinus rondeletii.
*Geſn. piſc.* 309. 164. Cyprinus.
*Aldr. ichth.* 637. Cyprinus.
*Jonſt. piſc. t.* 29. *f.* 3. 4. 6. Cyprinus.
*Schoneſ. ichth.* 32. Cyprinus nobilis, Cyprianus, Carpa.
*Petit. act. gall.* 1733. *p.* 274. *t.* 15. Carpio.
*Charl. onom.* 162. Cyprinus.
*Will. ichth.* 545. Cyprinus.
*Raj. piſc.* 115. Cyprinus.
*Suecis* Karp.
Hoſpitatur in piſcinis Magnatum ſcaniæ & colitur. *It. ſcan.* 378. e Germania adducti vivi venales proſtat Holmiæ, cibus ſapidiſſimus nepotum.

360. CYPRINUS *Brama* pinna ani radiis 27, pinnis fuſcis. *Fn.* 318.
*Art. gen.* 6. *ſyn.* 4. *ſpec.* 22. Cyprinus pinnis omnibus nigreſcentibus; pinna ani oſſiculorum viginti ſeptem.
*Rond. piſc* 2. *p.* 154. Cyprinus latus ſ. Brama.
*Geſn. piſc.* 316. 317. 165. Cyprinus latus ſ. Brama.
*Aldr. ichth.* 641. Cyprinus latus.
*Jonſt. piſc.* 165. *t.* 29. *f.* 5. Cyprinus latus.

*Schoneſ.*

*Sconeſ. ichth.* 33. Cyprinus latus vel Brama.
*Charl. onom.* 162. Abramus, Cyprinus latus.
*Will. ichth.* 248. *t.* 2. 10. Cyprinus latus ſ. Brama.
*Raj. piſc.* 116. Cyprinus latus ſ. Brama.
*Suecis* Braxen.
Habitat in plerisque lacubus Sueciæ, parit eo tempore, quo Juniperus mas floret pollinemque effundit.
Varietas *gibboſa* in lacu wettero ad Aſkerſund.

361. CYPRINUS *Aſpius* pinna ani oſſiculorum 16, maxilla inferiore longiore incurva. *Fn.* 319.
*Art. gen.* 6. *ſyn.* 24. *ſpec.* 14. Cyprinus maxilla inferiore longiore cum apice elevato, pinna ani oſſiculorum quindecim.
*Suecis* Aſp.
Habitat in Lacu Mælero *Uplandiæ*; fluvium Sahlam, Upſaliam uſque, adſcendit primo vere.

362. CYPRINUS *Idus* pinna ani oſſiculis 13 a rubra. *Fn.* 320.
*Art. gen.* 5. *ſyn.* 14. *ſpec.* 6. Cyprinus iride ſublutea, pinnis ventralibus anique rubris.
*Suecis* Id. *Æſſkelstuna* Tiockſjålling.
Habitat in lacubus, fluviis & ſinubus maris Balthici, præſertim in *Uplandia* & *Sudermannia.*

363. CYPRINUS *Tinca* pinna ani radiis 25, cauda integra, corpore mucoſo.
Cyprinus pinna ani oſſiculis undecim, cauda integra. *Fn.* 321.
*Art. gen.* 4. *ſyn.* 5. *ſpec.* 27. Cyprinus mucoſus totus nigreſcens, extremitate caudæ æquali.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 157. Tinca.
*Salv. piſc.* 90. *t.* 89. Tinca.
*Geſn. piſc.* 984. Tinca.
*Aldr. ichth.* 646. Tinca.
*Jonſt. piſc.* 146. *t.* 29. *f.* 7. Tinca.
*Charl. onom.* 162. Phycis vel Merula fluviatilis.
*Schoneſ. ichth.* 76. Tinca.
*Will. ichth.* 251. Tinca.
*Raj. piſc.* 117. Tinca.
*Suecis* Sutare, Linnare, Skomakare.
Habitat in lacubus paſſim lutoſis.

364. CYPRINUS *Caraſſius* pinna ani radiis 10, cauda integra, linea laterali recta.
Cyprinus pinna ani oſſiculorum viginti, linea laterali recta.
*Art. gen.* 4. *ſyn.* 5. *ſpec.* 29. *Fn.* 322. *Geſn.*

*Geſn. piſc.* 222. 166. Charax.
*Aldr. ichth.* 644. Cyprinus latus alius.
*Jonſt. piſc.* 165. *t.* 27. *f.* 12. Cyprinus latus alius.
*Will. ichth.* 249. Caraſſius ſimpliciter dictus.
*Raj. piſc.* 116. Caraſſius ſimpliciter dictus.
*Suecis* Ruda. *Scanis* Caruſſa.
Habitat in lacubus lutoſis paſſim per Sueciam.

365. CYPRINUS *Ballerus* pinna ani oſſiculorum 40. *Fn.* 323.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 12. *ſpec.* 23. Cyprinus admodum latus & tenuis, pinna ani oſſiculorum quadraginta.
*Rond. piſ.* 2. *p.* 154. Ballerus.
*Geſn. piſc.* 24. Piſcis Blicka germanorum, qui Alburnus lacuſtris dici poteſt.
*Aldr. ichth.* 645. Ballerus rondeletii.
*Jonſt. piſc.* 165. *t.* 27. *f.* 7. Ballerus.
*Charl. onom.* 162. Ballerus ariſtotelis.
*Schonef. ichth.* 28. Ballerus.
*Raj. piſc.* 117. Ballerus.
*Suecis* Blicka, Braxenpanka. *Smolandis* Braxenſlicka.
Habitat in omnibus facile Sueciæ lacubus vulgatisſimus.

366. CYPRINUS *Erythrophthalmus* pinna ani radiis 14, pinnis rubris. *Fn.* 324.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 4. *ſpec.* 9. Cyprinus iride pinnis omnibus caudaque rubris.
*Will. ichth.* 249. Rootaug i. e. Erythrophthalmos germanis dictus, Bramis adfinis.
*Raj. piſc.* 116. Rotaug.
*Suecis* Sarf. *Weſtrobotnienſibus* Iſarf.
Habitat *Upſaliæ* vulgaris & Pithoæ *Weſtrobotniæ*.
OBS. Puncta lineæ lateralis 60 elevata.

367. CYPRINUS *Griſlagine* pinna ani radiis 11, pinnis albentibus. *Fn.* 325.
*Art. gen.* 5. Cyprinus oblongus, iride argentea, pinnis albentibus.
*Art. ſyn.* 5. *ſpec.* 12. Cyprinus oblongus, figura rutili, pinna ani oſſiculorum decem.
*Will. ichth.* 263. Grislagine auguſtæ dictus Gobii fluviatilis ſpecies: germani enim Gobium Greſling vocant.
*Raj. piſc.* 123. Griſlagine auguſtæ dictus, Gobii fluviatilis ſpecies.
*Angermannis* Stam.
Habitat in *Angermannia* & *Weſtrobotnia*.

368. CYPRINUS *Wimba* pinna ani radiis 24, roſtro naſiformi. *Fn.* 326.
*Art. gen.* 6. *ſyn.* 14. *ſpec.* 18. Cyprinus roſtro naſiformi, dorſo acuminato, pinna ani oſſiculorum viginti quatuor.
*Suecis* Wimba.
Habitat in lacu *Mælero* & amne Upſalienſi.

369. CYPRINUS *Farenus* pinna ani radiis 37, iridibus flavis. *Fn.* 327.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 13. *ſpec.* 23. Cyprinus iride flava, pinna ani oſſiculorum triginta ſeptem.
*Suecis* Faren.
Habitat in Lacu *Mælero*, præſertim ad pontem *Oereſundsbro.*

370. CYPRINUS *cultratus* pinna ani radiis 30, linea laterali declinata, ventre acutiſſimo. *It. ſcan.* 82. *t.* 82.
*Scanis* Skierknif.
Habitat in M. Balthico ad Chriſtianſtad.

371. CYPRINUS *Biorkna* pinna ani radiis. 35. *Fn.* 328.
*Art. gen* 3. *ſyn.* 13. *ſpec.* 2.. Cyprinus quincuncialis pinna ani oſſiculorum viginti quinque.
*Suecis* Biöreka.
Habitat in *Uplandiæ* lacu Mælero.
*OBS.* In ſpeciei hujus piſce numeravi radios pinnæ ani triginta quinque.

372. CYPRINUS *Rutilus* pinna ani radiis 12. rubicunda. *Fn.* 329.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 10. *ſpec.* 10. Cyprinus iride pinnisque ventris ac ani plerumque rubentibus.
*Geſn. piſc.* 820. Rutilus ſ. Rubellus fluviatilis.
*Aldr. ichth.* 621. Rutilus geſneri.
*Jonſt. piſc.* 130. *t.* 26. Rutilus fluviatilis geſneri.
*Schoneſ. ichth.* 63. Rutilus, Rubellio & Rubiculus.
*Charl. onom.* 158. Rutilus ſ. Rubellus fluviatilis.
*Will. ichth.* 262. Rutilus ſ. Rubellus fluviatilis.
*Raj. piſc.* 122. Rutilus ſ. Rubellus fluviatilis.
*Suecis* Mört.
Habitat in omnibus lacubus Sueciæ omnium vulgatiſſimus piſcis, vulgo ova ponit dum Caltha floreſcit.

373. CYPRINUS *Alburnus* pinna ani radiis 20. *Fn.* 330.
*Art. gen.* 6. *ſyn.* 10. *ſpec.* 17. Cyprinus quincuncialis, pinna ani oſſiculorum viginti.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 208. Alburnus.

*Geſn.*

*Geſn. piſc.* 23 Alburnus auſonii.
*Aldr. ichth.* 6 8. Alburnus auſonii.
*Jonſt. piſc.* 146. *t.* 29. *f.* 13 Alburnus auſonii.
*Schoneſ. ichth.* 11. Albula minor.
*Charl. onom.* 161. Alburnus auſonii.
*Will. ichth.* 263. Alburnus auſonii.
*Raj. piſc.* 123. Alburnus auſonii.
*Suecis* Löja.
Habitat in Suecia, omnium vulgatiſſimus in omni lacu.

374. CYPRINUS *Aphya* pinna ani radiis 9, iridibus rubris, corpore pellucido. *Fn.* 331. *It. W:goth.* 132. 233.
*Art. gen.* 4. *ſyn.* 13. *ſpec.* 30. Cyprinus biuncialis, iridibus rubris & pinna ani oſſiculorum novem.
*Rond. piſc.* 208. Aphya vera.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 24. *t.* 9. *f.* 1. Cobitis fluviatilis?
*Suecis* Mudd, Budd. *Dalekarlis* Quidd, Iggling. *Weſtrobotnienſibus* Glirr, Glirren. *W:gothis* Gii. *Dalis* Alkufwa. *O:gothis* Alkutta. *Lappis* Sölſenſodg.
Habitat in fluviis *Dalekarliæ*, *Lapponiæ*, *Uplandiæ*, ſæpius in parvis rivulis & lacubus.

*OBS.* an hic ſit idem cum Cyprino tridactylo vario oblongo tereriuſculo, pinna ani oſſiculorum VIII *Arted?*

*DESCR.* Facies Truttæ ſ. Salmonis; Longitudo digiti; dorſo tereti pinguiſſimo, ſecundum ſpinam itaque concavus. Color dorſi cæſius, cum maculis fuſcis ut in Perca. *Iris* oculorum alba cum rubedinis mixtura. *Pinna dorſalis* pone æquilibrum, radiis octo dichotomis: primo ſimpliciſſimo. *Cauda* bifurca radiis 19. *Pinna ani* pauló pone dorſalem radiis 9. *Ventrales* radiis 7. *pectorales* 11 vel 12 radiis; *maxilla inferior* ſuperiore paulló brevior. *Os naſale* pedem bovis referens, ut in toto Cyprinaceo genere; Squamæ vix conſpicuæ. Dum parit & coit caput variolis adſperſum ut in congeneribus. *Dorſum* fuſcum ad latera punctis omnium minutiſſimis nigricantibus veluti per faſcias (uti Percæ) pingitur.

*OBS.* In Dania a Magnatibus educatus fuit *Cyprinus* pinna ani duplici, cauda trifurca; *Act. ſtockh.* 1740 *p.* 403. *t.* 1. *f.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. unde eundem habuimus & deſcripſimus loco allegato; Non dubitamus, quin hic Piſcis, colores ſi ſpectes omnium piſcium pulcherrimus, e China in Sueciam introducatur, & toti Europæ fiet æque vulgaris ac Pavo, in Magnatum obiectamentum.

# V. BRANCHIOSTEGI.

## Syngnathus.

375. SYNGNATHUS *Ophidion* pinnis caudæ ani pectoralibusque nullis, corpore tereti.

Syngnathus teres, pinnis pectoralibus caudæque carens. *Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 1. *Fn.* 334.
*Will. ichth.* 160. Acus lumbriciformis aut ſeptimus.
*Raj. piſc.* 47. Acus lumbriciformis ſ. Ophidion lumbriciforme.
*Suecis* Hafsnâhl. *Hallenſibus* Tangſnipa.
Habitat in mari *Balthico* & *Botnico.*

376. SYNGNATHUS *Acus* pinnis caudæ ani pectoralibusque radiatis, corpore ſeptemangulato.
Syngnathus corpore medio heptagono, cauda pinnata. *Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 2. *Fn.* 335.
*Geſn. piſc.* 1025. Typhle.
*Will. ichth.* 159. Acus ariſtotelis ſpecies altera major.
*Raj. piſc.* 46. Acus ariſtotelis ſpecies altera major.
*Suecis* Kantnâhl.
Habitat in mari *Balthico.*

377. SYNGNATHUS *Typhle* pinnis caudæ ani pectoralibusque radiatis, corpore ſexangulato.
Syngnathus corpore medio hexagono, cauda pinnata. *Art. gen.* 1. *ſyn.* 1. *ſpec.* 3. *Fn.* 336.
*Rond. piſc.* 229. Acus ſecunda ſpecies ſ. Acus ariſtotelis.
*Geſn. piſc.* 9. 11. Acus ſecunda ſpecies ſ. Acus ariſtotelis.
*Aldr. ichth.* 105. Acus ariſtotelis.
*Jonſt. piſc*, 52. *t.* 15. *f.* 14. Acus ariſtotelis.
*Salv. piſc.* 68. *f.* 2. Piſcis ſeptimus.
*Will. ichth.* 158. Acus ariſtotelis ſ. Acus ſecunda ſpecies.
*Raj. piſc.* 46 Acus ariſtotelis ſ. Acus ſecunda ſpecies.
Habitat in mari *Balthico.*

*Claſſis*

*Claſſis. IV.*

# INSECTA.

## I. COLEOPTERA.

### Scarabæus.

378. SCARABÆUS *Naſicornis* thorace prominentia triplici, capitis cornu recurvato.
Scarabæus capite unicorni recurvo, thorace gibbo, abdomine hirſuto. *Fn.* 340.
*Olear. muſ.* 27. *t.* 16. *f.* 4. Scarabæus naſicornis.
*Jonſt. inſ. t.* 15. *n.* 2. Scarabæus Buceros naſicornis.
*Imper. alt. p.* 694. Scarabæus Rhinoceros f. 1. 2 3.
*Worm. muſ. p.* 242. Monoceros.
*Jacob. muſ. dan. part.* 1. *ſ.* 5. *n.* 20. Scarabæus naſicornis.
*Barthol. unic. p.* 54. Scarabæus monoceros.
*Stalpart. obſ. p.* 468. *t.* 9. *f.* 2. *mala.*
*Hoffn. inſ. t.* 13. *f. antepenult.* edit. alt. 3. *t.* 1.
*Friſch. germ. v.* 3. *p.* 6. *t.* 3. *f.* 1. Scarabæus naſicornis.
*Svam. bibl. t.* 27. *f.* 1. 2.
Habitat in ligno putrido & vaporariis Hortulanorum.
Simillimus *Scar. Monoceroti*, ſed abſque thoracis concavitate longitudinali. Pedum anteriorum dentes obtuſi, excepto primo.

379. SCARABÆUS *lunaris* thorace bicorni: intermedio obtuſo bifido, clypeo emarginato, cornu erecto.
Scarabæus capitis clypeo lunato margine elevato, corniculo emarginato. *Fn.* 341.
Habitat in *Scania. D. Leche.*
*DESCR.* Facies Scarabæi ſtercorarii: *Caput* tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio *Corniculum* breve, emarginatum. *Thorax* gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter linea exaratus. *Elytra* lævia, ſingula 7. ſ. 8. ſulcis minus profundis.

380 SCARABÆUS *cylindricus* thorace antice truncato quinque dentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico. *Fn.* 312.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Niger, parvus, fere cylindricus: *Cornu* ex apice roſtri erectum, antice glabrum, pone villis fulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, craſſus, ſupra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate diſtinctus. *Elytra* ſulcata punctis excavatis ſcabra.

381. SCARABÆUS *nuchicornis* thorace inermi, occipite ſpina erecta armato, ſcutello nullo.
Scarabæus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro-nebuloſis. *It. oel.* 41. *Fn.* 354.
*Raj. inſ. p.* 106. Scarabæus pilularis 9. willugb.
*Act. upſ.* 136. *p* 16 *n.* 2. Scarabæus parvus, capite collarique nigro, elytris nebuloſis.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 18.
Habitat ſub ſtercore Suillo, primo vere frequens.
Similimus Scar. bovino, ſed Elytra ſubferruginea punctis nigris irrorata. *Scutellum* nullum.

382. SCARABÆUS *ſubterraneus* thorace inermi glabro, capite triplici tuberculo, elytris ſtriis crenatis.
Habitat in collibus.
*DESCR.* Parvus, niger *Clypeus* obtuſiſſimus. *Thorax* punctis rarioribus adſperſus. *Elytra* ſtriata ſtriis ſingularibus excavato punctatis.

383. SCARABÆUS *erraticus* thorace inermi lævi, capite tuberculo unico, elytris teſtaceis.
Habitat paſſim in viis.
*DESCR.* *Thorax* convexus, lævis, uti totum corpus nigrum. *Elytra* teſtacea.

384. SCARABÆUS *Foſſor* thorace inermi ſubretuſo, capite tuberculo triplici: medio ſubcornuto.
Scarabæus ovatus ater glaber. *Fn.* 352.
*Act. upſ.* 136. *p.* 16. *r.* 4. Scarabæus parvus oblongus ater, elytris ſtriatis.
Habitat in ſylvis.
*DESCR.* *Corpus* odore moſchi totum atrum, glabrum, læve, nitidum. *Elytra* oblonga, concolorata, ſtriata ſed vix conſpicue. *Antennæ* lamellatæ. *Alæ* fuſcæ. *Thorax* valde convexus.

385. SCARABÆUS *fimetarius* thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro.
Scarabæus capite thoraceque nigro, antennis elytrisque rubris. *Fn.* 355.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 35. *t.* 19. *f.* 3. Scarabæus equinus medius, coleoptris rubris, collari nigro.

*Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 6. Scarabæus parvus niger, elytris antennisque rubris.

β Scarabæus capite thoraceque nigro glabro; elytris griſeis; pedibus pallidis. *It. oel.* 41. *Fn.* 353.

*Raj. inſ. p.* 106. Scarabæus pilularis 10.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 6. Scarabæus parvus niger, elytris cinereis.

Habitat cum præcedentibus in ſtercore primo vere, ubique in viis publicis.

*DESCR. Caput* nigrum, clypeatum, ſubrotundum. *Thorax* niger, marginatus: lateribus pallidis. *Elytra* griſea aut rubra, novem ſtriis ſingula notata. Pedes griſeo-pallidi.

386. SCARABÆUS *hæmorrhoidalis* thorace inermi, capite tuberculato, elytris apice rubris.

Scarabæus ater, elytris pone ferrugineis, pedibus rufis. *Fn.* 358.

Habitat in fungis & plantis putridis.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis milii; *totus* ater, lævis. *Elytra* ſtriis excavatis poſtice verſus marginem rufeſcentia. *Pedes* & femora obſcure rufa.

387. SCARABÆUS *conſpurcatus* thorace inermi: marginibus lateralibus albis, capite tuberculato, elytris lividis maculatis nigro-punctatis.

Habitat in Stercore Equino.

*DESCR.* Parvus, niger ſ. fuſcus. *Elytra* livida ſ. glauca punctis 2, 5. ſ. 7. nigris, oblongiuſculis. *Thoracis* latera pallida.

388. SCARABÆUS *ſtercorarius* muticus ater glaber, elytris ſulcatis, capite rhombeo vertice prominulo. *Fn.* 349.

*Mouff. lat. p.* 151. Pilularius.

*Bauh. ballon. p.* 212. *f. ult.*

*Wagn. helv. p.* 233. Scarabæus pilularius.

*Liſt. mut. t.* 17. *f.* 4.

*loqu. p.* 380. *n.* 4. Scarabæus magnus ex purpura niger, tibiis omnium pedum ſerratis.

*Raj. inſ.* 90. *n.* 7. Scarabæus major niger vulgatiſſimus, antennis globoſis, elytris lævibus.

*Raj. inſ. p.* 74. *n.* 1. Scarabæus magnus niger vulgatiſſimus, antennis articulatis.

*Friſch. germ. v.* 4 *p.* 13. *t.* 6. Scarabæus ſtercorarius niger major.

*Merr. pin. p.* 201. Scarabæus ſtercorarius vel fimarius.

*Suecis* Torndyfwel. *Smolandis* Torbagge.

Habitat in ſtercore & cloacis, veſpera præſertim volitans.

*DESCR.* Niger eſt a tergo & glaber; ſubtus ad femora villoſus. *Caput* clypeo

clypeo munitum rhomboide, obtuſo, medio elevato, ac ſi eſſet teſtudinis ſquama. *Antennæ* clavatæ, capitulo trifolio, caule rubicundo, bulbo ſ. infimo articulo piloſo. *Thorax* lævis, non punctatus, in medio verſus poſteriora fuſco-excavatus. *Elytra* atra ſtriis plurimis; ſubtus eſt totum animalculum atro cæruleſcens; in femorum primorum antica parte macula magna ferruginea villoſa. *Os* duabus depreſſis maxillis, adſperſis hirſutie ferruginea.

389. SCARABÆUS *vernalis* muticus, elytris glabris læviſſimis, capitis clypeo rhombeo vertice prominulo. *Fn.* 350.

*It. oel.* 41. Scarabæus magnus vulgatiſſimus, antennis articulatis.

Habitat cum præcedente in ſtercore, e quo format pilulas, easque ad foramina trahit more Scar. pilularii.

*DESCR.* loco & facie adeo ſimilis præcedenti, ut facile ſola ætate differre crederetur, differt tamen a præcedenti,

1. magnitudine qua priori cedit.
2. Elytris non ſulcatis.
3. colore cyaneo ſ. cæruleo nitido.
4. tempore ſolo vernali.
5. antennis totaliter nigris, nec femoribus macula ferruginea.

390. SCARABÆUS *ſabuloſus* muticus niger opacus tuberculis rugoſus, antennis baſi piloſis.

Habitat in Sabulo & Terra ſicca.

*DESCR. Simillimus* Silphæ opacæ *niger & rugoſus, ut primo intuitu Silpham diceres, ſed os, antennæ & pedes Scarabæi.*

391. SCARABÆUS *Horticola* muticus, capite thoraceque cæruleo ſubpiloſo, elytris griſeis, pedibus nigris. *Fn.* 351.

*It. Scanic.* 116, 321. Scarabæus friſicus.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 3. Scarabæus, medius, capite collarique cæruleo, pedibus nigris, elytris pallidis ſtriatis.

Habitat in Hortis, ubi devaſtat Pomona arbores, excepta ſola Pyro communi; in Scania frequentiſſimus, nobis rarior.

*Antennarum caulis ferrugineus eſt.*

392. SCARABÆUS *Melolontha* muticus teſtaceus, thorace villoſo, abdominis inciſuris albis, cauda inflexa. *Fn.* 345.

*Aldr. inſ. p.* 454. *t. ſuperior f.* 2.

*Mouff. lat. p.* 160. *f.* 2. Scarabæus arboreus vulgaris.

*Hoffn. inſ. t.* 1. *f.* 11.

*Merian lat. v.* 1. *p.* 2. *f.* 4.

*Gæd. belg. v.* 1. *p.* 178. *f.* 78.

*Liſt. gæd. p.* 265. *f.* 111.

*loqu. p.* 379. *n.* 1. Scarabæus maximus rufus, uropygio deorſum inflexo.

*mut. t.* 18. *f.* 16.

*Alb.*

*Alb. inſ. t.* 60.
*Leuwenh. arc.* 1695. *v.* 1. *p.* 14. *f.* 14. Molitor.
*Pet. gaz. p.* 29. *t.* 19. *f.* 2. Scarabæus arboreus major caſtaneus.
*Raj. inſ. p.* 104. *n.* 1. Scarabæus arboreus vulgaris major.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 20. *t.* 14. Scarabæus julii ſ. vitis.
Habitat in *Scania*, ubi Larva radices frumenti, volatile ſepium arborumque, præſertim Fagi, Quercus, Mali, folia conſumit.
*DESCR.* Inter majores eſt hic Scarabæus, cui caput, thorax & elytra teſtacei coloris ſunt. *Thorax* villoſus: *Elytra* ſingula 4 ſtriis elevatis glabriuſculis *Anus* acuminatus, deorſum flexus. *Abdomen* fuſcum ad latera ſubtus macula acuta, in ſingula inciſura, alba. *Oris* labium ſuperius obtuſum.

393. SCARABÆUS *ſolſtitialis* muticus teſtaceus, thorace villoſo, elytris luteo-pallidis: lineis tribus albis parallelis. *Fn.* 346.
*Mouff. lat. p.* 160. *f.* Scarabæus lanuginoſus arboreus alteri adfinis.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 17.
*loqu. p.* 380. *n.* 2. Scarabæus alter ex flavo cinereus.
*It. gotl.* 245. Allenborre.
*Pet. gaz. p.* 36. *t.* 22. *f.* 9. Scarabæus pectinatus minor villoſus.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 30. *t.* 15. *f.* 3. Scarabæus junii ſ. ſolſtitialis.
*Suecis* Ållenborre. *Scanis* Pingborre.
Habitat frequens circa veſperam æſtate in *Roſlagia*, *Oelandia*, *Gotlandia* 245, *Scania* 238.
*DESCR.* Totus teſtaceus: *Oculi* nigri: *Antennæ* lamellatæ: *Pectus* & Abdomen hirſuta: *Elytra* glabriora, pallidiora lineis albis tribus longitudinalibus, quæ in mortuo ſæpe diſparent.

394. SCARABÆUS *Fullo* muticus, antennarum lamellis ſeptenis æqualibus, corpore nigro albedine irrorato. *Fn.* 343.
*Charl. onom.* 46. Fullo.
*Mouff. lat. p.* 160. *f.* 4. Fullo.
*Act. n. cur. dec.* 2. *ann.* 6. *obſ.* 239. Scarabæus pictus.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 7.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 22. *t.* 1. *f.* 1. Scarabæus julii albo maculatus.
*Raj. inſ. p.* 93. *n.* 9. Scarabæus Fullo plinii.
Habitat in *Scaniæ* campis, ubi radices plantarum conſumit; in *Belgii* dunis omnium frequentiſſimum inſectum legi.
*MAS* antennis foliaceis oblongis, *FÆMINA* vero ſubrotundis. *Clypeus* antice transverſe truncatus.

395. SCARABÆUS *faſciatus* muticus niger tomentoſo-flavus, elytris faſciis duabus luteis coadunatis.

*Mouff. lat. p.* 161. *f.* 6.

Habitat frequens in floribus Syringæ, Filipendulæ.

*DESCR.* Caput & *Thorax* nigricantia pilis denſis erectis griſeis, uti & Abdomen & Pedes. *Elytra* pallide griſea faſciis tribus nigris, quarum intermedia in medio anguſtior, interrupta, reliquis latioribus coadunatis & ſuturas elytrorum perreptantibus. *OBS.* interdum elytra glabra absque lineola iſta intermedia interrupta.

396. SCARABÆUS *brunneus* muticus rufo-teſtaceus, elytris ſtritatis, thorace utrinque puncto obſoleto.

Habitat Upſaliæ minus frequens.

*DESCR.* Statura Chryſometæ, colore brunneo. *Labium* ſ. clypeus ſimus. *Antennæ* longitudinaliter fiſſiles ut in Fullone. *Thorax* utrinque puncto fuſco obſoleto notatus. *Tibiæ* dentatæ caput poſtice nigricans eſt.

397. SCARABÆUS *quisquilius* muticus ater glaber, elytris livido-teſtaceis.

Habitat in Quisquiliis.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis Milii, ovatus, glaber, facie Scarabæi. *Pedes* picei. *Elytra* flaveſcente-livida.

398. SCARABÆUS *quadrimaculatus* muticus niger oblongus, elytris maculis duabus rubris.

Habitat rarius ad domos.

*DESCR. Corpus* oblongum, nigrum. *Capitis* clypeus intruſus. *Elytra* ſtriata; macula parva in angulo elytrorum ad baſin & major verſus apicem elytri.

399. SCARABÆUS *farinoſus* muticus niger polline vireſcente, elytris abbreviatis.

Habitat in hortis rarius.

*DESCR. Magnitudo* fere Sc. Horticolæ, totus niger, obtuſus, adſperſus et fere tectus atomis viridibus. *Elytra* abdomine breviora.

400. SCARABÆUS *auratus* muticus auratus, ſegmento abdominis ſecundo lateribus unidentato.

Scarabæus corpore viridi-æneo. *Fn.* 344.

*Hoffn. inſ.* 3. *t.* 6. *f. prior.*

*Bauh. ballon.* 211. *f.* 3. Bupreſtis.

*Worm. muſ. p.* 342. Scarabæus chlorochryſos.

*Merret. pin. p.* 201. Smaragdulus vel Viridulus.

*Friſch. germ. v.* 12. *p.* 25. *t.* 3. *f.* 1. Scarabæus arboreus viridis ſ. Scarabæus auratus dictus.

*Raj.*

*Raj. inſ. p.* 76. *n.* 7. Scarabæus major, corpore breviore, alarum elytris & thoracis tegmine cruſtaceo, colore viridi ſerici inſtar ſplendentibus.

*Smolandis* Guldſmed.

Habitat Larva ſub terra, radicibus plantarum, formicarum acervis, & ubi plantæ congeſtæ in hortis; alatus delectatur Pæoniæ floribus.

401. SCARABÆUS *nobilis* muticus auratus lævis, abdomine poſtice albo punctato.

*Roeſ. inſ.* 2. *ſcar.* 1. *t.* 3. *f.* 3. 4. 5.

Habitat rarius in Suecia.

*DESCR.* Præcedente dimidio minor, totus aurato ſericeus, nec glaber. *Thorax* obovatus. *Abdomen* ad latera & poſtice albo punctata. *Elytra* atomis albis adſperſa.

402. SCARABÆUS *variabilis* muticus ater lævis opacus, elytris albis punctatis.

Habitat rarius in Suecia.

*DESCR.* Simillimus præcedenti, ſed totus ater, niſi quod in elytris puncta aliquot rariora alba, hinc inde occurrentia.

403. SCARABÆUS *rufipes* muticus ater, antennis pallidis, elytris lævibus. *Fn.* 356.

Habitat in ſtercore.

*DESCR.* Eſt e parvis, licet non e minimis. *Totus* ater, glaber; *capitis* clypeo obtuſo. *Antennæ* ſummo apice præſertim rufæ, alias fuſco-pallide, *Pedes* extimis articulis rufo-pallidi. *Elytra* ſtriata, nigra, poſtice obtuſa ſ. inflexa. *Alæ* longæ.

404. SCARABÆUS *aquaticus* muticus piceus, elytris ſtriatis, antennis flaveſcentibus filiformibus. *Fn.* 356.

Habitat in *aqua* & infra aquam cum *Dytiſcis* frequens.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis Oryzæ majoris. *Color* totius niger minus ſaturate, ſubtus vero totus fuſcus; in ſingulo *Elytro* ſtriæ 10 minutiſſimæ.

405. SCARABÆUS *Cervus* maxilloſus: maxillis exſertis apice bifurcatis latereque unifurcatis.

Scarabæus cornibus duobus mobilibus æqualibus apice bifurcis: introrſum ramo denticuliſque inſtructis. *Fn.* 337.

*Mouff. lat. p.* 148. Cervus volans.

*Aldr. inſ. p.* 151. *f.* 1.

*Jonſt. inſ. t.* 14. Scarabæus 2. f. 1. 2.

*Imper. alt. p.* 694. Cervus volans.

*Charl. onom.* 46. Cervus volans platyceros.

*Hoffn. inſ.* 1. *t.* 6. & 2. t. 1.

*Merian.*

*Merian. europ. gall. t.* 168.
*Merret. pin. p.* 201. Scarabæus Cervus volans dictus.
*Wagn. helv. p.* 236. Scarabælaphus.
*Olear. muſ. p.* 27. *t.* 16. *f.* 5. Taurus volans.
*Worm. muſ. p.* 242. Scarabæus cornutus.
*Dal. pharm. p.* 398. Scarabæus cornutus.
*Raj. inſ. p.* 74. *n.* 2. Scarabæus maximus platyceros, Taurus nonnullis, aliis Cervus volans.
*It. oel.* 69. Scarabæus Cervus volans dictus.
*Suecis* Ekoxe, Hornoxe. *Blekingis* Horntroll.

β Scarabæus maxillis lunulatis prominentibus dentatis, thorace inermi. *Fn.* 338. Femina.
*Raj. inſ. p.* 75. *n.* 3. Scarabæus platyceros totus niger, cornibus brevibus unicum tantum ramum emittentibus, corpore oblongo & velut parallelogrammo.
Habitat larva in ligno putrido *Quercus.*

*DESCR.* Feminæ Magnitudo uti maris. *Os* prominens maxillis duabus, lunulatis, nigris, angulatis, prominentibus, a latere interiore duplici denticulo armatis, qui denticuli in utraque maxilla duo ſ. pares, quorum unus inferior, alter ſuperior. *Thorax* lævis, convexus, niger, marginatus, absque ullis elevatis marginibus. *Elytra* lævia, nigro ſubpurpuraſcentia, marginata. *Pedes* ſerrati. Thoracis margines antici & poſtici villis cæſiis inſtructi.

406. SCARABÆUS *tridentatus* maxilloſus depreſſus niger, maxillis dente laterali elevato.
Scarabæus maxillis lunulatis prominentibus dentatis, thorace utrinque tridentato. *It. oel.* 152. *Fn.* 339.
Habitat in *Oelandia.*

*DESCR.* Habet hic multa communia cum præcedente, ſed non omnia. *Os* maxillis lunularibus acutis, ut in præcedente. *Oculi* reniformes. *Caput, thorax, elytra, abdomen* nigro-teſtacea, punctis minimis excavata, etiam ut in præcedenti, ſed pectus magis hirſutum. *Thorax* utrinque tribus validis denticulis armatum. *Antennæ* ut in præcedentibus lateraliter lamellatis. *Præcedenti quadruplo minor.*

407. SCARABÆUS *caraboides* maxilloſus: maxillis lunatis, thorace marginato.
Habitat Upſaliæ. *Loefling.*

*DESCR. Statura* Carabi minoris, cæruleſcenti-niger. *Thorax* marginatus. *Maxillæ* prominentes, lunatæ. *Antennæ* capitulo latere 4-foliato. *Pedes* nigri. *Femora* antica ad baſin macula alba mutilata.

## Dermeſtes.

408. DERMESTES *lardarius* niger, elytris antice cinereis. *Fn.* 360.

*Gæd.*

*Gæd. belg.* 2. *p.* 145. *f.* 4. Dermeſtes.
*Liſt. gœd. p.* 276. *f.* 114.
*Blank. belg. p.* 95. *t.* 11. *f. K, L, M.*
*Raj. inſ. p* 107. *n.* 4. Scarabæus antennis clavatis, clavis in angulos diviſis, quartus.
*Friſc. germ.* 5. *p* 25. *t.* 9. Scarabæus lardi parvus, faſcia transverſali elytrorum nigro-fuſcorum albida.
*Suecis* Ænger.
Habitat in cadaveribus, carnibus, lardo; dilacerat avium exuvias ornithologis inimicum animal. Linteo in lixivio macerato & exſiccato involvuntur res variæ a colonis, ne accedant Dermeſtes, Teniæ &c.

409. DERMESTES *elongatus* niger, elytris baſi faſciaque poſtica lividis, antennis pedibusque ferrugineis.
Habitat Upſaliæ; *Is: Udman.*
*DESCR. Corpus* reliquis congeneribus longius; cylindricum. *Thorax* cum capite longitudine poſterioris corporis. *Caput* antice ſupra ſulco exaratum & quaſi fiſſum. *Thorax* cylindricus, latus. *Elytra* baſi ad $\frac{1}{3}$ livida & faſcia verſus apicem obſolete livida. *Antennæ* clavatæ: clava triarticulata. *Pedes* etiam ferruginei, breviuſculi.

410. DERMESTES *undulatus* niger; elytris faſcia lineari duplici alba undulata. *Fn.* 361.
Habitat *Upſaliæ* rarius.
*DESCR.* Magnitudo, figura, facies primi, ſed elytra duplici linea transverſa alba & undulata notata, quarum altera ab altera valde remota.

411. DERMESTES *Pellio* niger, coleoptris punctis albis binis. *Fn.* 362.
*Friſch. germ. v.* 5. *p.* 22. *t.* 8.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 117. *n.* 11. Dermeſtes niger, elytris puncto albo.
*Suecis* Mahl.
Habitat in *carnibus*, *veſtimentis*, cibis, parietibus, Larva cauda piloſa.
*DESCR. Corpus* ovatum, atrum; punctum album in ſingulo Elytro, ut clauſis elytris duo puncta alba in dorſo appareant. Sunt tamen, ſi probe adſpicias, adhuc 5 alia puncta alba, ſcilicet unum ad ſcutum dorſale, unum utrinque ubi pectus adnectitur elytris, & unum lineare in ſingulo elytro verſus ejus baſin, quæ quinque puncta minima ſunt, & in quibusdam plane abſunt, excepto puncto ſcuti. Venter, pedes & antennæ clavatæ, omnia atra. Tactus, terrefactus, aut ubi periculum videt, contrahit pedes & caput.

412. DERMESTES *pectinicornis* fuſcus, antennis luteis pinnatis.
Habitat

Habitat paſſim in ſylvis.

*DESCR.* Magnitudo vix dupla pediculi. *Corpus* cylindricum, fuſcum ſ. nigricans, non nitidum. *Antennæ* flavæ, utrinque pinnatæ. *Thorax* gibbus. *Tibiæ* pallidæ.

413. DERMESTES *clavicornis* niger, antennis clavatis piloſis.
Habitat in Sylvis & pratis rarius.

*DESCR.* Magnitudo Pulicis, colore nigro. *Elytra* ſulcata punctis. *Antennæ* clavatæ, craſſiores, perfoliatæ, piloſæ, longitudine thoracis & capitis, adeoque ſpecioſiſſimæ.

414. DERMESTES *pertinax* fuſcus, antennis filiformibus.
Caſſida nigra; antennis ſetaceis, corpore teretiuſculo. *Fn.* 384.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 5. Dermeſtes corpore oblongo, elytris ſtriatis, capite clypeato.
Habitat in domibus, ubi veſtimenta conſumit. Mirum animal: cum quis hoc tangat, contrahit caput & pedes, ut caput clypeo muniatur, nec appareat; pedes lepide inflectit, ut femora quaſi truncata conſpiciantur; in hac ecſtaſi diutius commoratur, nec vi aut ulla tortura ad fugam vel motum minimæ fibrillæ adigi poteſt; neque aqua, neque igne, neque corroſivis ſpiritibus, nec ulla re irritari poſſunt nervi, quin hæc omnia perferat, licet moriatur. Solis tamen radios minus fert.

*DESCR.* *Inſectum* teres, oblongum, atrum, opacum. *Antennæ* omnino ſetaceæ (non ut in cæteris clavatæ). *Elytra* oblonga, flexilia, punctis minutiſſimis, excavatis, octo ſtriarum. *Clypeus* ſubrotundus, magis latus quam longus, ſuperne inæqualis margine cruciato prominulo: ad angulos *thoracis* poſticos ſ. laterales ſæpe punctum villis flavum. *Abdomen* nigrum eſt; certo tamen ad lumen ſitu albus omnino adparet.

415. DERMESTES *mollis* teſtaceus, oculis fuſcis, antennis filiformibus.
Habitat rarius ad pagos.

*OBS.* Medius inter Chryſomelas & Dermeſt. pertinacem.

416. DERMESTES *Capucinus* niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuſo.
Habitat in ligno antiquo, quod rodit, inque cariem mutat.

*DESCR.* Major reliquis noſtratibus. *Caput* parvum, anguſtum, baſi retractile ſub & intra thoracem, atrum. *Antennæ* nigræ, ſex articulis & clava tribus articulis, apice truncatis turbinatis. *Thorax* niger, convexus, gibbus, ſcaber & fere muricatus, dorſo retuſus, anticeque emarginatus margine ciliato. *Scutellum* minimum, nigrum. *Elytra* rubra, excavato-punctata & fere rugoſa. *Abdominis* 4 ſegmenta poſtica rubra. *Pedes* nigri.

417. DERMESTES *Calcographus* ater, elytris præmorſo-dentatis rufis: lateribus baſique nigricantibus.
Habitat in truncis arborum.
*DESCR.* Simillimus Derm. micographo. *Antennæ* teſtaceæ. *Corpus* glabrum. *Elytra* præmorſo-dentata, rufa, ſed baſi & lateribus nigra.

418. DERMESTES *Typographus* teſtaceus piloſus, elytris ſtriatis retuſis præmorſo-dentatis. *It. oel.* 26. 195. *Fn.* 366.
*Raj. inſ. p.* 100. *n.* 10. Scarabæus antennis clavatis x.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 6. Dermeſtes pubeſcens, elytris apice eroſis.
Habitat in truncis *Pini*, inter corticem & lignum, ubi labyrinthos vagas format & characteres, pulveremque ſ. farinam producit.
*OBS.* *Antennæ* clavatæ nec perfoliatæ, nec fiſſiles, ſed apice ovato ſolido compreſſo. *Elytra* ſtriata, poſtice retuſa: marginato tridentato.

419. DERMESTES *Micographus* teſtaceus glaber, elytris apice villoſis obtuſis.
Habitat in *cadaveribus*, edit etiam inſecta.
*DESCR.* *Corpus* teres, magnitudine pediculi majoris, totum teſtaceum, glabrum; *Elytra* verſus apicem pilis longis adſperſa.

420. DERMESTES *Poligraphus* teſtaceus piloſus, elytris glaucis obtuſiuſculis.
Habitat ſub Arborum emortuarum cortice, efformans plateas pinnatas.
*DESCR.* Minor Derm. micographo, cylindricus. *Elytris* non ſtriatis, magis glaucis, poſtice obtuſis, vix rufis.

421. DERMESTES *Piniperda* niger ſubvilloſus, elytris piceis integris, plantis rufis.
Habitat intra *Pini ſylveſtris* ramulos inferiores, quos exſiccat & cadere facit, Hortulani naturæ famulus; ramulum præcedentis anni intravit, inque eo latitat infra partem aridam.
*DESCR.* *Magnitudo* Derm. Typographi, totus niger. *Elytra* ſtriata, ſubvilloſa, non retuſa. *Plantæ* pedum ſolæ ferrugineæ.

422. DERMESTES *violaceus* nigro-cæruleſcens, thorace villoſo. *Fn* 373.
Habitat paſſim in Suecia
*DESCR.* Magnitudo ſeminis Oryzæ; totus *ſupra* cæruleus, *ſubtus* nigricans. *Thorax* piloſus.

423. DERMESTES *feneſtralis* caſtaneus, capite nigricante, thorace fuſco.

Chryſo-

Chryſomela fuſca; capite nigricante. *Fn.* 443.
Habitat in *feneſtris* vere.

*DESCR.* *Corpus* totum pulice minus eſt, oblongum, nec obtuſis elytris. *pedes* pallidiores ipſo corpore. *Color* corporis totius e nigro caſtaneus; excepto *capite* nigricante.

424. DERMESTES *domeſticus* niger, elytris griſeis margine nigris thorace villoſo. *Fn.* 368.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 7. Dermeſtes cylindraceus; collari craſſo ſubhirſuto; elytris teſtaceis.
Habitat in varia *Suppellectili* & in domibus.

*DESCR.* *Corpus* parvum, cylindraceum. *Pectus* craſſum, ſubrotundum, nigrum, ſubhirſutum. *Elytra* oblonga, apice obtuſa, teſtacea, margine circumcirca nigra. *Alæ* fuſco-albæ, *Abdomen* & *pedes* nigri. *Antennæ* rufeſcentes. clauſis Elytris videntur *Coleoptra* griſea, ſutura nigra, marginibus lateralibus verſus ventrem nigris; regio ani ſupra elytra nigra. *Magnitudo* majoris pediculi. Tactus ſe contrahit, nec ſeſe movet.

425. DERMESTES *melanocephalus* niger ovatus glaber, elytris griſeis. *Fn.* 369.
Habitat paſſim inter *quisquilias.*

*DESCR.* Totum corpus non ſuperat pulicem. *Facies* omnino Scarabæi, ſed antennæ horizontaliter perfoliatæ; totum *corpus* alis, thorace, capite, antennis atrum, glabrum, ſola *Elytra* caſtanei coloris ſunt. *Silphis* affinis.

426. DERMESTES *murinus* tomentoſus oblongus fuſco cinereoque nebuloſus, ſcutello luteo. *Fn.* 365.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 9. Dermeſtes oblongus elytris murinis vix ſtriatis.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 34. *t.* 18. Scarabæus erucæ pinguis nigræ glabræ.
Habitat in *cadaveribus*, *carnibus* & lignis putridis.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, convexum, murini coloris, cinereum ſ. potius nigrum incano maculatum, læve, non ſtriatum. Superficies (lente viſa) hirſuta. *Scutellum* dorſi flaveſcens. *Pectus* & abdomen ſubtus alba. *Antennæ* compreſſæ, perfoliatæ. *Caput* non retrahit, ſed pectore prominet incurvato capite. *Datur* alia duplo major, magis nigricans: an Fæmina? complicat pedes miro artificio; complicatus ovatus eſt.

427. DERMESTES *Pilula* tomentoſus ovatus fuſco-nebuloſus.
Mordella ſubrotunda, colore murino. *Fn.* 536.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 2. Mordella colore murino.
Habitat in hortis inter ſata, & ſub Lapidibus.

*DESCR.* Magnitudo dimidii piſi ſ. Coccionellæ, ejusdemque figura; ſed colore omnino murino ſ. e nigro fuſco; *Thorax* glaber, nitidior. *Elytra* vix manifeſte ſtriata; ſaltat pedibus.

428. DERMESTES *Scarabæoides* ovatus ater glaber, elytris maculis duabus obſolete ferrugineis.
Habitat in Floribus.
*DESCR.* Magnitudo Sem. oryzæ, facie Scarabæi, niger, glaber, agilis: in *Elytris* macula ferruginea in apice & baſi.

429. DERMESTES *Scrophulariæ* tomentoſus maculatus, ſutura elytrorum rubra.
Coccinella villoſa, coleopterorum margine inflexo, ſuturis rubris. *Fn.* 412.
*Raj. inſ. p.* 85. *n.* 37. Scarabæus parvus, corpore ſubrotundo, collo oblongo, alarum elytris nigris binis punctis albicantibus notatis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 3. Gyrinus nigricans major.
Habitat frequens in *Scrophularia* 520.
*DESCR. Raji* deſcriptio optima eſt. *Abdomen* album. *Corpus* ovatum. *Thorax* latus, convexus. *Elytra* nigricantia, albedine adſperſa. Sutura elytrorum tam inter ſe, quam illa cum thorace, rubra. *Antennæ* clavatæ, integræ, nec fiſſæ. Hæc & inſequens a reliquis facie tota recedunt, cum quaſi hirſutæ ſint, nec margine elytrorum conſpicuo aut reflexo notentur.

430. DERMESTES *muſeorum* tomentoſus maculatus, elytris puncto albo.
Coccinella villoſa, coleopterorum margine inflexo, thoracis macula baſeos utrinque alba. *Fn.* 411.
Habitat in muſeis, quæ deſtruit, teſte D. De Geer.
*DESCR.* Præcedenti adeo ſimilis eſt, ut pro eadem facile haberi queat, licet triplo minor. *Tota* nigra eſt, ex punctis vix conſpicuis, fuſcis & albis nebuloſa facta. *Thorax* utrinque verſus Baſin maculam albam fert, & duo puncta alba majora in medio elytrorum, in ſingulo unicum; ſubtus tota albicat. Thorax, caput & antennæ nigra.

431. DERMESTES *paniceus* ferrugineus, oculis rufis.
Habitat in Pane.
*DESCR.* Similis ſequenti, ſed oculi rufi & thorax latior.

432. DERMESTES *ſtercoreus* oblongus glaber teſtaceus, oculis nigris. *Fn.* 375.
Habitat in *ſtercore equino*, primo vere frequens; & in floribus Sorbi.
*DESCR.* *Corpus* magnitudine pediculi, glabrum; teſtaceum colore ligni pilis tectum; vix niſi oculo armato conſpicuis.

433. DERMESTES *ferrugineus* oblongus ſemicylindricus, elytris abbreviatis.
Habitat Upſaliæ; D. *Prof. Forſkåhl.*

*DESCR.* Magnitudine oryzæ, totus lævis, *Elytris* abbreviatis. *Thorax* quadratus; *caput* magis obſcurum.

434. DERMESTES *pedicularius* oblongus teſtaceus, Elytris abbreviatis.
Chryſomela dilute teſtacea, hemiptera. *Fn.* 411.
Habitat in *floribus* maxima ſæpe in copia.
*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Corpus* oblongum, læve. *Antennæ* parum clavatæ. *Elytra* non ſtriata ſed truncata, abdominis duobus articulis breviora.

435. DERMESTES *pulicarius* oblongus niger, elytris abbreviatis, abdomine acuto. *Fn.* 370.
*Act. upſ.* 1636. *p.* 16. *n.* 7. Scarabæus minimus ater florilegus.
*Raj. inſ. p.* 108. Scarabæus antennis clavatis, clavis in annulos diviſis.
Habitat copioſe in floribus, facile volitans, agile currens.
*DESCR.* *Corpus* oblongo-ovatum, atrum, magnitudine majoris pediculi. *Abdomen* planum, apice acuminatum, elytris longius. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *Alæ* albæ.

436 DERMESTES *pſyllius* ovatus niger, abdomine obtuſo, thorace elytriſque marginatis.
Habitat in Floribus.
*DESCR.* Magnitudo Derm. pulicaris ſed ovatus, obtuſus, ater, lævis. *Thorax* & *Elytra* valde marginata, & *Antennæ* clavatæ, licet horizontaliter fiſſiles, fere Scarabæi.

437. DERMESTES *Scanicus* fuſcus, thorace ſubteſtaceo.
Habitat in *Scania* D. Leche.
*DESCR.* Magnitudo fere pediculi. *Corpus* totum fuſcum. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *Thorax* & elytrorum baſis obſcure teſtacea.

438. DERMESTES *colon* thoracis lateribus flavis, elytris griſeis puncto nigro.
Habitat in Quiſquiliis.
*DESCR.* *Corpus* ovatum. *Caput* nigrum. *Thorax* fuſcus lateribus flavis. *Elytra* obſcure teſtacea ſ. griſea cum puncto nigro, in medio, verſus marginem inferiorem.

439. DERMESTES *niger* oblongus piloſus niger, elytris molliuſculis.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* Magnitudine D. piniperdæ, ſed totus ater, elongatus, glaber; licet thorax & elytrorum apices pilis erectis adſperſi.

HISTER.

# Hiſter.

440. HISTER *unicolor* totus ater, elytris ſubſtriatis.
Coccinella atra glabra; elytris abdomine brevioribus margine inflexis. *Fn.* 410.
*Act. upſ.* 1736. *n.* 10. Dermeſtes ſubrotundus ater nitidus; elytris brevibus.
Habitat in *terra*, arena; ſtercore equino paſſim.
*DESCR.* *Corpus* quadratum, atrum, nitidum, glaberrimum. *Elytra* abdomine breviora, parum truncata, glaberrima, integerrima, ſtriis aliquot vix manifeſtis. *Thorax* lævis, non ſtriatus, ſed linea excavata ambiente notatus *Caput* omnium minimum, quod, terrefacta, totum intra thoracem retrahit, ac ſi decollata eſſet, nec, ut caput exſerat, ullo tormento adigitur. *Os* forcipatum dentibus duobus acutis. *Antennæ* clavatæ, integræ. Poſteriora abdominis truncata, glabra, elytris paulo longiora, obtuſiſſima; variat magnitudine.

441. HISTER *pygmæus* totus ater, elytris lævisſimis.
Habitat in Sabuloſis.
*DESCR.* minor eſt Semine oryzæ, & Elytra minime ſtriata ſunt, quo a priori decuplo majore differt.

442. HISTER *bimaculatus* ater, elytris poſtice rubris.
Habitat in viis.
*DESCR.* Macula ſubovata fuſco-ferruginea ad latera poſtica elytrorum. Magnitudo ſeminis oryzæ.

443. HISTER 4-*maculatus* ater, elytris bimaculatis.
Habitat in Terreſtribus ſtercoratis.
*DESCR.* Major eſt primo. Macula magna ferruginea ſublunata in ſingulis elytris, at in quibusdam eſt macula rubra inæqualis verſus baſin Elytri & alia rubra lunata verſus apicem elytri.

# Silpha.

444. SILPHA *veſpillo* oblonga atra, clypeo orbiculato inæquali, elytris faſcia duplici ferruginea.
Scarabæus clypeo marginato, elytris nigris: faſciis duabus transverſis rubris. *Fn.* 349.
*Mouff. lat. p.* 149. *lin.* 7. *f.* 3. *ordine perpendic.* & *app. tab. ult.* Cantharus tertius.
*Imper. alt.* 692. *t.* 2. *f.* 2. Cantharis faſciata.
*Liſt. mut.* 117. *f.* 5.
*loqu. p.* 381. *n.* 2. Scarabæus majuſculus niger, duabus luteis faſciis undulatis transverſim ductis ſupra alarum thecas.
*Blank. belg. p.* 168. *t.* 14. *f.* 1.



*Friſch.*

*Friſch. germ.* 12. *p.* 28. *t.* 2. *f.* 2. Scarabæus moſchi odore.
*Raj. inſ. p.* 106. Scarabæus fœtidus 1 aldrovandi.
Habitat ad cadavera, quæ defodit.

445. SILPHA *bipuſtulata* oblonga nigra, elytris ſingulis puncto unico rubro.
Dermeſtes niger, coleoptris punctis: rubris binis. *Fn.* 363.
*Act. upſ.* 1736. *p*, 17. *n.* 12. Dermeſtes niger, elytris puncto rubro.
Habitat in *Lardo* ſimilibusque.

446. SILPHA *quadripuſtulata* oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis.
Dermeſtes niger, coleoptris punctis rubris quaternis. *Fn.* 364.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 36. *t.* 19. Scarabæus parvus luteo maculatus erucæ lanigeræ.
Habitat in arboribus, reperitur etiam in feneſtris.

*DESCR. Corpus* oblongum, nigrum totum; in ſingulo *Elytro* puncta duo longitudinalia, cubica ſ. quadrata, rubra, ita ut conniventibus elytris quatuor hæc puncta in figuram quadratam diſpoſita ſint.

447. SILPHA *Seminulum* ovata atra nitida immaculata, abdomine rubro.
Habitat in lignis putridis, imprimis Abietis.
*Tacta ſe contrahit in figuram globoſam. Minima eſt & glaberrima.*

448. SILPHA *agaricina* ovata atra glaberrima hemiptera.
Habitat in *Agaricis*, celerrime currit.

*DESCR. Corpus* aterrimum, facie Dytiſci, magnitudine ſem. Aquilegiæ. *Abdomen* acutum. *Elytra* abdomine breviora. *Antennæ* anguiſſimæ. *Pedes* pallidi.

449. SILPHA *ruſſica* oblonga rufa, antennis elytris pectoreque nigris.
Habitat in Finlandia.

*DESCR.* Rubra eſt, ſed *Elytra* ſtriata, glabra, uti oculi, *antennæ & pectus* ſubtus cæruleo-nigra.

450. SILPHA *litteralis* atra, elytris lævibus: lineis elevatis tribus, clypeo orbiculato nitido.
Caſſida atra; elytris lineis tribus elevatis; antennis antice teſtaceis. *Fn.* 380.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 12. *t.* 5. Scarabæus campeſtris.
Habitat *Aboæ* D. Starck, & *Lundini* D. D. Leche.

*DESCR.*

*DESCR.* *Tota* nigra. in ſingulo *Elytro* ſtriæ tres longitudinales, elevatæ, quarum extima major. *antennarum* tres extimi articuli ferruginei.

451. SILPHA *atrata* atra, elytris ſubpunctatis: lineis elevatis tribus lævibus, clypeo antice integro.
Caſſida nigra; elytris lineis tribus elevatis, lævibus ſpatio interjecto punctato; clypeo antice integro. *Fn.* 385.
Habitat in *ſylvis.*

*DESCR.* *Clypeus* parum convexus, antice minime truncatus, ſed rotundatus; in ſingulo *Elytro* ſtriæ tres, æquales, elevatæ, minime dentatæ, præter marginis ſtriam, quæ major prominet. *Totum* animal ſupra minutiſſimis excavatis punctis adſperſum, atrum, depreſſum.

452. SILPHA *thoracica* nigra, elytris obſcuris: linea elevata unica, clypeo retuſo teſtaceo.
Caſſida nigra; clypeo ferrugineo; elytris linea elevata. *Fn.* 386.
*Raj. inſ.* 90. Scarabæus priori ſimilis parum canaliculatus, ſcapulis croceis.
Habitat *Upſaliæ.*

*DESCR.* Reliquis ſimillima, tota atra, ſed *clypeus* antice truncatus, ferrugineus, pilis luteis. *Elytra* atra in ſingulo ſtria unica, elevata, acuta, ſemel interrupta.

453. SILPHA *quadripunctata* nigra, elytris pallidis: puncto baſeos medioque nigro, thorace emarginato.
*Pet. gaz. t.* 12. *f.* 2.
*Schreber. inſ.* 2. *f.* 5. Silpha quadripunctata nigra, elytris exalbidis: maculis quatuor nigris.
Habitat in Germania, D. Schreber, in Suecia. J. Åman.

*DESCR.* Magnitudo Silphæ thoracicæ. *Corpus* nigrum, *thoracis* latera teſtacea. *Elytra* ſingula puncto nigro majuſculo in baſi & alio in medio diſci.

454. SILPHA *opaca* fuſca, elytris concoloribus: lineis elevatis ſubternis, thorace antice truncato.
Caſſida nigra, elytris ſtriis quinis utrinque lævibus; clypeo emarginato. *Fn.* 383.
Habitat in *Drottningholm.* B. Kallenberg.

*DESCR.* Convenit omnino cum S. thoracica in omnibus; differt tantum ſtriis *Elytrorum* lævibus, elevatis, acutis, minime dentatis: reliqua ut in præcedenti omnia.

455. SILPHA *rugoſa* nigricans, elytris rugoſis: lineis elevatis

 tribus,

tribus, thorace emarginato.

Caſſida atra; elytris ſtriis quinque punctisque elevatis. *Fn.* 379.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 3. Dermeſtes niger, punctis elevatis; collari cæſio.

*Raj. inſ. p* 90. *n.* 9. Scarabæus inter cadavera frequens depreſſus parum canaliculatus undique niger.

Habitat in caſis *Lapponum*, & in *cadaveribus* ubique. Devaſtat apud Lappones eorum pelles & carnes, cumque is habitat communiter in ſtragulis. Conſumit cum Blatta Lapponica piſces dum exſiccantur, brevi tempore ſæpe omnes; apud nos circa cadavera frequens.

*DESCR. Corpus* ovale, parum oblongum. *Caput* ante clypeum exſertum. *Clypeus* convexus, latus, antice truncatus, margine prominulus, ſuperficie in aliis glabra atra; in aliis pubeſcente lanugine cæſia & punctis prominulis duris tuberculata. *Elytra* ſtriis quinque, elevatis, longitudinalibus (numeratis incluſive ſtriis lateralibus, ſine quibus ſtriæ modo tres), inter ſingulas ordo longitudinalis punctorum elevatorum. *Alæ* nigricantes, ut & totum *Corpus* atrum (excepto in quibusdam cæſio clypeo aut capite), opacum minimeque nitidum. *Antennæ* clavatæ: articulo ultimo ſubrotundo, penultimo lenticulari, antepenultimo conico verticali. *Larva* glabra, ovato-oblonga, conſtans inciſuris duodecim excepto capite & cauda; tota atra eſt; caput parvum.

456. SILPHA *ſabuloſa* fuſca, elytris lineis elevatis tribus utrinque dentatis, thorace ſubemarginato.

Caſſida nigra; elytris ſtriis quinque utrinque dentatis; clypeo emarginato. *Fn.* 382.

*Act. upſ.* 1736 *p.* 17. Caſſida nigra, clypeo emarginato, elytris punctatis.

Habitat communiter in ſabulo & terra ſicca, edit cadavera.

*DESCR. Corpus* nigrum, minime nitidum, ſed fere cinereo-ſordidum. *Caput* maxima ex parte ſub clypeo latet: *antennæ* clavatæ: *clypeus* antice emarginatus. *Elytra* gaudent ſtriis quinque (incluſive cum marginalibus,) elevatis, obſolete verſus latera denticulatis, punctata enim non ſunt, ſed quaſi tubercula ſ. puncta elevata ſtriis adnata.

457. SILPHA *obſcura* elytris punctatis: lineis elevatis tribus, clypeo truncato.

Habitat in quiſquiliis.

*DESCR. Corpus* mediæ magnitudinis, atrum. *Elytra* punctis excavatis tecta: lineisque tribus elevatis obſoletis. *Thorax* antice truncatus, nec emarginatus, poſticeque ſubrotundatus.

458. SILPHA *ferruginea* elytris lineis elevatis ſenis, thorace emarginato.

Caſſida

Caſſida ferruginea; elytris punctis excavatis, ſtriisque elevatis alternis. *Fn.* 387.
Habitat in *Roſlagia.*

*DESCR.* Mediæ magnitudinis; margo thoracis coleopterorum pallidior. *Elytra* ſtriata & inter ſtrias punctata.

459. SILPHA *groſſa* nigra, elytris confertim punctatis: lineis elevatis tribus, thorace emarginato.
Habitat in quiſquiliis.

*DESCR.* *Corpus* ſimillimum Silphæ obſcuræ, ſed duplo majus. *Thorax* poſtice fere truncatus, antice valde emarginatus. *Elytra* ſtriis tribus elevatis & inter ſtrias confertim excavato-punctata.

460. SILPHA *oblonga* nigra, elytris ſtriis punctatis: lineis elevatis ſenis, thorace emarginato.
Caſſida atra; elytris ſtriis decem elevatis: punctis excavatis ſtriatis. *Fn.* 381.
Habitat interdum in plantarum acervis.

*DESCR.* Antecedenti minor, anguſtior, tota atra, glabra. Antennarum clypeique ſtructura ut in præcedenti. *Elytra* ſingula ſtriis elevatis decem, quas ſingulas punctorum excavatorum ordo diſtinguit.

461. SILPHA *aquatica* cinerea, elytris ſubſtriatis, thorace emarginato longitudinaliter rugoſo vireſcente.
Habitat ad Aquas.

*DESCR.* *Corpus* oblongiuſculum, fuſco cinereum, magnitudine Cimicis. *Thorax* antice truncatus, rugoſus. *Elytra* ſtriata.

462. SILPHA *colon* nigra, elytris ferrugineo-variis, thorace emarginato: tergo duplici puncto impreſſo.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* Cimice minus. *Thorax* vix emarginatus. *Elytra* ad apicem ſubteſtacea & pallidiora.

463. SILPHA *depreſſa* ferruginea, elytris lævibus, thorace emarginato.
Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* *Corpus* ferrugineum, magnitudine cimicis; *Elytra* non ſtriata.

464. SILPHA *griſea* griſea, elytris lævibus, thorace emarginato.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine fere Cimicis, griſeum & quaſi ex pallido & teſtaceo reticulatum.

465. SILPHA *æſtiva* teſtacea tomentoſa, thorace emarginato, oculis nigris.
Habitat in Quisquiliis.

*DESCR. Corpus* magnitudine pediculi, læve, glabrum, flavum.

466. SILPHA *pedicularia* nigra, elytris levibus, thorace marginato
Habitat in Quiſquiliis.

*DESCR. Corpus* magnitudine Pulicis, atrum, glabrum. *Thorax* vix emarginatus.

## Caſſida.

467. CASSIDA *viridis* viridis. *It. oel.* 153. *Fn.* 377.
*Act. upſ* 1736 *p.* 17. *n.* 1. Caſſida viridis, corpore nigro.
*Volkam heſperid. v* 1 *p.* 166. *f.* 4. *bona.*
*Raj. inſ. p.* 107. *n.* 5. Scarabæus antennis clavatis, clavis in annulos diviſis.
*Reaum. gall. v.* 3. *t.* 18. *f.* 15-19.
*Blank. belg.* 89. *t.* 11. *f. F.* Teſtudo viridis.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 94. *t.* 43. Teſtudo viridis.
*Liſt. gœd.* 286. *t.* 116.
*Merian. eur. t.* 115.
*Friſch germ.* 13 *p.* 35. *t.* 29. Coccionella clypeata viridis.
Habitat in hortis in *Lycopo*, *Mentha* & aliis, ubi larva tecta incedit proprio ſtercore.

*DESCR. Corpus* ovale, ſuperne convexum, inferne planum: convexa ſuperficies conſtat elytris & clypeo viridibus, lævibus & æqualibus, ac ſi ex unica conſtarent cruſta, ſutura lamboidea diviſa. *Abdomen* totum nigrum & *caput* totum ſub clypeo reconditum. *Antennæ* filiformi-clavatæ, pallidæ, ſuperne fuſcæ. *Pedes* pallidi. *Elytra* ad latera marginem prominulum exſerunt & cum clypeo ſimul totum corpus tegunt, ut ne veſtigium corporis.

468. CASSIDA *nebuloſa* pallido-nebuloſa.
Caſſida nebuloſa pallida ovalis; clypeo caput tegente integro. *Fn.* 377.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 96 *t.* 44.
*Liſt. gœd.* 287. *t.* 117.
*mut. t.* 17. *f.* 10.
*Raj. inſ. p.* 88. *n.* 13. Scarabæus minor, ſordide fulvus, punctis & maculis aliquot nigris temere ſparſis notatus.
Habitat in hortis inter plantas oleraceas. e. g. *Meliſſa.*

DESCR.

*DESCR.* admodum ſimilis eſt primæ. Eſt enim dimidio minor, colore griſeus, punctis inæqualibus nigris adſperſa & inde nebuloſa. *Clypeus* lunam refert, antice minime emarginatus, totus lævis, nec maculatus, ſed pallidus. *Elytra* rugoſa punctis excavatis ſtriata, ſtriis curvis & flexuoſis. *Corpus* nigrum, totum clypeo & elytris abſconditum. *Antennæ* nigræ, filiformi-clavatæ; margo coleoptrorum, in hac, prominet ut in præcedenti.

469. CASSIDA *nobilis* griſea, elytris linea cærulea nitidiſſima. Habitat in Hortis.

*DESCR.* *Capitis* clypeus integer. *Antennæ* ſubclavatæ, nigræ, baſi pallidæ. *Corpus* ſupra pallide griſeum, ſubtus nigrum. Linea cærulea nitidiſſima in ſingulo *elytro* juxta ſuturam longitudinalem, quæ evaneſcit cum vita.

# Coccinella.

470. COCCINELLA *unipunctata*, coleoptris flaveſcentibus: puncto communi nigro.
Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Corpus* nigrum cum capite & thorace. *Elytra* pallida cum puncto communi in medio ſuturæ. *Antennæ* nigræ. *Thoracis* margines laterales lateſcentes. *Magnitudo* dupla pediculi. *Pedes* ferruginei.

471. COCCINELLA *bipunctata* coleoptris rubris: punctis nigris duobus. *Fn.* 388.
*Merian. europ.* 3. *p.* 58. *t.* 35. *f. infima. ſ. p.* 69. *t.* 136.
*Liſt. loqu. p.* 383. *n.* 8. Scarabæus alter niger exiguus, pennarum cruſtis miniatulis, in quibus mediis duæ tantum maculæ nigræ.
*Raj. inſ. p.* 86. *n.* 2. Scarabæus hæmiſphæricus minor; elytris e flavo rubentibus, ſingulis maculis ſ. punctis nigris media parte notatis.
*Petiv. gaz. p.* 34. *t.* 21. *f.* 4. Coccionella anglica bimaculata ſ. minor rubra.
*Bradl. natur. t.* 27. *f.* 4.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 33. *t.* 16. *f.* 4. Coccinella ſecundæ magnitudinis, punctis coleoptrorum duobus.
Habitat in *Alno*, ubi aphides devorat Larva.

*DESCR.* Abdomen, antennæ, pedes & omnia terram ſpectantia; nigra. *Thorax* niger macula laterali alba: *puncta* duo alba minima ad baſin Thoracis & totidem ſimilia ad antennarum inſertionem. *Elytra* rubra puncto, in utriusque medio, nigro.

472. COCCINELLA *tripunctata* coleoptris rubris: punctis nigris tribus.
Habitat in Plantis.

*DESCR. Corpus* præcedente paulo minus. *Thorax* ater macula alba ad utrumque latus. *Elytra* rubra cum puncto communi verſus baſin & ſolitariis verſus apicem. *Caput* ſuperius punctis duobus minimis albis.

473. COCCINELLA *hebræa* coleoptris luteis: maculis nigris ſex longitudinalibus..
Habitat apud nos rarius.

*DESCR. Corpus* pleriſque noſtratibus majus. *Caput* nigrum punctis duobus albis. *Thorax* niger, albido variegatus. *Elytra* lutea, margine nigra, picta lineis nigris tribus, longitudinalibus, latiuſculis, quarum extima longior ad baſin incurvata, in punctum deſinens majuſculum.

474. COCCINELLA *quinquepunctata* coleoptris ſanguineis: punctis nigris quinque. *Fn.* 392.
Habitat in agris inter ſegetes, & in Pruno ſpinoſa.

*DESCR.* Magnitudo minor, in ſingulo elytro (excepta macula baſeos nigro-alba,) duo puncta, quorum quod in medio majus, quod verſus apicem minus. *Thorax* niger, utrinque albus. *Frons* duobus punctis albis.

475. COCCINELLA *trifaſciata* coleoptris rubris: faſciis nigris tribus. *Fn.* 390.
*Raj. inſ.* 87. *n.* 9. Scarabæus hæmiſphæricus minor, elytris ex albo liventibus: lineolis nigris in medio dorſo pictis.
Habitat in *Lapponiæ* deſertis.

*DESCR. Thorax* niger lateribus albis: puncta duo alba ad antennarum exortum. *Elytra* rubra lineis tribus transverſis latiuſculis obtuſis nigris, quarum quæ pectori proxima ambo elytra conjungit; duæ autem reliquæ poſteriores ad marginem interiorem elytrorum non extenduntur, hinc abruptæ in medio dorſo.

476. COCCINELLA *hieroglyphica* coleoptris luteis: maculis nigris duabus longitudinalibus ſinuatis.
Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* maxime affinis eſt Cocc: decempuſtulatæ.

477. COCCINELLA *ſeptempunctata* coleoptris rubris: punctis ſeptem nigris.
*Hollar. inſ. t.* 7. *f.* 8.
*Alb. inſ. t.* 61. *f.* C.
*Gæd. belg.* 2. *p.* 58. *t.* 18.
*Liſt. gæd. p.* 268. *f.* 112.
*mut. t.* 17. *f.* 2.
*Mer. europ.* 2. *p.* 24. *t.* 11. *f. p.* 76. *t.* 149.

*Petiv.*

*Petiv. gaz. p.* 83. *t.* 21. *f.* 3. Cochinella anglica vulgatiſſima ſ. rubra, ſeptem nigris maculis punctata.
*Raj. inſ.* 86 *n.* 1. Scarabæus ſubrotundus ſ. hæmiſphæricus rubens major vulgatiſſimus.
*Friſch. germ.* 4 *p.* 1. *t.* 1. *f.* 4. Coccionella major.
*Suecis* Åkerhôns, Nyckelpiga, Jungfru Mariæ Hôna.
Habitat in ſepibus & agris vulgatiſſima, aphides devaſtans.

DESCR. *Caput* nigrum: fronte punctis duobus albis. *Thorax* niger, utrinque ad latera albus. *Elytra* rubra, in ſingulo puncta tria nigra æqualiter remota; at ad baſin elytrorum punctum utraque elytra conjungens nigrum antice album. *Antennæ* minimæ, clavatæ. Animal ſubtus atrum. *Larva* cinerea: maculis nigris & albis adſperſa. *Puppa* lutea, maculis nigris & quaſi deuſta, ano adfixa.

478. COCCINELLA *novempunctata* coleoptris rubris: punctis nigris novem.
Habitat in Plantis.

DESCR. *Caput* punctis duobus albis in fronte. *Thorax* niger maculis ſolitariis lateralibus albis. *Elytra* ſingula punctis nigris duorum parium, & communi baſeos nigra, antice alba.

479. COCCINELLA *decempunctata* coleoptris fulvis: punctis nigris decem.
Habitat in Plantis.

DESCR. *Caput* nigrum macula alba frontis tridentata. *Thorax* maculis quatuor albidis. *Elytra* fulva margine exteriore flavo, notata puncto nigro ad baſin, tribusque transverſim poſitis in medio, & minimo ad apicem elytri. *Pedes* pallidi.

480. COCCINELLA *undecimpunctata* coleoptris rubris: punctis nigris undecim. *Fn.* 394.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 2. Coccinella punctis undecim.
Habitat in ſepibus.

DESCR. Inter minimas hujus generis ſpecies hæc eſt. Puncta in ſingulo elytro quinque parva, ſextum majus eſt ſeſe extendens ad utrumque elytron. *Thorax* niger punctis duobus albis.

481. COCCINELLA *tredecimpunctata* coleoptris luteis: punctis nigris tredecim. *Fn.* 395.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 3. Coccinella punctis duodecim.
Habitat in Armoracia.

DESCR. *Corpus* magnitudine inter maximas & minimas medium. *Thorax* niger lateribus utrinque albis cum puncto nigro. *Elytra* lutea: puncta in ſingulis ſex nigra, quorum duo in medio elytri fere contigua; unicum punctum nigrum ad baſin elytri connectit utramque cruſtam, adeoque impar eſt. *Abdomen* ad latera luteum. Antennæ & os at Tibiæ luteæ. *Femora* nigra.

482. COCCINELLA *quatuordecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris quatuordecim: quibuſdam contiguis. *Fn.* 396.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

*DESCR.* eſt inter parvas ſui generis. Elytra flava, quorum in ſingulo puncta duo paria oblonga, diſtincta ſutura longitudinali nigra, cum qua una in ſinguli elytri medio connata quadrangularis, dein alia connata cum oppoſita in formam trianguli: punctum terminale elytri etiam adnexum ſuturæ longitudinali. *Thorax* a tergo poſtice tectus macula magna nigra antrorſum tetraloba.

483. COCCINELLA *ſedecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris ſedecim: tribus infimis connexis.

Habitat Calmariæ. *Ad. Modeer.*

*DESCR.* Minor eſt reliquis noſtratibus. *Thorax* flavus: punctis 3 utrinque connexis. *Elytra* flava: punctis 5 longitudinaliter prope ſuturam dorſalem diſpoſita, rotunda; & 5 intra marginem inferiorem; quorum omnia, excepto primo, connexa. Sed dubium utrum hæc puncta connexa ſint numeranda tria aut quatuor. *Femora* nigra. *Tibiæ* flavæ.

484. COCCINELLA *ocellata* coleoptris luteis: punctis quindecim nigris ocellatis. *Fn.* 398.

Habitat in Horto Academico rarius.

*DESCR.* Eſt inter majuſculas ſui generis. *Caput* nigrum punctis duobus in fronte. *Thorax* niger, utrinque albus, puncto nigro, ut in plerisque; in ſingulo *Elytro* anterius punctum 1, dein 3, iterum tria, poſtice nullum. his duplicatis (in binis ſcil. elytris) faciunt 14, adde unicum nigrum utrumque elytron tangens ad baſin elytrorum; puncta omnia nigra annulo albo. *Abdomen* & pedes nigri; in aliis ad apicem in ſingulo elytro lineola longitudinalis nigra.

485. COCCINELLA *novendecimpunctata* coleoptris flavis: punctis nigris novendecim.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Corpus* parvum. *Thorax* flavus punctis 6 nigris, quorum duo poſteriora. *Elytra* flava, ſingula punctis 9 nigris, & unico communi ad baſin. *Pedes flavi.*

486. COCCINELLA 22-*punctata* coleoptris flavis: punctis nigris viginti duobus. *Fn.* 401.

Habitat in ſepibus.

*DESCR.* Inter ſpecies minores numerari poteſt. *Elytra* ſingula flava punctis novem nigris diſtantibus, præter duo vix conſpicua obſoleta. *Thorax* notatur maculis ſeptem, quarum infima reliquis major, duæ autem primæ, ad antennas, minimæ. *Subtus* inſpecta obſervatur margo coleopterorum prominens cum puncto nigro in medio utrinque. *Abdomen*, ut in reliquis, nigrum eſt.

487. COCCINELLA *24-punctata* coleoptris rubris: punctis nigris viginti quatuor. *Fn.* 402.

Habitat in *Scania* D. Leche.

*DESCR.* Inter minimas noſtras numeranda. In ſingulo *Elytro* puncta duo diſtincta; deinde 4, quorum intermedia coalita; tum 3 coalita omnia, hinc quaſi faſcia; demum 2 puncta minora diſtincta.

488. COCCINELLA *25-punctata* coleoptris rubris: punctis nigris vigintiquinque.

Habitat in Plantis.

*DESCR. Thorax* ruber puncto uno nigro. *Elytra* punctis nigris 12, præter primum commune. *Antennæ & pedes* rubri.

489. COCCINELLA *conglobata* coleoptris rubris: punctis nigris plurimis ſubcontiguis.

Coccinella coleopteris rubris; punctis plurimis nigris, quibusdam connexis ſutura longitudinali nigra. *Fn.* 403.

*Friſch. germ.* 9. *p.* 34. *t.* 17. *f.* 6.

Habitat in arboribus.

*DESCR. Thorax* antice ruber, poſtice niger. *Elytra* rubra, maculis ſ. punctis plurimis (16.), quadratis, atris, connatis inter ſe cum margine interiore coleopterorum nigro; differt itaque paucis a ſequente. *LARVA* hujus hiſpida eſt.

490. COCCINELLA *conglomerata* coleoptris flaveſcentibus: punctis nigris plurimis contiguis.

Coccinella coleoptris flaveſcentibus, punctis plurimis nigris, omnibus connexis ſutura longitudinali nigra. *Fn.* 402.

*Raj. inſ.* 87. *n.* 5. Scarabæus hemiſphæricus flavus, maculis nigris variæ figuræ.

*Liſt. loqu.* 383. *n.* 9. Scarabæus luteus, nigris maculis diſtinctus.

*Friſch. germ.* 9. *t.* 17. *f.* 4. 5.

Habitat in ſepibus.

*DESCR.* Præcedenti magnitudine & facie ſimillima; ſed *thorax*, qui niger, ad latera majoribus albis maculis, & antice macula majori alba, & in medio verſus elytron albus, includens maculam duobus tribusque punctis nigris notatam. *Elytra* ſingula rubra notantur cruce, cujus radix (verſus caudam) emarginato-bifida; maculæ hic fere nullæ diſtinctæ, ſed omnes in crucem hanc coalitæ.

491. COCCINELLA *guttato-punctata* coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim, nigris tribus.

Habitat paſſim, licet rarior.

Simillima Coccion. decempuſtulatæ, ut neſciam num ſola ſexus intercedat differentia.

COCCI-

492. COCCINELLA *quatuordecimpunctata* coleoptris rubris: punctis albis quatuordecim. *Fn.* 397.

*Liſt. loqu.* 383. *n.* 10. Scarabæus ſubrufus, cui in humeris pinnæ maculatæ, inque ſingulis alarum thecis ſeptem maculæ albæ ſunt.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 5. Coccionella punctis quatuordecim.

Habitat in nemoribus & hortis.

*DESCR.* Magnitudo ad medias accedit. *Thorax* ruber lineola alba longitudinali in medio, et macula utrinque alba. *Elytron* ſingulum notatur VII punctis, eo ordine a thorace verſus caudam numerando puncta, ut 1, 3, 2, 1.

493. COCCINELLA *ſedecimguttata* coleoptris luteis: punctis albis ſedecim. *Fn.* 399.

Habitat in *Lapponia Lulenſi* ſylvatica.

*DESCR.* *Thorax* luteus maculis 5 flavis, absque ulla linea intermedia. *Elytron* ſingulum luteum notatum punctis octo, a thorace numerando 2, 3, 2, 1. *Caput* flavum.

494. COCCINELLA *octodecim guttata* coleoptris rubris: punctis albis ſedecim: duobus primis lunatis.

Habitat rarius apud nos.

495. COCCINELLA *vigintiguttata* coleoptris rubris: punctis albis viginti. *Fn.* 400.

Habitat in arvis.

*DESCR,* Magnitudine & facie cum præcedentibus duabus convenit. *Thorax* ruber ad marginem lateralem utrinque lineola arcuata alba notatus, inter has lineolas a tergo duo puncta alba minora ſuperiora, & duo alba alia inferiora ſ. elytris propiora paulloque majora; in ſingulo *Elytro*, quod rubrum eſt, puncta decem ſunt alba, quorum duo in medio fere contigua.

496. COCCINELLA *oblongo-guttata* coleoptris rubris: lineis punctisque albis. *Fn.* 389.

*It. œland.* 148. Coccionella coleoptris rubris: lineis quatuor albis longitudinalibus.

Habitat in ſepibus.

*DESCR,* Reliquis omnibus, hujus generis, noſtris paullo major. *Elytra* & thorax rubra, latera *thoracis* utrinque alba: ſingulum *Elytron* notatur duabus lineolis longitudinalibus albis, quarum interior puncto albido aucta eſt, vel in medio interrupto, duobus punctis oblongis conſtans.

497. COCCINELLA *obliterata* coleoptris flavis: punctis quatuor rufis: anticis obſoletis.

Habitat paſſim, minus frequens.

498. COCCINELLA *bipuſtulata* coleopteris nigris, punctis rubris duobus, abdomine ſanguineo. *Fn.* 409.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 34. *t.* 16. *f.* 6. Coccinella media nigra, punctis duobus rubris dorſalibus.
Habitat in *Sorbo*, menſe ſeptembri, Fahlunæ & alibi.

*DESCR.* Eſt magnitudine mediocris, antecedenti ſimillima, ambitu fere orbiculata, tota nigra, nitida, margine prominulo. *Thorax* absque maculis. *Elytron* ſingulum in medio fert maculam ſ. punctum latum ſanguineum, ſæpe ex tribus punctis conflatum. *Abdomen* inferius rufeſcit, alias tota ſubtus nigra. tergum ſub elytris etiam ſanguineum. *Pupa* hiſpida eſt.

499. COCCINELLA *quadripuſtulata* coleopteris nigris: punctis rubris quatuor: interioribus longioribus. *Fn.* 408.
Habitat in *Urtica* majore, *Rubo* aliisque.

*DESCR.* Inter minores eſt, ovata, nitida, atra. *Caput* atrum, *Thorax* ater cum pari punctorum excavatorum a tergo. *Elytra* nigra, ſingula juxta baſin ad marginem exteriorem macula minore rubra cum puncto ferrugineo, & alia minore, in medio elytri, verſus marginem interiorem, itidem rubra. *Anus* ruber eſt.

500. COCCINELLA *ſexpuſtulata* coleopteris nigris: punctis rubris ſex. *Fn.* 407
*Raj. inſ. p.* 87. *n.* 4. Scarabæus hemiſphæricus minor, elytris nigris rubris maculis pictis.
Habitat in arboribus ſat rara.

*DESCR.* *Thorax* totus niger. *Elytra* atra, nitida, ſingula tribus punctis ſanguineis, quorum quod thoraci proximum majus eſt; ultimum punctum verſus ipſum apicem elytri ſitum, at intermedium propius margini interiori, quam exteriori collocatum; varietatem absque tertia macula apud D. *de Geer* vidi.

501. COCCINELLA *decempuſtulata* coleoptris nigris: punctis fulvis decem.
Habitat in paſcuis.

502. COCCINELLA *quatuordecim puſtulata* coleopteris nigris: punctis flavis quatuordecim.
Habitat in floribus Centaureæ Scabioſæ frequens.

*DESCR.* Eſt inter minores ſpecies numeranda. *Elytra* nigra cum tribus paribus punctorum rubrorum & ultimo adhuc impari. *Thorax* nigricat cum puncto utrinque rubro.

503. COCCINELLA *ſedecimpuſtulata* coleoptris nigris: punctis fulvis ſedecim.
Habitat rarius apud nos.

504. COCCINELLA *pantherina* coleoptris nigris: punctis flavis octo.
Habitat paſſim.

505. COCCINELLA *tigrina* coleopteris nigris: punctis albidis viginti. *Fn.* 405. *Uddm. diſſ. II.*
Habitat in *Scania* & *Smolandia.*

*DESCR.* Capitis frons alba. *Thorax* niger, utrinque albus puncto nigro. *Elytra* nigra punctis nigris: ad baſin 1, dein 3, tum 3, demum 2, ultimo 1.

## Chryſomela.

506. CHRYSOMELA *gœttingenſis* ovata nigra, pedibus violaceis.
Habitat in Scania.

*DESCR.* Corpus magnitudinis mediæ, nigrum vel atro-violaceum abſque punctis conſpicuis. palmæ pedum & infimus antennarum articulus ferruginea.

507. CHRYSOMELA *Tanaceti* ovata atra punctata, antennis pedibusque nigris.
Chryſomela atra; punctis excavatis contiguis. *Fn.* 413. *It. goth.* 270.
Habitat in *Tanaceto* in inſula Gotlandiæ verſus auſtrum *Heligholmen* dicta, copioſe, ut & ad fodinas lapideas *Burswiken*, tarde admodum incedens.

*DESCR.* Eſt e majoribus hujus generis. Tota atra, minime nitida. *Thorax* & Elytra punctis minutiſſimis confertiſſimis excavata. *Elytra* latis flexilia, mollia & obtuſa ſunt. *Antennæ* undecim articulis. Margo elytrorum prominens.

508. CHRYSOMELA *hæmorrhoidalis* ovata nigra nitida, antennis baſi flaveſcentibus, ano rubro.
Chryſomela nigra glabra; antennarum baſi ſubflava. *Fn.* 414.
Habitat in *Roſlagia.* de Geer. in *Scania.* D. Leche.

*DESCR.* Media, punctis nec contiguis, nec ſtriatis; in elytris color dein parum ad cæruleum vergit.

509. CHRYSOMELA *Graminis* ovata viridis nitida, antennis pedibusque concoloribus.
Chryſomela viridi-cærulea. *Fn.* 419.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 1. Chryſomela viridi-cærulea nitida.
Habitat copioſe in *Gramine* pratorum primo vere juxta urbem *Hernöſand* Angermanniæ 1732. & Drotningholm. 1753.

DESCR.

*DESCR.* Eſt animal e majoribus hujus generis, admodum convexum. *Totum* e viridi & cæruleo colore ſericeum & auratum. *Elytra* margine parum prominentia & punctis minutiſſimis excavatis diſtincta, nec contiguis (ut in antecedenti) adſperſa. admodum convexa ſunt hæc elytra, & proin ſubtus magis concava. *Antennæ* & pedes virides. *Abdomen* viride.

510. CHRYSOMELA *ænæa* ovata viridis nitida, abdomine poſtice ferrugineo.

Chryſomela viridis nitida, thorace antice excavato. *Fn.* 420.

Habitat in *Alno.*

*DESCR.* Tota nitida. Thorace antice non æqualiter truncato, ſed ſinu excavato. Punctum excavatum in medio ſterni. Pedes & Antennæ nigræ, hæ baſi pallidæ.

511. CHRYSOMELA *Alni* ovata violacea, elytris punctis excavatis ſparſis.

Chryſomela nigro-purpurea, punctis excavatis adſperſa. *Fn.* 416.

*Friſch. germ. v. 7. p.* 13. *t.* 8. Scarabæus alni cæruleus.

Habitat in *Alno* frequens vere, cujus folia conſumit.

*DESCR.* Betulæ Chryſomelæ adeo ſimilis eſt, ut ovum ovo, modo major, & elytris quidem punctis excavatis, ſed ſparſis, nec uti Betulæ in ſtrias longitudinaliter digeſtis. *Caput* & thorax ſubtus, uti & pedes & antennæ, nigra ſunt. Color violæ martiæ odoratæ.

512. CHRYSOMELA *hæmaptera* ovata violacea, alis rubris.

Habitat in Lucis.

*DESCR. Corpus* majuſculum, ſupra nigricans ſ. ſubcæruleſcens; ſubtus una cum pedibus cæruleum. *Antennæ* nigræ. *Alæ* rubræ.

513. CHRYSOMELA *Padi* ovata nigra, elytris apice lividis.

Chryſomela elytris fuſcis pone lividis. *Fn.* 434.

Habitat in Pruno *Pado.*

*DESCR.* Magnitudine pulicem vix ſuperat. *Corpus* nigrum; thorax & elytra fuſca, ſed elytra magis pallida & livida poſtice.

514. CHRYSOMELA *Betulæ* ovata violacea, elytris punctis excavatis ſtriatis.

Chryſomela nigro-purpurea, punctis excavatis ſtriata. *Fn.* 415.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Attelabus cæruleus nitidus oblongiuſculus, ſubtus niger.

Habitat in *Betula*, cujus foliis paſcitur. Larva degit ſub foliis Betulæ, cujus inferior ſuperficies ab ea conſumitur, relictis nervis vel vaſis foliorum craſſioribus durioribusque, nec non epidermide ſeu ſuperficie folii ſuperiore cœlum ſpectante; hocce dum nutritur pabulo Abdomen

ſ. caudam multoties adtollit & erigit. Conſumta ſic foliorum pulpa, maculam pallidam exſuccam oſtendit folium; hincque autumno vel Auguſto Betulæ folia ſæpe maculantur. Ova plumbea, globoſa, numeroſa, juxta ſe invicem collocata, nitida, ſæpe reperiuntur in inferiore foliorum ſuperficie.

*DESRC.* Inſectum atro-cæruleum ad purpuram vergens, ſeu proprie violaceum floris violæ martiæ omnino colore; ſolus venter, pedes & antennæ nigra. *Caput* & *thorax* punctis excavatis minutiſſimis inordinatis fere contiguis adſperſa; at *Elytra* ſtriis vix oculis percipiendis, ex punctorum excavatorum minutiſſimorum ſerie, notantur, quibus, ut & parvitate, a ſequenti differt.

*LARVA* ſatis ſimilis facie eſt Coccinellarum Erucis; Inciſuræ ſingulæ in medio, verrucarum ordine transverſali inſtructæ, quæ verrucæ apice piloſæ ſunt & humorem excernentes. Abdomen pallidius eſt, etiam verrucoſum.

515. CHRYSOMELA *Armoraciæ* ovata nigra nitidiſſima ſubcæruleſcens, ſubtus atra.

Habitat in *Armoraciæ* foliis.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine ſeminis Cannabis, ſupra cæruleo aut viridi nitens, ſubtus una cum pedibus nigrum, nitidum, ovatum. Ad baſin mediam elytrorum quaſi foveola adparet.

516. CHRYSOMELA *Hypochæridis* ovata aurata, antennis nigris, elytris abbreviatis. *It. ſcan.* 210. *

Habitat in floribus *Hypochæridis maculatæ*, frequens in Scania campeſtri.

517. CHRYSOMELA *vulgatiſſima* oblongo-ovata cærulea, antennis baſi ferrugineis.

Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Corpus* colore Chr. Armoraciæ ſ. obſcure cæruleſcens ſ. æneum nitidum, at magis oblongum, quam ovatum.

518. CHRYSOMELA *ſtaphylea* ovata obſcure teſtacea tota. *Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 3. *Fn.* 422.

Habitat in *lingno putrido* primo vere.

*DESCR.* Inter majores generis ſpecies numeranda eſt. *Color* totius corporis, elytrorum, thoracis, antennarum, abdominis & pedum unicus idemque obſcure teſtaceus, ſ. caſtaneus; ſed omnium ſimillimus eſt ſemini Staphyleæ ſ. Staphylodendri, nec novi aliud hujus ſingularis coloris, a quo ſimilitudinem deſumam. *Antennarum* extimus articulus ovatus eſt, reliqui breviores. *Elytra* punctis minutiſſimis inordinatis excavatis adſperſa. *Thorax* utrinque margine craſſiuſculo notatus, & utrinque macula depreſſa. *Corpus* ovatum. *Oculi* ſoli nigri. *Antennæ* & *Pedes* magis rubent, plantæ pedum ſubtus albæ.

519.

519. CHRYSOMELA *Vitellinæ* ovata ænea.
Chryſomela ænei coloris. *Fn.* 426.
Habitat in *Salice tetrandra* & *Populo tremula.*
*DESCR.* Hæc mediocris magnitudinis, tota e rubro ænea ſ. ænei ſpoliti coloris, vel etiam nigricante ænei coloris.

520. CHRYSOMELA *Polygoni* ovata cærulea, thorace femoribus anoque rufis. *Fn* 440.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. Attelabus ſubrotundus cæruleo-nigricans; collari teſtaceo.
β Chryſomela viridis nitida, thorace antice æquali, elytris pone contiguis. *Fn.* 421.
Habitat frequens ruri in *Polygono aviculari.* Ovis gravida intumeſcit, ut abdomen duplo majus evadat capacitate elytrorum.
*DESCR.* Inter minores eſt hæc numeranda. Caput & *Elytra* nitida, viridi-cærulea, punctis ſparſis excavatis. *Thorax* minor, viridi-ruber ſeu teſtaceo-ruber, craſſus, convexus. *Antennæ* nigræ, ſubclavatæ. Femora rufa; palmæ nigræ.

521. CHRYSOMELA *pallida* ovata flaveſcens tota, oculis nigris.
Chryſomela pallido-griſea. *Fn.* 423.
Habitat in *Salice.*
*DESCR.* *Color* griſeus ſ. teſtaceus toto corpore; Chr. ſtaphyleæ ſimillima, ſed paulo minor, plantæ *pedum* ſubtus exalbeſcentes. *Oculi* nigri, præcipua nota, qua a Chr. ſtaphylea differt, (præterquam colore longe pallidiore) conſiſtit in ſingulis elytris punctis per 9 ordines longitudinaliter digeſtis, cum in illa puncta ſparſa, nec per ſtrias diſtributa.

522. CHRYSOMELA *polita* ovata, thorace aurato, elytris rufis.
Chryſomela viridi-ænea, elytris rubicundis. *Fn.* 427.
Habitat in *Salice*, *Populo.*
*DESCR.* Media. *Caput* & *thorax* pulchre nitent. *Elytra* rubro-teſtacea apicibus immaculatis.

523. CHRYSOMELA *Populi* ovata, thorace cæruleſcente, elytris rubris apice nigris.
Chryſomela nigro-cærulea, elytris rubris apice nigris. *Fn.* 428.
*It. œl.* 38. Chryſomela thorace viridi cæruleo, elytris rubris apice nigris.
Habitat in *Populo*, cujus folia conſumit, primo vere frequens, unde foliorum ſceleta quaſi ex retibus facta, ſolis vaſis conſtantia; ſæpe arbores ab ea omnibus foliis ſuis ſpoliantur.

 DESCR.

*DESCR.* Inter maximas hujus generis hæc eſt. *Elytra* rubra, punctis minutiſſimis excavatis adſperſa: apex elytrorum minimam maculam nigram habet. *Thorax* glaber, viridi-nigroque cæruleus, ut & ſcutellum & abdomen, & Caput & pedes. *Antennæ* magis nigricantes; margo thoracis linea impreſſa diſtinctus. margo *elytrorum* inflexus corpus arcte ambiens. *Alæ* & dorſum nigricantes. Variat elytris rubris & flavis, forte ſexu? *Antennæ* Chryſomelæ hujus non lamellatæ ſunt, uti à Liſtero deſcriptæ, ſed ut in reliquis 11 articulis filiformes, infimo majori.
*LARVA* tacta dimittit oleoſum quoddam flaveſcens per tubercula lateralia, fœtidiſſimaque eſt, ut nullo modo ferri queat.

524. CHRYSOMELA *Viminalis* ovata nigra, thorace bimaculato, elytris teſtaceis.

Chryſomela thorace elytriſque rubris. *Fn.* 429.

Habitat in *Salice caprea.*

*DESCR.* Corpus totum nigrum, uti caput, antennæ, abdomen, pectus ſubtus, pedes, at thorax ruber eſt cum duobus punctis fuſcis juxta elytra, & elytra ipſa rubra; in ſingulo elytro 9 ordines punctorum minutiſſimorum vixque conſpicuorum.
*LARVA* nigra eſt, & valde rugoſa. *PUPA* vero flava.

525. CHRYSOMELA *decempunctata* ovata, thorace rubro poſtice nigro, elytris rufis: punctis ſubquinis nigris.

Chryſomela ſupra rufa, thoracis punctis nigris duobus, elytrorum pluribus. *Fn.* 436.

Chryſomela rubra, elytro ſingulo maculis quinque nigris. *Fn.* 1354.

Habitat in *Populo.*

*DESCR. Corpus* nigricans: puncta nigra in *Elytris* ſingulis 3 vel plura. *Thorax* ruber, in medio poſtice niger. *Antennæ* ſerratæ.

526. CHRYSOMELA *lapponica* ovata, thorace viridi, elytris rubris: faſcia inter punctum maculamque lunatam cærulea.

Chryſomela thorace viridi, coleopteris rubris, cruce cærulea. *Fn.* 431.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 4. Chryſomela viridi-aurea rubro variegata.

Habitat in *Lapponia* Umenſi.

*DESCR.* Figura & facie ad Chryſomelam Populi quodammodo accedit. *Caput* & *thorax* colore æneo-viridi. *Antennæ* nigræ, congeneribus ſimillimæ; *Pedes* nigri maxima ex parte. *Elytra* autem maxime ſingularia & pulcherrima, colore dilute rubra, faſciis æneo-cæruleis picta, ita ut macula ad baſin elytri ſubrotundata, nec connexa cum reliquis, niſi cum thorace. Margo interior elytrorum ſecundum longitudinem æneo-cæruleus; in medio elytri faſcia linearis transverſa, utrinque margine repanda, conficit cum macula longitudinali, ſecundum marginem interiorem excurrente, crucem. Inter ramos hujus crucis & apicem elytrorum, ſeu pone faſciam intermediam eſt arcus fere circularis, reliquis maculis concolor,

lor, cujus alterum crus innaſcitur maculæ longitudinali ad marginem interiorem elytrorum, altero crure libero anumque reſpiciente. Caput, thorax & elytra punctis minutiſſimis excavatis inordinatis adſperſa ſunt.

527. CHRYSOMELA *Boleti* ovata nigra, elytris faſciis tribus flavis repandis.

Habitat in *Boletis* arborum.

*DESCR.* *Corpus* majuſculum, fere hemiſphæricum, atrum, glabrum. *Elytra* faſciis tribus, flavis, repandis, latis; quorum prima in baſi, ultima in apice minima.

528. CHRYSOMELA *collaris* ovata violacea, thorace marginibus luteis puncto nigro.

Chryſomela nigro-purpurea; thorace utrinque luteo: puncto nigro. *Fn.* 417.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 5. Chryſomela violaceo-nigra, collari margine rubro.

Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Magnitudine & faſcie Chryſomelæ Alni ſimillima; color omnium idem. *Elytra* punctis minutiſſimis excavatis adſperſa; quæ puncta vaga, nec ſtriatim digeſta ſunt. *Thorax* lævis & glaber eſt, ad latera ruber, in medio longitudinaliter violaceus, uti elytra, aut paullo magis nigricans in medio. *Caput*, *Pedes*, *Abdomen* nigra. Punctum nigrum, in medio coloris lutei, ad thoracis latera.

529. CHRYSOMELA *ſanguinolenta* ovata nigra, elytris margine ſanguineis.

Habitat in ſalicetis.

*DESCR.* *Corpus* majuſculum, nigrum, nitidum. *Thorax* marginatus. *Elytra* margine exteriore ſanguinea. *Pedes* nigra.

530. CHRYSOMELA *marginata* nigro-cænea, elytris margine luteis.

Habitat in Fruticibus.

*DESCR.* *Colore* præcedenti ſimilis, ſed magnitudo quadruplo minor, nec *Thorax* in hac marginatus eſt.

331. CHRYSOMELA *marginella* oblonga ovata nigro-cærulea, thorace elytriſque margine luteis.

Chryſomela ſupra nigro-ænea; margine coleoptrorum luteo. *Fn.* 437.

*Raj. inſ.* 99. Scarabæus antennis clavatis tertius.

Habitat in *Oſtrogothia.* de Geer. in *Scania.* J. Leche. Upſaliæ in Ranunculo echinato. *Nos.*

*DESCR.* Mediæ magnitudinis: margo exterior elytrorum & Thoracis flaveſcens; *Thorax* & *Caput* nigro ænea; ſubtus tota atra. *Corpus* ovale eſt. *Pedes* nigri.

532. CHRYSOMELA *coccinea* ovata, thorace emarginato ſanguineo: macula nigra, elytris ſanguineis: maculis duabus nigris.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Magnitudo media. *Caput* parvum, nigrum. *Thorax* quadrangularis, coccineus, medio niger. *Elytra* coccinea, in ſingulis maculæ rotundæ duæ. *Abdomen* ſanguineum. *Pedes* & *Antennæ* nigræ.

533. CHRYSOMELA *minuta* ovata nigra, elytris pedibus thoraciſque lateribus griſeis.

Habitat in ſubhumidis.

*DESCR.* Magnitudo Pediculi, figura coccionellæ, faſcie Dytiſci. *Elytra* pallide flaveſcentia ſtriis fuſcis, ex punctis nigricantibus, oculo armato conſpicuis.

534. CHRYSOMELA *oleracea* ſaltatoria, corpore vireſcenti-cæruleo.

Habitat in oleribus frequens.

*DESCR.* Magnitudine antecellit Chryſ. ſaltatorias plerasque noſtrates. Color e viridi-cærulæo ſubnitens. *Antennæ* nigræ.

535. CHRYSOMELA *chryſocephala* ſaltatoria: corpore atro-cæruleo, fronte pedibusque quatuor anterioribus luteis.

Habitat in Lucis

*DESCR.* Corpus pediculo paullo majus, nigrum. Frons, antennarum baſis, pedes 4 anteriores ſubferruginea. *Thorax* ater, nitidus. Elytra ſtriata, ſubcæruleſcenti-nigra.

536. CHRYSOMELA *Hyoſcyami* ſaltatoria, corpore vireſcenti-cæruleo, pedibus teſtaceis, femoribus poſticis violaceis.

Mordella ovata cærulea nitida; tibiis ferrugineis. *Fn.* 540.

*Raj. inſ.* 98. *n.* 9. Scarabæus antennis articulatis longis ſ. Capricornus exiguus ſaltatrix.

*Act. upſ.* 1736. *p* 18 *n.* 5. Gyrinus cæruleus nitidus.

Habitat inter *Braſſicas* nuper ſatas, quas devaſtat, edit etiam *Hyoſcyamum.*

*DESCR.* Magnitudo majoris pediculi. *Tota* cærulea, nitens, convexa, ovata. *Femora* craſſa, nigra, ſaltatoria, alta; *Tibiæ* ferrugineæ.

537. CHRYSOMELA *atricilla* ſaltatoria nigra, thorace elytris tibiiſque teſtaceis.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Magnitudo pulicis. Caput, Pectus, Abdomen, Femoraque poſtica *atra.* Antennæ, Thorax, Elytra & Pedes *teſtacea.*

538 CHRYSOMELA *erythrocephala* ſaltatoria, corpore atro-cæruleo, capite geniculiſque pedum rufis.

Habitat

Habitat in Lucis.

*DESCR.* *Corpus* pediculo paullo majus, atrum. *Frons* ferruginea. *Pedum* quatuor anteriorum genua rufa. *Elytra* cæruleſcenti-atra.

539. CHRYSOMELA *Modeeri* ſaltatoria ænea nitida, elytris apice flavis, pedibus anterioribus tibiisque poſticis luteis.

Habitat Calmariæ *A. Modeer.*

*DESCR.* *Corpus* pulice minus, æneum, nitidum, *Elytra* ſtriata, apice late flava. *Antennæ* baſi luteæ.

540. CHRYSOMELA *Helxines* ſaltatoria, corpore viridi-æneo, antennis pedibusque omnibus teſtaceis.

Mordella ſubrotunda atro-ænea. *Fn.* 539.

Habitat in terra, primo vere, præſertim in cotyledonibus Polygoni *Fagopyri.*

*DESCR.* Pulice longe minor. *Tota* ſupra nigra æneo-nitens. *Elytra* punctis excavatis ſtriata; ſubtus tota cum pedibus nigra.

541. CHRYSOMELA *exoleta* ſaltatoria flaveſcens, pedibus teſtaceis, abdomine capiteque fuſco.

Mordella flava. *Fn.* 535.

Habitat in *Scania.* D. Leche.

*DESCR.* Magnitudo pediculi: facies Chryſomelæ, omnia ejusdem coloris fulvo-flavi, cum antennis, elytris, pedibus, trunco, abdomine.

542. CHRYSOMELA *nitidula* ſaltatoria, elytris cæruleis, capite thoraceque aureo.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Corpus* ſubtus una cum femoribus poſticis atrum. *Caput* & *Thorax* aurata. *Elytra* cærulea, nitida, ſtriata. *Pedes* & antennarum baſes ferrugineæ.

543. CHRYSOMELA *nemorum* ſaltatoria atra, elytris linea flava, pedibus pallidis.

Mordella oblonga atra; elytris longitudinaliter in medio flaveſcentibus. *Fn.* 542.

*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 29.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 6. Gyrinus niger, utrinque albus.

Habitat in *Pulmonaria*, *Dentaria*, & aliis plantis vere, præſertim in Tetradynamis.

*DESCR.* Magnitudo maximi pulicis. *Corpus* oblongum, nigrum, minime nitens. *Antennæ* ſetaceæ, truncatæ, articulis undecim nigris, exceptis in quibusdam ſecundo & tertio albis. *Elytra* nigra, ſingula in medio longitudinaliter flaveſcentia, undique tamen margine nigro cincta, etiam ad ſuturam longitudinalem. *Pedes* ſaltatorii pallidi. Daturque reliquis duplo major.

 544.

544. CHRYSOMELA *holſatica* ſaltatoria nigra nitida, elytris apice puncto rubro.

Mordella nigra, elytris apice rubris. *Fn.* 544.

*Act. upſ.* 1736. *n.* 3. Gyrinus niger nitidus; elytrorum apice rubro.

Habitat inter olera, rara apud nos. in Holſatia frequentiſſimum eſſe obſervavimus 1735.

*DESCR.* Magnitudo majoris pediculi, tota atra, nitida; in apice utriusque *elytri* punctum rubrum.

545. CHRYSOMELA *rufipes* ſaltatoria cærulea obovata, capite thorace pedibus antennisque rufis.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Corpus* duplo major Pediculo. *Elytra* atro-cærulea, nitida.

546. CHRYSOMELA *tridentata* cylindrica, thorace cæruleo, elytris teſtaceis.

Habitat in *Populo*, *Salice*.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, capite, thorace & abdomine viridi ſ. cæruleo nitidum. *Elytra* pallide teſtacea. *Antennæ* nigræ, ſubpectinatæ. *Pedes* nigricantes. Singularis eſt nota, quod thorax poſtice tricuſpidatus dente medio, loco ſcutelli.

547. CHRYSOMELA *quadripunctata* cylindrica, thorace nigro, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis brevibus.

Chryſomela oblonga nigra, coleopteris rubris, maculis quatuor nigris. *Fn.* 432.

Habitat in ſylvis *Löfſtadienſibus*. de Geer; in *Upſalienſibus* E. Ekelund.

*DESCR.* Major reliquis omnibus, teretior, oblongior; in ſingulo. *Elytro* puncta majora duo, quorum prius magis ovatum, poſterius majus transverſum. *Antennæ* fere pectinatæ. *Thorax* brevis.

548. CHRYSOMELA *bipunctata* cylindrica, thorace nigro nitido, elytris rubris: punctis duobus nigris, antennis longis.

Habitat in fruticibus.

*DESCR.* *Corpus* nigrum. *Thorax* ater, nitidiſſimus, *Elytra* luteo-ferruginea cum puncto nigro elevato parvo ad baſin, & macula orbiculata nigra, ſere in medio elytri. *Antennæ* nigræ, longitudine corporis.

β *Varietas* cui in Elytris macula unica oblonga nigra, elytris paullo brevior.

549. CHRYSOMELA *quadripuſtulata* ſupra nigra, elytris rufo-bimaculatis.

Habitat in Suecia D. C. *Solander*.

DESCR.

*DESCR.* Media ſ. parva. *Tota* ſupra nigrior, ſubtus ferruginea. *Caput* ferrugineum. *Thorax* niger punctis 2 impreſſis. *Elytra* nigra macula ad baſin majore rufa; alia ante apicem minore rufa. *Pedes* & *Abdomen* ferruginei.

550. CHRYSOMELA *moræi* cylindrica, thorace nigro, elytris nigris: maculis duabus rubris marginalibus.
Habitat rarius Upſaliæ. Joh. Moræus.

*DESCR.* *Caput* nigrum: fronte punctis duobus teſtaceis. *Thorax* ater, lævis, margine antico angulisque poſticis albis. *Elytra* nigra, lævia, in ſingulis maculæ duæ flavæ: altera ad apicem, altera ad marginis exterioris medium. *Femora* antica a latere anteriore ſubferruginea.

551. CHRYSOMELA *nitens* cylindrica, thorace cæruleo nitido. elytris cæruleis, pedibus teſtaceis.
Habitat in Plantis.

*DESCR.* Variat *colore* viridi, cæruleo & nigricante. *Magnitudine* ſemine oryzæ majore vel minore. *Os* flavum. *Pedes* teſtacei, nunc omnes, nunc tantum anteriores. *Antennæ* baſi flavæ.

552. CHRYSOMELA *Barbareæ* cylindrica ovata, antennis baſi oreque ferrugineis.
Habitat in *Barbareæ* floribus. C. Blom.

*DESCR.* Magnitudo pediculi, *Antennæ* corpore vix breviores, baſi ferrugineæ. *Os* flaveſcens. *Thorax* ater, politus. *Elytra* nigra, non nitida, punctis ſubſtriata, ſed apice glabriora. *Pedes* nigri. *Femora* craſſiuſcula.

553. CHRYSOMELA *labiata* ſubcylindrica atra, thorace nitido; ore, pedibus anticis baſique antennarum luteſcentibus.
Habitat in Plantis.

*Magnitudo pediculi.*

554. CHRYSOMELA *ſericea* cylindrica, thorace elytris pedibusque cæruleis.
Chryſomela viridis nitida, thorace æquali, elytris punctis excavatis contiguis pone dehiſcentibus. *Fn.* 418.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 17. *n.* 2. Chryſomela viridis nitida.
Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Inſectum ſericeo-viride, punctis, ſi lente obſerventur, contiguis ſeque invicem tangentibus, excavatis; verſus anum obtuſum eſt animal; elytra pone dehiſcunt. *Thorax* æqualis, minus punctatus, *antennæ* & *pedes* nigricantes.

555. CHRYSOMELA *Coryli* cylindrica, thorace elytrisque teſtaceis, pedibus nigris.
Habitat in *Corylo.*

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis. *Caput* nigrum, inflexum cum li-

 neola

neola arcuata flava ante ſingulos oculos. *Antennæ* corpore breviores. *Thorax* rufus, glaber. *Elytra* rufa, obtuſa, ſtriata, apice inflexa.

556. CHRYSOMELA *Pini* cylindrica teſtacea, elytris pallidioribus, pedibus concoloribus, antennis fuſcis.
Habitat in *Pino.*
*DESCR.* *Corpus* vix dupla pediculi magnitudine. *Thorax* glaberrimus. *Elytra* minime ſtriata.

557. CHRYSOMELA *bothnica* cylindrica atra, thorace linea longitudinali rubra.
Habitat in *Weſtrobothnia.* D. C. Solander.
*DESCR.* *Corpus* atrum, glaberrimum. *Frons* ferruginea. *Thoracis* margo anterior & linea dorſalis latiuſcula ſunt ferruginea. *Pedes* etiam magna ex parte lutei.

558. CHRYSOMELA *cordigera* cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: punctis duobus nigris.
Habitat in fruticibus.
*DESCR.* *Caput* nigrum, in fronte album. *Antennæ* nigræ, baſi rufeſcentes. *Thorax* niger, macula cordata alba ad ſcutellum; ante hanc linea alba. Latera thoracis alba puncto nigro. *Scutellum* nigrum. *Elytra* rubra; in ſingulo puncta duo, quorum anterius ab oppoſito remotius. *Femora* nigra, apice extrorſum alba. *Tibiæ* ferrugineæ.

559. CHRYSOMELA *ſexpunctata* cylindrica, thorace variegato, elytris rubris: maculis tribus nigris.
Habitat rarius apud nos.
*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis. Caput, Antennæ, Pedes, abdomen & omnia ſubtus nigra. *Thorax* ſupra ruber maculis duabus margineque poſtice nigris. *Elytra* rubra; in ſingulo 3 puncta nigra, quorum duo anteriora paria parva; unicum poſticum duplo majus.

560. CHRYSOMELA *decem-punctata* cylindrica, thorace variegato, elytris flavis: punctis quinque nigris.
Habitat in nemoribus.
*DESCR.* *Corpus* ſupra flavum, ſubtus nigrum. *Frons* medio flava. *Antennæ* apice nigræ. *Thorax* ad latera niger. *Elytra* ſingula punctis quinque majuſculis nigris: quarum primum inferius glaberrimum; ultimum impar. *Pedes* ſubferruginei & nigri.

561. CHRYSOMELA *obſcura* ſubcylindrica, thorace nigro, elytris pedibusque nigris.
Habitat in ſylvis.
*DESCR.* Statura Curculionis. *Corpus* atrum, minime nitens. *Thorax* rotundatus.

562. CHRYSOMELA *longimana* ſubcylindrica obſcuro-ænea, elytris livido flavis, pedibus anticis longiſſimis.
Habitat

Habitat in *Trifolio montano* frequens. *Adolph. Modeer. Phil. Mag.*

*DESCR.* *Corpus* medium, totum etiam ſcutello nigro-æneum. *Antennæ* nigræ, ſubpectinatæ. *Thorax* poſtice utrinque quaſi mucronatus. *Elytra* baſi puncto mucronato, tota triſte flava. *Pedes* anteriores longiores.

563. CHRYSOMELA *merdigera* oblonga rubra, thorace cylindraceo utrinque impreſſo. *Fn.* 425.
*Blank. belg. p.* 91. *t.* 11. *f. J.*
*Merr. eur.* 71.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 17. *f.* 1. 2.
Habitat in *Lilio*, *Convallaria*, cujus larva tecta legitur proprio ſtercore.

*DESCR.* Inter mediocres magnitudine eſt collocanda. *Rubra* ſunt Thorax, elytra, caput ſuperne, pedes. *Nigra* vero antennæ, oculi, pedum genicula, abdomen, ſcutellum, caput ſubtus, ut & thorax ſubtus. *Thorax* elytris longe anguſtior, teres, ſed ad utrumque latus cavitate impreſſa notatus. *Elytra* punctis minutiſſimis excavatis ſtriata ſunt. *Variat* capite & pedibus nigris.

564. CHRYSOMELA *tenella* oblongiuſcula ferruginea, elytris margine thoraceque flavis.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* *Similis* Chr. capreæ, ſed triplo minor. *Thorax* flavus absque maculis. *Elytra* ferruginea, flavo marginata. *Antennæ* flaveſcentes, nec nigræ. *Pedes* flavi. *Abdomen* fuſcum.

565. CHRYSOMELA *Nymphææ* oblonga fuſca, elytris margine prominulo flaveſcentibus.
Chryſomela coleopteris fuſcis, margine flavo-pallidis. *Fn.* 444.
Habitat in foliis *Nymphææ* circa 24 Junii in copula frequenter obſervatur, præſertim in fluvio Upſalienſi, ignavum maxime & tardum animalculum.

*DESCR.* Eſt mediæ magnitudinis. *Caput* fuſcum. *thorax* ſubflavus, inæqualis. *Elytra* planiuſcula nigra, opaca, punctis excavata, margine laterali & poſtico (non vero verſus ſuturam) flavo. *Pedes* flavi. *Antennæ* nigro & flavo alternatæ, corpore dimidio breviores. *Alæ* fuſcæ, venis nigris. *Abdomen* a tergo flaveſcens linea transverſa, nigra, lata, in ſingulo ſegmento, at latere terram ſpectante nigrum.
*LARVA* nigra eſt, glabra, ſubtus flava.

566. CHRYSOMELA *caprea* oblonga, thorace nigro-punctato, elytrisque griſeis, antennis nigris longis.
Chryſomela nigra; thorace elytrisque griſeis. *Fn.* 424.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 6. Attelabus ſubrotundus griſeus.
Habitat in *Salice* frequentiſſima.

DESCR.

*DESCR. Elytra* griſea, mollia, flexilia, pellucida, punctis minutiſſimis confertiſſimis excavatis adſperſa. *Caput* nigrum, ut & antennæ, pedes & ipſum corpus; magnitudine reliquis pleriſque cedit. *Thorax* a tergo nigro maculatus.

567. CHRYSOMELA *Aſparagi* oblonga, thorace rubro: punctis duobus nigris, elytris flavis: cruce punctiſque quatuor nigris.

Chryſomela thorace rubro cylindraceo punctis duobus nigris, coleotperis flavis cruce nigra. *Fn.* 430.

*Friſch. germ.* 1. *p.* 27. *t.* 6. Scarabæus cruciatus, erucæ Aſparagi.

Habitat in *Aſparagi* ramis, quos conſumit Larva, apud nos etiamnum rariſſima, Hamburgi autem vulgatiſſima, Aſparagum devaſtans, e Ruſſia cum eo adlata, ut ab Hortulanis creditur.

*DESCR.* Eſt præcedentibus & minor & longe anguſtior. *Caput* nigro-cæruleum. *Antennæ* nigræ. *Thorax* anguſtus, cylindraceus, punctis duobus nigris a tergo. *Elytra* oblonga, flava, verſus marginem exteriorem ſecundum totam longitudinem fulva, *Macula cruciformis* cærulea tegit coleoptera, cujus truncus incumbit margini elytri utriusque interioris ſecundum totam longitudinem; at rami breves ſunt, nec marginem exteriorem elytrorum adtingunt; ad baſin elytri macula oblonga cærulea, quæ non conjungitur cum cruce; verſus apicem elytri punctum cæruleum rotundatum, quod ſæpe adnaſcitur baſi crucis.

*LARVA* nigro-fuſca glabra.

568. CHRYSOMELA *duodecim-punctata* oblonga rufa, elytris punctis ſex, pectore pedumque geniculis nigris.

*Friſch. inſ.* 13. *t.* 28.

Habitat in *Aſparago.*

*Antennæ* nigræ ſunt. *Thorax* immaculatus.

569. CHRYSOMELA *Phellandrii* oblonga nigra, thorace elytriſque lineis duabus luteis.

Chryſomela nigro-ænea; elytrorum lineis duabus luteis. *Fn.* 448.

Habitat in *Phellandrii* caule & radice. *Pupa* alba cylindrica, angulata, obtuſa.

*DESCR.* oblonga admodum eſt, tota ſupra nigro-ænea: *Thoracis* margine laterali flavo & ſingula Elytra in medio & margine exteriore linea longitudinali flava. *Tibiæ* & femorum interior pars flava; *Antennæ* clavatæ nigræ. Structura oblonga a cæteris differt.

570. CHRYSOMELA *Ceraſi* oblongiuſcula griſea, oculis nigris.

Chryſomela livida; oculis nigris. de *Geer. Fn.* 435.

Habitat

Habitat in Pruni *Padi* foliis.

*DESCR.* parva; *tota* pallida ſ. livida.

571. CHRYSOMELA *quadrimaculata* oblonga, thorace pedibusque flavis, elytris flavis: maculis duabus nigris remotiſſimis.

Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, totum pallide flavum. *Caput*, excepta fronte, nigrum. *Elytra* macula rotunda nigra ad baſin & majore verſus apicem.

572. CHRYSOMELA *cyanella* oblonga cærulea, thorace cylindrico: lateribus gibbis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* totum obſcure cæruleum, nitidum. *Antennæ* ſolæ nigræ.

573. CHRYSOMELA *melanopa* oblonga cærulea, thorace pedibusque rufis.

Habitat in nemoribus & pratis.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, cæruleum. *Thorax* ſubgloboſus, ferrugineus. *Femora* ferruginea. *Palmæ* nigræ.

574. CHRYSOMELA *caraboides* nigra, elytris ſubcæruleis, plantis ferrugineis.

Habitat Calmariæ. *A. Modeer.*

*DESCR.* Statura Carabi, ſed *Thorax* antice rotundatus, poſtice ſubtrilobus angulis acutis. *Elytra* ſtriata, nigro-cærulea.

575. CHRYSOMELA *corvina* longa livida, thorace poſtice transverſo.

Habitat in arboribus.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, ſupra fuſcum, ſubtus nigrum. *Thorax* ſubovatus, poſtice transverſus, convexus. *Elytra* parum marginata.

576. CHRYSOMELA *ceramboides* longa nigra, elytris teſtaceis, antennis ſerratis.

Habitat ruri.

*DESCR.* *Corpus* nigrum. *Thorax* ovatus, anterius anguſtior, poſtice ſubtransverſus. *Elytra* elongata, teſtacea, ſubſtriata.

577. CHRYSOMELA *murina* longa nigra, elytris pedibusque teſtaceis.

Habitat in Suecia rarius.

*DESCR.* *Corpus* præcedenti dimidio minus, ovato-oblongum, nigrum. *Thorax* ſemiovatus, convexus, poſtice transverſus. *Pedes* ferruginei. *Elytra* teſtacea, minime ſtriata.

578. CHRYSOMELA *hirta* longa villoſa nigra, thorace tereтiuſculo, elytris teſtaceis.
Habitat in Suecia frequens.
*DESCR. Corpus* elongatum, pubeſcens, nigrum. *Antennæ* corpore dimidio breviores, *Thorax* ſubcylindricus. *Elytra* teſtacea, ſubdiaphana, omnino pubeſcentia.

## Curculio.

579. CURCULIO *violaceus* longiroſtris violaceus, proboſcide thoracis longitudine. *Fn.* 451.
Habitat in *Roſlagia* de *Geer.*
*DESCR.* Mediæ magnitudinis; punctis excavatis ſtriatus.

580. CURCULIO *Alliariæ* longiroſtris violaceus totus. *Fn.* 468.
Habitat in Eryſimi *Alliariæ* caulibus, quos perforat.
*DESCR. Magnitudo* pulicis. *caput*, *thorax*, *femora* nigro-cæruleſcentia, ſed *elytra* magis ſaturate, punctorum excavatorum ſtriis exarata. Non ſalit; præcedenti ſimillimus, ſed paullo major. Corpus (exceptis elytris) non ut in præcedenti, atrum. An ſexus vel ætatis diſcrimen?

581. CURCULIO *cyaneus* longiroſtris ater, elytris violaceis, ſcutello albo.
Curculio ater; elytris nigro-cæruleſcentibus. *Fn.* 467.
Habitat in Salice.
*DESCR. Magnitudo* pulicis. *caput*, *thorax & pedes* atra, punctis minimis excavatis adſperſa. *Elytra* violacea ſ. e nigro cæruleſcentia, punctorum excavatorum ſtriis exarata. *Pedes* ferruginei, quibus non ſalit. *Scutellum* eſt punctum album.

582. CURCULIO *aterrimus* longiroſtris ater, elytris nitidis.
Curculio ater; coleopteris nitidiuſculis. *Fn.* 466.
Habitat in *Scania.* D. Leche.
*DESCR.* Pulice dimidio minor. *totus* atér, ſed *elytra* punctis ſtriata, nididiuſcula. præcedenti quadruplo minor. *Abdomen* cum elytris ovatum.

583. CURCULIO *Ceraſi* longiroſtris ater, elytris opacis oblongis.
Curculio ater; coleopteris oblongiuſculis opacis. *Fn.* 465. *It. ſcan.* 355.
Habitat in *Ceraſi* foliis, quorum epidermidem exedit larva, quæ mire devaſtavit 1750.
*DESCR.* Pulice duplo major. *totus* ater, *elytris* punctis ſtriatis opacis, nec ullo modo nitidiuſculis.

584.

584. CURCULIO *acridulus* longiroſtris piceus, abdomine ovato. *Fn.* 463.
Habitat in *Tetradynamiis* frequens.

585. CURCULIO *purpureus* longiroſtris purpureus nitens. *Fn.* 457.
*Pet. gaz.* 35. *t.* 22. *f.* 5. 5. Curculio miniatus minimus.
*Liſt. loqu.* 394. Scarabæus ex toto coccineus.
Habitat in nemoribus. *De Geer.*
*DESCR.* Minor præcedenti: roſtrum longiſſimum.

586. CURCULIO *frumentarius* longiroſtris ſanguineus. *Fn.* 474.
*Leuv. arc.* 1697. *aug.* 6. *p.* 83. *f.* 1.
Habitat in *Frumento*, maxime noxius.
*DESCR.* pediculo paullo major.

587. CURCULIO *granarius* longiroſtris piceus oblongus, thorace punctato longitudine elytrorum.
Curculio rufo-teſtaceus oblongus; thorace elytrorum fere longitudine. *Fn.* 462.
*Raj. inſ.* 88. Scarabæus parvus ſordide ſ. obſcure fulvus, proboſcide longa deorſum arcuata.
Habitat in *Segetum* ſeminibus, quibus veſcitur, inprimis *Avejnæ* ſeminibus granulatis.
*DESCR.* *Totus* omnibus partibus concolor, ruſo-teſtaceus; corpus admodum oblongum eſt, &, quod in hac ſpecie ſingulare eſt, thorax valde longus & magnus, ut fere longitudinem elytrorum (non tamen omnino) adtingat. Thorax punctis excavatis adſperſus, & Elytra ſtriis excavata, magnitudo pediculi.

588. CURCULIO *dorſalis* longiroſtris, elytris rubris: ſutura nigra.
Curculio niger; elytris in medio rufeſcentibus. *Fn.* 175.
*Act upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 6. Curculio minimus fuſcus, lateribus rufeſcentibus.
Habitat in Ranunculo *Ficaria.*
*DESCR.* Magnitudo Pulicis. Totus niger vel ex cinereo nigricans, præſertim thorace, qui villis cineraſcentibus manifeſte adſpergitur. Elytra ſtriata, maxima ex parte rufa, excepta parte thoraci & ſuturæ longitudinali adjacente, quæ nigra, hinc clauſis elytris latera inſecti rufa conſpicuntur. Femora nigra, ſed Tibiæ flavæ. Antennæ nigro-fuſcæ infimo articulo non majore.

589. CURCULIO *Pini* longiroſtris, elytris teſtaceis: faſciis nebuloſis.
Curculio longiroſtris, elytris macula ferruginea. *Fn.* 447.
*Liſt.*

*Liſt. loqu. p.* 393. *n.* 29. Scarabæus majuſculus ſcaber e leucophæo nigroque varius.

Habitat in *Pino ſylveſtri*, reſinam edens, frequentiſſimus apud nos: tarde incedit, arcte apprehendit, tenaciter adhæret, ore fruſtra cutem mordere tentat captivus.

*DESCR.* Verſus anum valde gibbum eſt abdomen a tergo. Animalculum *totum* e griſeo nigrum; totum corpus, roſtrum, thorax, elytra & pedes punctis minutiſſimis contiguis excavatis. Signaturæ aliquæ teſtaceæ in thorace ex villis tenuiſſimis, ſimiles etiam in formam faſciarum duarum transverſarum linearum, quarum quæ thoraci propior ad futuram elytrorum interrupta eſt. *Antennarum* apices flaveſcunt. Simillimus C. Abietis, ſed major, nec faſciæ elytrorum adeo regulares, ſed magis huic confuſæ.

*LARVA* rete ſubgloſum in foliis texit, intra quod mutatur.

590. CURCULIO *Rumicis* longiroſtris griſeus nigro-nebuloſus oblongus, pedibusque antennisque ſubfuſcis.

Habitat in *Rumice acuto* & *criſpo*, folia conſumens ſubtus, unde foliorum maculæ & vitia; deliteſcit ſub foliis & ibi nidum figit reticulare flavum, intra quod mutatur.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis; Roſtrum fere longitudine thoracis. Coleoptera ſubacuminata; denticulus nullus in femore anteriore, licet craſſiore.

*LARVA* ſupra fuſca: ſubtus flava, demtis tribus primis ſegmentis corporis.

591. CURCULIO *Lapathi* longiroſtris albo nigroque varius muricatus.

Habitat in *Rumice* imprimis *aquatico*.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis. Latera capitis thoracis elytrorumque alba, muricata. *Elytra* poſtice contracta, albida, at a tergo nigricantia, muricata. *Abdomen* nigricans. *Tibiæ* rufeſcentes.

592. CURCULIO *ſcaber* longiroſtris cinereus, pedibus rufis, elytris ſcabris. *Fn.* 471.

Habitat in Plantis & Terra.

*DESCR.* Magnitudo dupla pediculi. Diſtinguitur a reliquis, quod *Elytra* fuſca albo obſoleto commaculata: adſperſa ſint ſetis breviſſimis, erectiuſculis, albis, rigidis.

593. CURCULIO *cupreus* longiroſtris obſcure æneus, ſubtus obſcurior.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Vix multum pediculum ſuperat. *Color* triſtis cupri, qui a colore cupri pilis adſperſo dependet. *Elytra* punctis latis excavatis ſtriata.

594. CURCULIO *T. Album* longiroſtris ater, abdominis lateribus poſticisque luteis.

Habi-

Habitat in *Weſtrobothnia. D. C. Solander.*

*DESCR.* Pediculo major. *Abdominis* latera juxta pectus linea alba referente.

595. CURCULIO *ruficollis* longiroſtris ferrugineus, elytris capitiſque baſi atro-cæruleis.

Habitat Calmariæ. *Modeer.*

*DESCR. Corpus* pediculo majus. *Caput* nigrum roſtro flavo. *Thorax* ferrugineus. *Elytra* nigra, fere cæruleſcentia, nitidiſſima. *Abdomen* & *Pedes* ferruginea. *Antennæ* ſubfuſcæ.

596. CURCULIO *Quercus* longiroſtris pallide flavus, oculis nigris. *Uddm. diſſ.* 25.

Habitat in Foliis *Quercus Roboris*, ſubcutaneus.

*DESCR.* Magnitudine Pulicem ſuperat. Elytra ſæpe faſciis duabus albicantibus ad baſin & ſuturam triangulum rectum formantibus.

597. CURCULIO *Polygoni* longiroſtris teſtaceus, coleoptrorum ſutura repanda. *Syſt. nat.* 10. *p.* 375. *n.* 22.

Habitat in *Polygono aviculari.* T. Bergman.

*DESCR. Thorax* obſcurius teſtaceus: lineis 3 flavis. *Elytra* valde ſtriata, flava, lineis 3 nigris ſæpius interruptis.

598. CURCULIO *Viſcariæ* longiroſtris ſubrotundus cinereus, thorace elytriſque cinereo-virentibus.

Habitat in floribus Lychnidis *Viſcariæ*, calycem terebrando eos exſiccans. *Modeer.*

*DESCR. Corpus* magnitudine pediculi, obovatum, villoſum, cinereo-virens. *Caput* & *Pedes* nigri.

599. CURCULIO *bipunctatus* longiroſtris cinereus, elytris macula nigra, tibiis flaveſcentibus. *Fn.* 470.

Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Hæc ſpecies pediculum vix magnitudine ſuperat. *Caput* & *roſtrum* atrum, glabrum. *Thorax* niger, villis cinereis veſtitus. *Elytra* ſingula nigra, ſtriata, villis cinereis veſtita, ſingula in medio macula nigra notata. *Femora* nigra. *Tibiæ* & pedes pallide flavi. *Antennæ* flavæ, articulo infimo cæteris non longiore.

600. CURCULIO *quadrimaculatus* longiroſtris nigricans, coleoptris maculis quatuor albidis.

Habitat in pratis.

*DESCR. Corpus* magnitudine Cimicis, depreſſiuſculum, ovatum, ſupra nigricans, ſubtus album. *Roſtrum*, Antennæ & Pedes nigra. *Elytra* macula alba communi una ad apicem, & uno loco ſcutelli, nec non punctum album ad marginem exteriorem ſinguli elytri.

601. CURCULIO *quinquemaculatus* longiroſtris griſeus, coleoptris maculis quinque albidis.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* *Corpus* ovatum, pediculo vix majus, nigricans. *Roſtri* apex ferrugineus, glaber. *Thorax* & Elytra ſubferruginea. Macula alba in poſtica thoracis. *Elytrorum* ſutura longitudinalis alba; macula alba ad baſin & alia verſus apicem cujusvis elytri.

602. CURCULIO *pericarpius* longiroſtris ſubgloboſus nebuloſus, coleoptris macula cordata alba. *Fn.* 461.

*Act. upſ* 1736. *p.* 16. *n.* 7. Curculio minimus cinereus ſubrotundus obtuſus.

Habitat etiam ſæpe in *Scrophularia*, imprimis *nodoſa*.

*DESCR.* Eſt magnitudine ſeminis Sinapios albi; *totus* e nigro & fuſco medius, ſcaber, ſtriatus, vellere cinereo raro adſperſus, ad ſuturas elytrorum juxta thoracem in medio *macula alba*, ex *lineola* in ſingulo elytro eodem in loco alba. *Antennarum* infimus articulus longus: ſæpe ante maculam cordatam albam obſervatur punctum nigrum; ſæpe etiam verſus caudam macula alba.

603. CURCULIO *Scrophulariæ* longiroſtris ſubgloboſus, coleoptris maculis duabus atris dorſalibus.

Curculio ſubgloboſus, punctis duobus nigris ſuturæ longitudinalis coleoptrorum, thorace exalbido. *Fn.* 460.

*Reaum. gall. v.* 3. *t.* 2. *f.* 12.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 5. Curculio globoſus, proboſcide reflexa.

*Liſt. loqu.* 395. Scarabæus exiguus cinereus, duabus maculis nigris in alarum thecis inſignitus.

Habitat in *Scrophulariæ* pericarpiis immaturis, nidum globoſum inflatum teſtaceum inter capſulas, capſulis ſimilem, e veſica teſtacea formans; occurrit etiam in *Verbaſco* magis canus.

*DESCR.* *Roſtrum* nigricans, thorace longius, quod terrefactus ſub ventrem maxime inflectit. *Thorax* exalbidus, pilis cinereis veſtitus, cum maculis duabus atris a tergo. *Elytra* glabra, ſulcata, cinereo-teſtacea: ſingula ſtriis quinque, interjacentibus lineis elevatis nigris, albis punctis; in medio dorſo, clauſis elytris, inque ipſa ſutura, punctum atrum cum puncto albo adnexo a parte poſtica; pone hunc punctum aliud punctum nigrum in ipſa ſutura coleopterorum verſus anum albedine cinctum; antennarum infimus articulus longus. *Pedes* nigri: plantæ ferrugineæ.

*LARVA* livida, gelatina tota oblita limacis inſtar, *capite* nigro.

604. CURCULIO *paraplecticus* longiroſtris cylindricus ſubcinereus, elytris mucronatis.

Curculio fuſcus, oblongus, elytris rectis acuminatis. *Fn.* 445.

*Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 1. Curculio acuminatus, longus, fuſcus.

Habitat in *Phellandrio*, *Sio*; intra caules Larva alba capite luteo, Equis lethalis.

*DESCR. Roſtrum* longum, teres. *Thorax* punctis excavatis. *Elytra*, minus quam in reliquis, gibba, recta, in apicem ſeu angulum acutum deſinentia, oblonga, ſingula ſtriis decem longitudinalibus exarata & ſimul excavato-punctata; hæ ſtriæ coëunt per paria ante apicem in ſingulo elytro. *Totum Corpus* atrum, villis conſpicuis cinereis tectum, hinc totum cinereum rore flavo ſæpe pictum. *Antennæ* magnæ, infimo articulo longiſſimo, rufeſcente; apice nigræ.

605. CURCULIO *Betulæ* longiroſtris, thorace antrorſum ſæpe ſpinoſo, corpore viridi-aurato, ſubtus concolore.

Curculio cæruleo-viridis nitens, antennis atris. *Fn.* 456.

*Pet. gaz. p.* 77. *n.* 6. Curculio parvus ſplendide viridis. (*figura Petiveri nobis deeſt*)?

*Friſch. germ.* 12. *p.* 17. *t.* 8. Scarabæus naſicornis purpureo-auratus.

Habitat Fahlunæ in *Betulis*.

*DESCR.* Eſt e mediæ magnitudinis ſpeciebus hic Curculio. Totus capite, thorace, roſtro, elytris, abdomine, pedibus cæruleo-viridi-inauratus ſeu ſericeo nitidiſſimus. Verſus poſteriora admodum obtuſus. Totum corpus punctis minutiſſimis excavatis perfuſum. *Oculi* & *antennæ* ſolæ nigræ; harum infimus articulus reliquis nullo modo longior eſt, ut in reliquis, clavatæ tamen ſunt antennæ, ut in congeneribus. Hic minime ſalit.

606. CURCULIO *Populi* longiroſtris, thorace antrorſum ſpinoſo, corpore viridi-ignito, ſubus atro-cæruleſcente.

Habitat in *Populo* tremula.

*DESCR.* Simillimus præcedenti, ſed dimidio minor. *Viridi-inaurata* ſunt Caput, Thorax, Elytra ſubſtriata. *Nigro-vireſcentia* Caput ſubtus, & Pectus. *Antennæ* nigræ, infimo articulo reliquis non longiore. Foſſula inter oculos.

607. CURCULIO *Beccabungæ* longiroſtris fuſcus, elytris ſubſanguineis margine caudaque fuſcis.

Habitat in *Veronica Beccabunga*.

*DESCR. Corpus* nigrum, magnitudine pediculi. *Thorax* ſupra fuſco-cinereus. *Elytra* fuſca diſco ferrugineo; ſeu potius ſubferruginea margine omni, etiam ſuturæ dorſalis, fuſco.

608. CURCULIO *Alni* longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris lividis: maculis duabus obſcuris.

Curculio lividus; coleopteris maculis quatuor obſcuris. *Fn.* 473.

Habitat intra folia *Alni*.

 DESCR.

*DESCR.* Saltatrix. *Magnitudo* pediculi; *maculæ* in ſingulo elytro duæ.

609. CURCULIO *Fagi* longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis.
Curculio ater, femoribus exalbidis. *Fn.* 469. *It. ſcan.* 112.
Habitat in *Fago*.
*DESCR.* *Elytra* atra ſtriata, minime cæruleſcentia. *Femora*, ſæpe & tibiæ, pallida ſ. ex albido flava. *Antennæ* nigræ, infimo articulo pallido, vix reliquis longiore. *Caput* & *Thorax* punctis excavatis.

610. CURCULIO *Salicis* longiroſtris, pedibus ſaltatoriis, elytris atris: faſciis duabus albis.
Habitat in *Salicis* floribus.
*DESCR.* *Corpus* magnitudine Pulicis majoris, atrum. *Elytra* faſcia latiore, alba, undata, ad baſin & alia in medio lineari transverſa. Salit agiliſſime ut Pulex.

611. CURCULIO *Segetis* longiroſtris, corpore piceo, elytris oblongis, femoribus ferrugineis. *Fn.* 464.
Habitat in *Frumenti* ſeminibus, quæ devaſtat.
*DESCR.* Magnitudine majoris pediculi, cylindricus, oblongus, rufoniger ſ. piceus; *Elytris* ſtriatis; *Thorace* oblongo cum capite longitudine corporis; *Femora* omnia clavata cum pedibus obſcure ferruginea.

612. CURCULIO *Pomorum* longiroſtris, femoribus anticis dentatis, corpore griſeo-nebuloſo. *Fn.* 428.
*Friſch. germ.* 1. *p.* 32. *t.* 8. Curculio in floribus arboreis.
Habitat in *floribus* Pomonæ.
*DESCR.* Pediculo paullo major. Totus nebuloſus ſ. griſeo-cinereus; faſcia duplici transverſa ſupra elytra, quarum antica ad angulum rectum, in medio, ad juncturas ſuturarum, pone coit, & alia faſcia fuſca poſterior magis transverſa; ad apicem Thoracis a tergo punctum album, *Antennæ pedesque* ſubfuſci; in femoris primi paris latere interiore verſus apicem *denticulus* robuſtus, qua nota manifeſte differt ab aliis.

613. CURCULIO *ovalis* longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore ovato nigro albo maculato.
Habitat paſſim.

614. CURCULIO *carbonarius* longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, corpore nigro oblongo, elytris ſtriatis.
Habitat in pratis.
*DESCR.* *Corpus* totum atrum. *Antennæ* apice ſubpiloſæ, *Thorax* punctis confertis, excavatis, opacis. *Elytra* profunde ſtriata. *Magnitudo* fere Curc. abietis.

615. CURCULIO *Abietis* longiroſtris, elytris fuſcis: faſciis duabus linearibus interruptis griſeis, femoribus dentatis.

Curcu-

Curculio ſubfuſcus, elytris faſciis nebuloſo-teſtaceis. *Fn.* 446.
Habitat in *Pini* cortice.

*DESCR.* Eſt Curc. Pini ſimilis, ſed dimidio minor, *totus* griſeus e cano & griſeo mixto. *Antennæ* nigræ. *Roſtrum* thorace fere longius. *Thorax* griſeus, a tergo in medio pari punctorum alborum & vix conſpicuorum. *Elytra* e cano & griſeo mixta intime, cum macula magna ferruginea in ſinguli elytri medio. *Scutellum* ſeu apex thoracis albus eſt.

616. CURCULIO *Nucum* longiroſtris, femoribus dentatis, corpore griſeo longitudine roſtri.
*Roeſ. ſuppl.* 385. *t.* 67. *f.* 5. 6.
Habitat intra *Coryli* nuces.

*DESCR.* Statura Curc. Pini, ſed minor. *Roſtrum* filiforme, tenuiſſimum, inflexum, rubrum, longitudine totius corporis. *Femora* omnia apice introrſum denticulo inſtructa, ſed primora majore.

617. CURCULIO *Druparum* longiroſtris, femoribus dentatis, roſtro rubro, elytris teſtaceis obſolete faſciatis.
Curculio rectiroſtris. *Syſt. nat.* 10. *p.* 383. *n.* 54.
Habitat in Ceraſi *Padi* nucleis.

618. CURCULIO *quinquepunctatus* longiroſtris, femoribus dentatis, elytris ſutura alba maculisque duabus.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine Pediculi, ferrugineum abdomine albo. *Thorax* ad apicem puncto albo. *Elytrorum* ſutura longitudinalis alba; punctum album in ſingulo elytro ad angulum anteriorem, & aliud in medio elytri verſus apicem.

619. CURCULIO *hiſpidus* longiroſtris, femoribus dentatis, corpore ſulcato adſperſo ſquamis erectis.
Habitat in plantis.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine Pediculi, griſeum. *Roſtrum* rubrum *Thoracis* tergum fuſcum. *Elytra* profunde ſulcata, hiſpida ſquamis erectis: faſcia albida lineari undata in medio. *Femora* omnia dentata, craſſa, longa.

620. CURCULIO *pedicularius* longiroſtris, femoribus dentatis, roſtro rubro, elytris albido-ſubfaſciatis.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Magnitudo* dupla pediculi. *Roſtrum* rubrum, rectum, longitudine fere corporis. *Elytra* griſea, obſolete faſciata. *Femora* omnia dentata.

621. CURCULIO *Liguſtici* breviroſtris, femoribus ſubdentatis, abdomine ſubovato murino.

Habitat in *Liguſtico Leviſtico.*

*DESCR.* *Corpus* majuſculum, cinereum ſ. fuſco longitudinaliter maculatum. *Abdomen* magis ſupra convexum & ovatum, quam in reliquis. *Femora* clavata mucrone obſoleto.

622. CURCULIO *tortrix* longiroſtris, femoribus dentatis, corpore teſtaceo, pectore fuſco.

Habitat intra *Populi tremulæ* folia contorta, frequens.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, ſubcylindricum, teſtaceum ſ. triſte flaveſcens. *Pectus* inter femora duo poſtrema, nigricans. *Elytra* ſubtiliſſime ſtriata. *Femora* omnia dentata.

623. CURCULIO *Pyri* breviroſtris, femoribus dentatis, æneo-fuſcus.

Curculio æneo-fuſcus; roſtro thorace breviore. *Fn.* 449.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 2. Curculio acuminatus oblongiuſculus æneo-fuſcus.

*Liſt. loqu. p.* 394 *n.* 31. Scarabæus majuſculus e nigro rufeſcens; *an?*

Habitat apud nos ſat frequens, imprimis in *Pyri* foliis.

*DESCR.* *Roſtrum* depreſſum, capite ipſo fere brevius. *Caput* & thorax punctis minutiſſimis inaequalia. *Elytra* oblonga, ſtriis ſeptem profunde excavata, interjectis ſtriis (fere elevatis) crenatis. Capiti, thoraci & elytris (quæ omnia nigra), inſidet pilus vix conſpicuus aureo-igneus. *Pedes* & *antennæ* rufeſcentes, infimo articulo longiſſimo. *Fœmina* marito duplo major, minus fuſca, magis nitens.

624. CURCULIO *argentatus* breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argentato.

Curculio femoribus omnibus denticulo notatis, corpore viridi oblongo. *Fn.* 459.

Habitat in *Quercu*, *Corylo*, *Urtica*, *Betula*, & imprimis in Foliis *Ulmariæ*.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis. *Corpore* oblongo viridi-nitente. *Roſtro* thoracis longitudine. *Coleopteris* pone acutiuſculis.

625. CURCULIO *oblongus* breviroſtris oblongus, femoribus dentatis, antennis elytris pedibusque ferrugineis.

Habitat inter Arbores.

*DESCR.* Magnitudo ſequentis. *Corpus* nigrum. *Antennæ* & *Pedes* teſtacei. *Femora* omnia dentata. *Elytra* livido-ferruginea, margine laterali inflexo nigra.

626. CURCULIO *ovatus* breviroſtris, femoribus dentatis, abdomine ovato nigro, pedibus antennisque rufis.

Habitat in arbuſtis.

DESCR.

Curculio niger; elytris rubris; capite pone elongato. *It. œl.* 153. *Fn.* 476.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 4. Necydalis rubra, capite minimo nigro.
Habitat in *Coryli* foliis, quæ involvit in cylindrum utrinque clauſum, intra quem ovum.

*DESCR.* Singularis eſt hæc Species, nec facie ad reliquas accedens. *Caput* enim, quod totum nigrum & atrum, excoriatæ vulpis caput refert, caret enim roſtro elongato, ſed breviſſimo gaudet, cui antennæ nigræ innatæ, articulo infimo reliquis non longiore: *caput* poſtice elongatum, nec thoraci immerſum, ut in reliquis. *Thorax* antice ater eſt, uti caput, pone vero ruber, ut elytra. *Elytra* ſaturate rubra, oblonga, punctis excavatis ſtriata: *Femora* nigra: Scutellum dorſi atrum eſt.

639. ATTELABUS *Monoceros* thorace in cornu ſupra caput extenſo.
Habitat in *Delphinii* floribus. *Modeer*; in Scania, *Solander.*

*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Caput* nigricans. *Antennæ* & pedes teſtacei. *Thorax* poſtice ferrugineus, antice niger, recta antrorſum exiens in cornu nigricans ultra caput extenſum, unde vere monſtroſa & inſectis inſolita facies. Elytra teſtacea: ſutura longitudinali nigra & faſcia poſtica nigra punctoque antice nigro. *Corpus* ſupra pilis brevibus adſperſum.

640. ATTELABUS *Betulæ* pedibus ſaltatoriis, corpore toto atro.
Habitat in *Betulæ* foliis, quæ rodit ut criſpa evadant, eaque primo vere deſtruit.

*DESCR.* *Corpus* pediculo majus, oblongum, atrum. *Elytra* oblonga, punctis excavatis ſtriata. *Caput* ante oculos magis anguſtatum. *Femora* craſſa. Simillimus Curculioni.

641. ATTELABUS *formicarius* elytris faſciis duabus albis baſique rubris.
Curculio niger; elytris nigris: faſcia duplici alba, baſi rubris. *Fn.* 477.
*Jonſt. inſ. t.* 15. Scarabæus minor 69 ſ. ultimus.
*Hoffn. inſ. t.* 16. *f.* 13.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 1.
*Raj. inſ. p.* 103. *n.* 29 Cantharis XXIX.
Habitat ubique ſat frequens, currit celerrime inter omnes.

*DESCR.* Neſcio quam ſimilitudinem habet cum Formica, quamvis in nulla re cum Formicis conveniat; mihi tamen ſemper ſe ſiſtit ad normam & formam Formicæ. *Caput* nigrum eſt, thoraci immerſum, depreſſum, absque ulla proboſcide, ut in congeneribus. *Antennæ* clavatæ, ori fere inſidentes, nigræ, absque infimo articulo elongato. *Thorax* ru-

M 5 fus

fus eſt & ſcaber, margine caput ſpectante nigro. *Elytra* oblonga, obtuſa, planiuſcula, nigra, punctis elevatis ſcabra, ſunt hæc baſi rubra, faſcia transverſali lineari alba duplici; quarum thoraci proprior ſupra mediam longitudinem antrorſum flexa; altera vero faſcia paullo ſupra apices elytrorum ſita, etiam alba, ſed latior, ad ſuturam longitudinalem antrorſum flexa. Capite ſubrotundo a reliquis differt.
Durities inſecti, pedum tenacitas, unguium antennarumque inſertio, mordendique conatus irritus evincunt affinitatem cum curculionibus.

642. ATTELABUS *mollis* griſeus pubeſcens, elytris faſciis tribus pallidis.
Habitat in Lucis.

*DESCR. Caput* ſerrugineum. *Thorax* niger, villoſus. *Elytra* nigra, flexilia: faſciis 3 pallidis: quarum prima ad baſin, tertia in apice. *Abdomen* rubrum. *Pedes* pallidi geniculis nigris. Totus ſubpiloſus eſt.

643. ATTELABUS *Ceramboides* ater, elytris rugoſis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR. Corpus* magnitudine Scar. ſtercorarii. *Elytra* rugoſa & varioloſa. *Antennæ* clavatæ, moniliformes. *Pedes* clavati; poſtici apice appendiculati ſ. unguiculo.

644. ATTELABUS *Bupreſtoides* ater, elytris nervoſis, thorace ſubgloboſo.
Bupreſtis ater. *Fn.* 554.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 2. Attelabus ater maximus cylindraceus, pectore craſſiuſculo: ore forficato.
*Friſch. germ.* 13. *p.* 23. *t.* 19. Scarabæus arboreus, collo craſſo.
Habitat inter quisquilias locis ſiccis.

*DESCR.* Hoc inſectum ſingulare; an hujus generis, vix certo conſtat; differt enim facies, locus, notæ plurimæ. *Os* enim longa forfice & acuta cum unico a latere interiore denticulo. *Corpus* totum atrum eſt, punctisque minimis excavatum. *Antennæ* filiformes ſunt, craſſiuſculæ, breves, nec thorace longiores. *Thorax* nullo modo marginatus; antice & poſtice, ubi articulatur, pili minutiſſimi rufi. *Caput* extra thoracem prominet; femorum poſticorum par ſpatio a reliquis magis remotum eſt, quam in ullo e noſtris nobis notis inſectis. Caput cum thorace fere adtingit longitudinem elytrorum. *Elytra* ſingula duabus tribusve ſtriis elevatis notantur.

## Cerambyx.

645. CERAMBYX *planatus* thorace marginato ſcabro antice dentato, corpore nigro, antennis pedibusque ferrugineis.
Habitat in Suecia.

*DESCR.* Magnitudo dupla pediculi. Corpus depreſſum. *Antennæ* piceæ, longi-

*DESCR.* *Magnitudo* dupla pediculi. *Antennæ* & *Tibiæ* fere piceæ ſ. obſcure rufæ, *Thorax* convexus. *Abdomen* ovatum, & valde convexum.

627. CURCULIO *cervinus* breviroſtris, femoribus dentatis, antennis baſi rufeſcentibus.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis, ſed non gibbus, colore ſordide cinereo. *Antennæ* ferrugineæ capitulo nigro. *Elytra* adparent quaſi adſperſa punctis nigris obſoletis.

628. CURCULIO *atomarius* breviroſtris, elytris abbreviatis nigris atomis albis, pedibus anticis rufis; poſticis dentatis.

Habitat in plantis.

*DESCR.* Statura Curc. chinenſis. *Corpus* fuſcum. *Elytra* atra punctis albis vix conſpicuis. *Ani* regio albida. *Antennæ* craſſiuſculæ, nigræ, baſi anguſtiore rufæ. *Femora* poſtica dente armata.

629. CURCULIO *viridis* breviroſtris, femoribus muticis, corpore viridi: ſupra obſcuro, ſubtus flavidiore.

Curculio viridis, opacus, pedibus antennisque magis fuſcis. *Fn.* 455.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo Curc. Pyri, dilute viridis, non nitens, ſtriatus ſubtus flavo-viridis. *Antennæ* nigræ ſ. rufeſcentes.

630. CURCULIO *lineatus* breviroſtris griſeus, thorace tribus ſtriis pallidioribus. *Fn.* 450

Habitat in hortis & pratis frequens.

*DESCR.* Pediculo duplo major. *Corpus* totum griſeum. *Antennarum* infimus articulus rufeſcens. *Thorax* lateribus & dorſo niger, intra quam nigredinem color griſeus ſtriarum inſtar ducitur, unica linea in tergo, & dein unica in utroque latere, hinc thorax quaſi fuſcus lineis tribus longitudinalibus pallidis ſ. cinereis exaratus. *Oculi nigri.* *Elytra* cinerea, ſingula ſtriis 4 exarata. *Roſtrum* breve, extra antennas breviſſimum & fere nullum.

631. CURCULIO *incanus* breviroſtris cinereus oblongus, elytris obtuſiuſculis. *Fn.* 452.

*Liſt. loqu. p.* 394. *n.* 30. Scarabæus fuſcus, lanugine incanus.

Habitat frequens in herbidis.

*DESCR.* Eſt præcedentibus paulo minor, oblongus, ater, ſed tenuisſimis pilis undique adſperſus, hinc cinereus ad nigredinem vergens. *Elytra* oblonga, non acuta, ut in prima ſpecie, ſtriis ad ſummum octo punctato-concavis. *Pedes* elytris concolores. *Antennæ* verſus baſin rufeſcunt, infimo articulo longiſſimo.

632. CURCULIO *albinus* breviroſtris niger, fronte anoque albis, thorace tuberculato.
Habitat in Plantis.
*DESCR.* *Roſtrum* breviuſculum, planum, ſupra lacteum. *Thorax* a tergo tuberculis tribus, mucronatis, transverſis. *Elytra* griſeo-fuſca punctis nonnullis mucronatis, apice lacteo. *Pedes* & *Antennæ* annulis albis & nigricantibus; hæ longitudine corporis.

633. CURCULIO *cloropus* breviroſtris niger, antennis tibiisque ferrugineis.
Habitat in Plantis.

634. CURCULIO *rufipes* breviroſtris cinereus oblongus, pedibus rufis. *Fn.* 453.
Habitat in Plantis.
*DESCR.* Curc. incano adeo ſimilis figura, magnitudine & colore, ut pro eodem haberi poſſit, ſed pedes, tibiæ & femora teſtaceo-rubra nuda, nec villis cinereis adſperſa: *ungulæ* ſ. duæ ſquamæ, in omnibus pedibus ad exortum unguium, ſolæ nigræ ſunt. *Antennarum* infimus articulus longisſimus. an præcedentis fæmina?

635. CURCULIO *nebuloſus* breviroſtris oblongus canus, elytris faſciis obliquis nigris.
Curculio albo nigroque varius; proboſcide planiuſculo carinato thoracis longitudine. *Fn.* 448.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 32. *t.* 23. *f.* 3. Curculio breviroſtris.
Habitat in *Roſlagia.*
*DESCR.* Color ex niveo & nigro varie mixtus, quaſi per faſcias obliquas. *Thorax* ſubferrugineus.

636. CURCULIO *ruficornis* breviroſtris, femoribus muticis, corpore atro, thorace bituberculato, antennis rubris.
Habitat in *Ligno* ſicco perforato gregarius.
*DESCR.* *Corpus* magnitudine pulicis, pulvere cinereo adſperſus, qui facile abſtergitur *Antennæ* clavatæ, rufæ, uti Tibiæ & pedes.

637. CURCULIO *ater* breviroſtris oblongus ater, antennis rufis.
Habitat - - -
*Magnitudo pediculi. Elytra tenuiſſime ſtriata.*

## Attelabus.

638. ATTELABUS *Coryli* niger, elytris rubris.

Cur-

longitudine fere corporis. *Thorax* margine utrinque ſcabro & antice mucronato. *Elytra* opaca, ſtriata, ſtria laterali elevata. *Pedes* ferruginei.

646. CERAMBYX *Faber* thorace marginato utrinque unidentato rugoſo, elytris piceis.
*Friſch. inſ.* 13. *p. t.* 18. *forte.*
Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo C. coriarii. *Antennæ* vix corporis longitudine. *Thorax* punctis excavatis rugoſus, ut totum corpus nigrum. *Elytra* non ſtriata.

647. CERAMBYX *coriarius* thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis corpore brevioribus.
Cerambyx niger, thorace planiuſculo: margine utrinque tridentato, coleopteris piceis. *Fn.* 480.
*Friſch. germ.* 13. *p.* 15. *t.* 9. Cerambyx niger, antennis ſerratis.
*Raj. inſ.* 95. Cerambyx maxima, cornibus magnis articulatis & reflexis.
Habitat ad *Medevi* acidulas.

*DESCR.* Corpore maximo, antennis longiore, planiuſculo; facies ferme Scarabæi tridentati.

648. CERAMBYX *meridianus* thorace ſpinoſo, elytris faſtigiatis fuſco ſ. antice ſubteſtaceis, pectore nitente.
Leptura meridiana. *Syſt. nat.* 10. *p.* 398. *n.* 7.
Habitat paſſim.

*DESCR. Femina* tota nigricans. *MAS* Pectore, Abdomine, Pedibus, exceptis geniculis nigris, teſtaceus. *Elytra* ſubteſtacea, apice nigra. *Thorax* parce ſpinoſus, etiam abdomen certo ſitu aureo reſplendentia.

649. CERAMBYX *lamed* thorace ſpinoſa pubeſcente, elytris faſtigiatis lividis: faſcia obſcura longitudinali flexuoſa, antennis brevioribus.
Leptura nigra, elytris nigricante lividoque variis. *Fn.* 498.
Habitat in *Roſlagia.*

*DESCR.* Magna. *Elytra* livida baſi & medio extrorſum livido, reliquo nigricante, ſ. faſciæ duæ latæ obliquæ fuſcæ. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* utrinque ſpinoſus.

650. CERAMBYX *nebuloſus* thorace ſpinoſo, elytris ſubfaſtigiatis: punctis faſciiſque nigris, antennis longioribus.
Cerambyx cinereus, elytris punctis nigris faſciaque nigra, antennis corpore ſeſquilongioribus. *Fn.* 483. *It. gotl.* 273.
Habitat in Gotlandia ad fodinas Burvicenſes.

DESCR.

*DESCR.* Hic inter minores omnino numerandus eſt. *Caput* nigricans. *Antennæ* corpore ſeſquilongiores apice tenuiſſimæ: articulis ſingulis ſuperne nigris inferne pallidis. *Thorax* utrinque denticulo notatus, ſuperne cinereus punctis nigris maculatus. *Elytra* cinerea, punctis minimis excavata, non ſtriata, præterea punctis inæqualibus nigris irrorata, denſius verſus baſin; faſcia dein nigra transverſalis latiuſcula in medio elytrorum.

651. CERAMBYX *hiſpidus* thorace ſpinoſo, elytris ſubpræmorſis: punctis tribus hiſpidis, antennis hirtis longioribus.

Cerambyx cinereus; elytris præmorſis nigris punctis faſciaque alba, antennis corpore ſeſquilongioribus. *Fn.* 484. *t.* 1.

Habitat ſæpe in domibus.

*DESCR.* Longitudo muſcæ domeſticæ, ſed anguſtior. *Totus* cinereus eſt, punctisque nigris irroratus: ſtriæ aliquot elevatæ in elytris, & faſcia alba transverſalis latiuſcula in medio elytrorum, baſi tamen paullo propior. *Thorax* aculeis prominulis, præſertim lateralibus. *Antennarum* articulis ſuperne nigris, inferne cinereis. *VARIETAS* in aliis faſcia albida cordata in parte anteriore coleopterorum; poſtica pars elytrorum retuſa, acute præmorſa ſ. dentata.

652. CERAMBYX *moſchatus* thorace ſpinoſo, elytris obtuſis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.

Cerambyx viridi-cæruleſcens, antennis corpus ſubæquantibus. *Fn.* 478.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 120. *n.* 1. Cerambyx viridi-æneus.

*Mouff. lat. p.* 133. *f. ult.* Cerambyx tertius. p. 134.

*Liſt. loqu. p.* 384. *n.* 11. Scarabæus magnus ſuaviter olens.

*Raj. inſ. p.* 81. *n.* 17. Scarabæus Capricornus dictus major viridis odoratus.

*Friſch. germ.* 13. *p.* 17. *t.* 11. Scarabæus arboreus cæruleo-viridis.

Habitat in Salice, odorem ſpargens gratum & fragrantisſimum.

*DESCR.* Quoad ipſum corpus inter noſtras maxima eſt hæc ſpecies; *Totus* cæruleo-viridis aureo nitens. *Abdomen* ſupra cæruleum. *Alæ* nigræ. *Pedes* colore cum reliquo corpore conveniunt; pedum tarſi ſubtus villoſi, glauci; Tibia terminatur ſpina. *Thorax* utrinque mucrone gaudet,, intra hos mucrones tria tubercula paullo minora, elytris propiora, & nonnulla alia tubercula adhuc minora anterius. *Elytra* minutiſſimis rugis, fibrisque tribus longitudinalibus parum elevatis notata, oblongo lanceolata, flexilia. *Antennæ* vix longitudinem corporis adtingunt, harum articuli per gradus verſus extremitatem breviores ſunt, contrario ac in reliquis modo.

653. CERAMBYX *ædilis* thorace ſpinoſo: punctis quatuor luteis, elytris obtuſis nebuloſis, antennis longiſſimis.

Ceram-

Cerambyx nebuloſus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quaternis luteis. *Fn.* 479.
*Mouff. lat. in appendice tab. penult.* (*Mas.*) *p.* 151. *f.* 2. Scarabæus VII. ex Ruſſia.
*Pet. gaz.* 14. *t.* 8. *f.* 8. Capricornus ruſticus cinereus, cornubus longiſſimis.
*Friſch. germ.* 13. *p.* 18. *t.* 12. Scarabæus arboreus, antennis longiſſimis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 120. *n.* 2. & 3. Cerambyx fuſcus, antennis corpore quater longioribus.
*It. œl.* 8. Cerambyx nebuloſus &c. ut ſupra.
*Smolandis* Timberman.
Habitat frequens in linteribus & arborum truncis decorticatis, dum ex his domos exſtruunt ruricolæ, hinc pueris noſtris dicitur Timberman, i. e. Aedilis; omnibus notisſima ſpecies: vulgus hunc lædere religioni apud nos ducit.

*DESCR.* Pollicem transverſum longum eſt corpus, totum cinereum. *Elytra* obtuſa, pilis minutiſſimis adſperſa, inter quos pilos tubercula ſeu puncta minutiſſima prominent confertiſſima; umbra nigricans coleoptera transverſim ambit verſus poſteriora in medio curvata. *Thorax* etiam cinereus, mucrone utrinque prominulo, & punctis quatuor luteis transverſalibus a tergo. *Oculi* nigri, punctum pone antennas nigrum. *Antennæ* ipſo corpore quintuplo longiores, ex 10 articulis cinereis, verſus apicem nigris, quo capiti propiores, eo breviores. *Alæ* nigricantes, venis fuſcis.
Fæmina ano prominet; huic antennæ ipſo corpore triplo longiores; maris autem cornua quintuplo vel ſextuplo corpore longiora.

654. CERAMBYX *alpinus* thorace ſpinoſo, coleoptris obtuſis: faſcia maculisque quatuor atris, antennis longis.
Cerambyx ſubcæruleſcens, faſcia maculisque quatuor nigris. *It. ſcan.* 260. *
Habitat in Scania, Blekingia.

655. CERAMBYX *Sutor* thorace ſpinoſo, elytris obtuſis atris ſubnebuloſis, ſcutello pallido, antennis longiſſimis.
Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis ſparſis; antennis corpore longioribus, thorace ſpinoſo. *Fn.* 482.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* magnus & ater eſt. *Oculi* nigri pone antennas excurrentes. *Thorax* utrinque angulo majori armatur; macula ferruginea ad baſin elytrorum introrſum. *Thorax & Elytra* atra punctis ſparſis fere contiguis excavatis (nudo oculo manifeſtis). Puncta flava, ſparſa ſuper thoracem & elytra. *Mas* antennis nigris triplo aut quadruplo corpore longioribus; *Fæmina* antennis corpore ſeſquilongioribus nigris, articulis ſingulis verſus baſin cinereis.

656.

656. CERAMBYX *Textor* thorace ſpinoſo, elytris obtuſis convexis atris, antennis mediocribus.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* nigrum atomis cinereis irroratum. Maculæ ferrugineæ in Pectore & Abdomine.

657. CERAMBYX *Fur* thorace ſpinoſo gibboſo, coleoptris ovatis: faſcia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.

Cerambyx teſtaceus; elytrorum faſcia duplici albida, thorace ſpinoſo. *Fn.* 487.

Habitat ſæpe in herbariis antiquis, ubi e foliis farinam conficit & coacervat. Deſtruit Muſea peſſimus omnium. Conſumit etiam Tabacum viroſſimum. Arſenico cum alumine uſto occiditur *Kramer*. Frequens etiam in pane ſicco diutius aſſervato.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Corpus* totum teſtaceum. *Elytra* vero ſaturatius colorata, ſuper quæ faſciæ duæ albæ, quarum pectori propior in medio non cohæret, altera ano propior retrorſum in medio arcuatur ſeu flectitur. *Abdomen* ovatum & convexum admodum eſt. *Thorax* anguſtus mucrone utrinque prominulo; dum incedit anus terræ incumbit. Medius quaſi eſt inter Dermeſtes & Cerambyces, cum caput ſub collo retrahat & antennas non ſetaceas, ſed filiformes gerat.

658 CERAMBYX *Curſor* thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.

Cerambyx rufus, coleopterorum lineis tribus nigris longitudinalibus. *Fn.* 481.

Habitat in *Smolandia*, *Scania*, *Dalekarlia.*

*DESCR.* Eſt hæc ſpecies inter maximas hujus generis. Abdomen, pedes, os, frons obſcure rubra; ſed *abdomen* pilis canis tectum. *Thorax* aculeis lateralibus majoribus, utrinque ſolitariis apice rubris; & pluribus minoribus intermediis. Inter antennas duo tubercula rubra. *Elytra* tuberculis elevatis ſcabra, villisque minimis adſperſa. Elytra ad baſin angulos formant, e quibus ad apicem faſcia ſeu linea lata nigra excurrit, ut & a Scutello per utrumque elytron, ſecundum longitudinem ſuturæ; linea intermedia lata nigra uſque ad apicem elytrorum.

659. CERAMBYX *inquiſitor* thorace ſpinoſo, elytris nebuloſis fuſco-ſubfaſciatis, antennis brevioribus.

Cerambyx cinereus nigro-nebuloſus; antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo. *Fn.* 485.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 1. Necydalis cinereo-maculata ſulcata.

β Cerambyx cinereus, coleoptrorum faſciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo. *Fn.* 486.

Habi-

Habitat paſſim in Sylvis.

*DESCR. Caput* vellere cinereo punctisque vix conſpicuis nigris ſub vellere; pone oculos verſus pectus nigrum; punctum pone antennas nigrum. *Antennæ* cinereæ, undecim articulis, corpore dimidio breviores, antrorſum protenſæ: tibiæ ad apicem duabus ſpinis armantur. *Thorax* cinereus, margine laterali nigro, in cujus medio mucro niger. Linea nigricans longitudinalis thoracis in medio tergi. *Elytra* oblonga, arcta, ſtriis tribus longitudinalibus elevatis nitidiuſculis; cæteroquin nebuloſa ſunt elytra ob maculas nigricantes temere ſparſas; (& in quibusdam faſcia duplex transverſa nigra lateribus teſtacea). Totum corpus alias cinereum, nigro nebuloſum, qui cinereus color a pilis minutiſſimis, ad cervinum colorem accedentibus, oritur.

β Hic antecedenti ſimilis magnitudine, ſutura, facie, ſed elytra, quæ magis fuſca, gaudent duabus faſciis flavis adproximatis in medio elytrorum.

660. CERAMBYX *carcharias* thorace mutico cylindrico, corpore griſeo nigro-punctato, antennis mediocribus.
Cerambyx griſeus nigro-punctatus, thorace inermi. *Fn.* 493.
*Pet. gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 1. Capricornus norvegicus nigreſcens, vaginis punctatis maculisque pallidis adſperſis.
Habitat in ſylvis. *Mas* cinereus. *Femina* griſea.

*DESCR.* Totum corpus ſupra & infra lana griſea l. pallide-flaveſcenti-cinerea veſtitur, per quam puncta glabra, ſparſa, conferta emergunt. *Corpus* præcedenti craſſius, maxillæ nigræ. *Antennarum* articuli griſei, ſed apicibus nigri.

661. CERAMBYX *Populneus* thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.
Habitat in *Populotremula.*

662 CERAMBYX *cylindricus* thorace mutice cylindrico: linea albida, elytris faſtigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.
*Roeſ. inſ.* 2. *p.* 21. *t.* 3.
Habitat intra *Coryli* lignum.

*DESCR. Corpus* minus, atrum, opacum, punctis minimis ſparſis cavis. *Thorax* cylindricus linea longitudinali albida. *Antennæ* longitudine corporis. *Pedum* Tibiæ & dimidia pars femorum anterioris paris ferruginea.

663. CERAMBYX *linearis* antennis mediocribus, thorace cylindrico mutico, niger, pedibus omnibus totis luteis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Simillimus C. cylindrico, at duplo major, magisque niger. *Antennæ* longitudine corporis. *Pedes* toti lutei.

664.

664. CERAMBYX *oculatus* thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris faſtigiatis linearibus nigris.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* *Corpus* teſtaceum uti abdomen & pedes. *Thorax* cylindricus a dorſo punctis duobus nigris. *Antennæ* longitudine corporis.

665. CERAMBYX *ſerraticornis* thorace mutico ſubovali, corpore lurido-fuſco, antennis compreſſis ſerratis mediocribus.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* *Antennæ* valde compreſſæ & multum ſerratæ. *Corpus* totum pallide fuſcum.

666. CERAMBYX *ruſticus* thorace mutico ſubrotundo nudo, corpore lurido, antennis ſubulatis brevioribus.
Cerambyx fuſcus, punctis thoracinis impreſſis. *Fn.* 492.
*Friſch. inſ.* 13. *p.* 21. *t.* 14.
Habitat paſſim in ſylvis.
*DESCR.* *Antennæ* corpore paullo breviores: *Corpus* lineare, fere glabrum: ſingula *Elytra* ſtriis duabus elevatis. *Abdomen* ferrugineo-fuſcum; a tergo duæ cavitates impreſſæ, excepta linea longitudinali.

667. CERAMBYX *violaceus* thorace mutico ſubrotundo pubeſcente, corpore violaceo, antennis mediocribus.
Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis. *Fn.* 495.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 33. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 1. Scarabæus arboreus, totus violaceus.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 4. Bupreſtis collari nigro: elytris æneo-cæruleis.
Habitat in hortis & ſylvis.
*DESCR.* Totum corpus e violaceo nitens, colore aureo & ſericeo ſuperbit. Thorax & elytra punctis contiguis excavata. *Antennæ* corpore fere breviores, nigræ: *Femora* clavata cum pedibus atra. *Abdomen* nigrum. *Thorax* elytris obſcurior, ad Lepturam aliquatenus accedit. *Thorax* planiuſculus rotundatus absque ſpinis ullis. *Elytra* pone rotundata, nec præmorſa, planiuſcula.

668. CERAMBYX *ſtriatus* thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris ſtriatis, antennis brevibus.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* *Habitus* præcedentis, ſed Elytra non ſtriata. *Thorax* orbicularis, convexus. *Antennæ* corpore breviores.

669. CERAMBYX *variabilis* thorace mutico ſubrotundo inæquali glabro, pectore anoque ferrugineo, antennis mediocribus.
*Friſch. inſ.* 12. *p.* 345. *t.* 6. *f.* 3. 4.

Habi-

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Similis C. violaceo ſed minor; variat colore. *Alter* violaceus; *Thorax* ſubferrugineus. *Pedes* ferruginei. Femora clava nigra. *Alter* Thorace elytrisque lividis; femoribus ſimilibus.

670. CERAMBYX *teſtaceus* thorace mutico ſubrotundo glabro, corpore teſtaceo, antennis mediocribus.

Cerambyx teſtaceus, thorace glabro. *Fn.* 491.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 3. Bupreſtis collari glabro; elytris teſtaceis.

Habitat in Suecia non infrequens.

*DESCR.* Vix a ſequenti differt, niſi ſola hirſutie thoracis. Antennæ longitudine corporis, uti femora & pedes teſtaceo-ruſeſcentes. Thorax inæqualis, teſtaceus. Elytra punctis excavata, non ſtriata, teſtacea.

671. CERAMBYX *curculionoides* thorace mutico: ocellis quatuor nigris elytrisque ſeſquialteris, antennis ſublongioribus.

Habitat Calmariæ. Ad. Modeer.

*DESCR.* Magnitudo media. *Corpus* nebuloſum, ſtrigis flavis undulatis ſparſis. *Thorax* à tergo ocellis quatuor atris iride flava: quorum anteriores majores prioribus approximati. *Elytra* ſingula, in medio, ocello ſimili, & inter hos ocello communi utriſque elytris.

672. CERAMBYX *bajulus* thorace mutico ſubrotundo villoſo: tuberculis duobus, antennis brevibus.

Cerambyx nigricans, thorace villoſo cinereo punctis duobus glabris. *Fn.* 489.

*Friſch. germ.* 13 *p.* 17. *t.* 10. Scarabæus arboreus, antennis parvis, collari cinereo duobus punctis.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 1. Bupreſtis collari villoſo, elytris cinereis.

β Cerambyx teſtaceus, thorace villoſo cinereo: lineolis duabus glabris. *Fn.* 490.

Habitat in lignorum acervis.

*DESCR.* Totus niger eſt cum cineritiei mixtura. *Corpus* totum ſcabrum vel inæquale punctis prominulis inordinatis & pilis cinereis vagis. *Thorax* vero totus hirſutus, cinereus ſ. niger pilis albis & duobus à tergo punctis prominulis glabris, quibus ab omnibus differt. *Antennæ* nigræ, parvæ, corpore dimidio breviores. *Oculi* in quibusdam deaurati. *Pedes* nigri; tibiæ duplici ſpina terminatæ; in dorſo elytrorum faſcia alba undulata ſed obſoleta, ut vix viſibilis ſit. *Femora* clavata. *Elytra* flexilia. Denticuli nulli in thorace.

β Facies antecedentis, ſed omnino minor. *Antennæ* corpore breviores, teſtaceæ. *Thorax* villoſus, cinereus ſ. niger pilis albis: a tergo punctis duobus oblongis, glabris. *Elytra* teſtacea, antennis pallidiora, punctis excavata, non tamen ſtriata. *Femora* nigra. *Oculi* aurati. *Antennæ* pilis adſperſæ, tertio articulo longiſſimo; ſæpe faſcia alba obſoleta in dorſo; hinc adfinitas cum præcedente ſumma.

673. CERAMBYX *ſanguineus* thorace mutico ſubrotundo elytriſque ſanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus
Habitat Upſaliæ Iſ. Uddman.

*DESCR. Simillimus* C. bajulo, *ſed thorax magis depresſus, ater, at thorax ſupra, ſcutellum, elytra & anus ſanguinea, holoſericea tomento vix conſpicuo.*

674. CERAMBYX *fennicus* thorace mutico ſubrotundo: tuberculis ſubferrugineo-obſoletis, elytris violaceis, antennis longiuſculis.
Habitat in Finlandia.

*DESCR. Thorax* niger, depresſiuſculus, lateribus una cum pectore rufus. *Abdomen* nigrum apice ferrugineo. *Pedes* rufi: femoribus nigris.

675. CERAMBYX *undatus* thorace mutico ſubrotundo tuberculato, elytris faſciis duabus undulatis, antennis ſubmediocribus.
Cerambyx niger; elytrorum faſciis duabus albis undulatis. *Fn.* 488.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 6. Cerambyx cinereus, faſciis duabus pallidis.
Habitat in quisquiliis.

*DESCR. Antennæ* longitudine corporis. *Femora* atra. *Caput & thorax* nigra tuberculis a tergo, absque angulis lateralibus. *Elytra* nigra, poſtice palleſcentia punctis excavatis, e quorum cavitatibus pilus exſurgit: duplex faſcia alba transverſa undulata, ſimiliter punctis excavata.

676. CERAMBYX *caſtaneus* thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis mediocribus.
Habitat in ſylvis.
*DESCR.* Magnitudo præcedentis, ſed paulo anguſtior. *Thoracis* latera rufa. *Femora* poſtica nigra. *Affinis* Cer. ruſtico, ſed minor.

## Leptura.

677. LEPTURA *aquatica* deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis. *Fn.* 509.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 33. *t.* 3 *ic.* 6. *f.* 2. Scarabæus arboreus purpureo-aureus medius.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 3. Leptura rubro-ænea.
Habitat locis humentibus, ſæpe in foliis *Nymphææ* & *Caricis* obvia. Pupa ſæpe radicibus *Phellandrii* adhæret ſubgloboſa brunnea.
*DESCR.* Tota cupreo-aurata; capite, thorace, elytris pedibus punctis minutiſſimis, fere contiguis, excavatis, ſed in *Elytris* digeſta ſunt puncta in 10 circiter ordines longitudinales, vix tamen inde ſtriata ſunt elytra

Ocul-

*Oculi* nigri. *Antennæ* fuſcæ; lente inſpectum egregium plane eſt animal; hæc præcedentibus omnibus minor. *Elytra* truncata apice dum recens ſunt Elytra rubro ænea, lateribusque viridi-ænea; punctum nigricans pone antennas prominens. *Abdomen* a capite verſus caudam viſum albo-argenteum eſt, a cauda vero verſus caput nigrum. *Femora* articulantur cum corpore ſingulari artificio, globo ſcilicet intra cavitatem recepto. *Pedes* poſtici reliquis duplo longiores; horum femora compreſſa, verſus baſin anguſtiora, verſus genua, latere interiore denticulo notata. *Antennæ* admodum approximatæ & baſi fere contiguæ; in medio circiter *elytrorum* foveola depreſſa angulum elytri reſpiciens. *Corpus* poſtice anguſtatum.

β Leptura ſubænæo-violacea; femoribus poſticis dentatis.
*Raj. inſ. p.* 100. Cantharis arundines frequentans tertia.
*Act. upſ.* 1736. *n.* 1. Leptura cæruleo-nigra
*n.* 2. Leptura viridi-ænea.
Habitat ad ripas ſabuloſas & arenoſas frequens, ut in *Nymphæa*.

*DESCR. Corpus* oblongum, glabrum, vel violaceum ſ. e. nigro-cæruleſcente-æneum, vel viridi-æneum (forte ſexus differentia). *Thorax* cylindraceus. *Antennæ* filiformes, antrorſum directæ, nigræ. *Abdomen* cinereum, magis obſcurum, a parte anteriore viſum albeſcens. *Elytra* ſtriata, punctorum decem circiter ordinum, excavatorum; lente viſa ſunt pulcherrima; apex elytrorum truncatus, niger. *Femora* poſtrema maxima & longitudine & craſſitie, rubra, ubi craſſiora nigra; hæc femora ſubtus uno alterove denticulo acuto, ut in chelis Cancri.

678. LEPTURA *melanura* elytris rubeſcentibus lividisve, ſutura apiceque nigris, thorace poſtice mucronato.
Leptura nigra, elytris rubeſcentibus lividis *Fn.* 499.
*Raj. inſ. p.* 97. *n* 6. Cerambyx capite, ſcapulis, antennis nigris, elytris flavis: extremitatibus nigris.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 5. Leptura elytris teſtaceis, apice nigris (quæ mas).
*n.* 4. Leptura elytris rubris.
*Pet. gaz.* 46. *t.* 30. *f.* 5. Capricornus hamſtad. exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.
Habitat ſat frequens in nemoribus.

*DESCR. Corpus* totum cum pedibus, antennis, omnibusque partibus, exceptis elytris, nigrum, oblongum, pone anguſtatum. *Thorax* absque ſpinis. *Abdomen* & tota infima ſuperficies nigra quidem eſt, ſed certo reſpectu ad lumen, ſi anterius inſpiciatur, alba. *Elytra* attenuato-præmorſa apicis angulis utrisque acutis. Colore differunt elytra; aliis enim ſunt ſaturate rubra absque ulla nigredine, & hæ *Fœminæ* ſunt: aliis rubra, apice nigra ut & margine elytrorum exteriore & interiore; aliis teſtacea apicibus nigris & margine exteriore nigro, & hi *mares* ſunt. *Elytra* infinitis punctis excavata, non tamen ſtriata, & villis quibusdam vix conſpicuis, præſertim verſus poſteriora, adſperſa. *Thorax* & caput in quibusdam flava hirſutie adſperſum. *Penis* longiſſimus. *Tibiæ* omnes ſpina terminatæ.

β Leptura nigra: elytris thoraceque flaveſcente. *Fn.* 501.
*Gadd. diſs.* 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obſolete ſordideque flaveſcentibus.
Habitat - - -
Hæc præcedenti minor, facie eadem, & forte ſola varietas; ſed *Elytra* minime rubra, verum obſolete ſordideque flaveſcentia, verſus baſin angulata; nec *Abdomen* antice viſum album nitidumque adparet.

679. LEPTURA *ſangvinolenta* nigra, elytris ſangvineis.
Habitat in Suecia.
*DESCR.* Similis L. melanuræ & rubræ, ſed tota nigra, exceptis elytris ſolis & totis ſangvineis.

680 LEPTURA *teſtacea* nigra; elytris teſtaceis, tibiis rufis, thorace poſtice rotundato.
Habitat in Europa.
*DESCR.* Statura Lept. melanuræ, ſed paulo major. *Elytra* teſtacea, truncato-ſpinoſa, absque nigredine ulla.

681. LEPTURA *rubra* nigra; thorace, elytris, tibiisque purpureis. *Fn.* 500.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 37. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.
Habitat - - -
*DESCR.* Lept. melanura (quæ vulgaris) duplo major eique ſimillima. Elytra, Thorax & Tibiæ (ſed non femora) coccinea; reliquum corpus nigrum eſt, & ſub ventre, ante inſpectum, albo lucens.
β Leptura nigra thorace elytrisque rufis. *De Geer.*
Habitat in Roſlagia.
*DESCR.* Magna ſatis eſt. *Tibiæ* flavæ.

682. LEPTURA *virens* viridi-flava, antennis luteo viridique variegatis. *Fn.* 496.
*Liſt. mut. t.* 18. 23?
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 6. Leptura maxima nigra, ſubtus vireſcens.
*DESCR.* Inter Species hujus generis hæc maxima nobis eſt. Totum *Corpus* in ſe ſpectatum atrum eſt, ſed pectus, thorax, abdomen, pedes, & maxima ex parte caput vellere e viridi-flavo tecta. *Elytra* non ſtriata, punctis tamen minutiſſimis adſperſa; ad baſin ſuturæ longitudinalis elytrorum villoſitas pectori concolor. Corpus pone adtenuatum & elytra præmorſa. Hæc ſpecies ſolis antennis ab omnibus nobis notis differt, quarum ſinguli articuli inferne lutei, ſuperne nigri; hinc monilis inſtar e nigro & luteo variegatis. *Variat* etiam elytris viridibus, adeoque toto corpore viridi: elytrorum color luteo-viridis dependet a vellere minutiſſimo, quo deraſo elytra nigra ſunt. *Femora* poſtica absque denticulo & Thorax absque angulis.

683. LEPTURA *ſericea* viridi cærulea, elytris ſubfaſtigiatis.
Habi-

Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine Lept. aquaticæ, ſed cæruleum, nitens totum. *Antennæ* nigræ vix corporis longitudine. *Thorax* quaſi medius inter Lepturas & Cicindelas. *Elytra* punctato-ſtriata.

684. LEPTURA *quadrimaculata* nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris. *Fn.* 502.
Habitat in ſylvis. *R. Haſt.*

*DESCR.* Eſt inter maximas. Omnia nigra, ſed thorax & abdomen lana cinerea, in ſingulis *Elytris* macula una anterius paullo minor, altera poſterius major magis quadrata & magis ſaturate ferrugineo-nigra.

685. LEPTURA *interrogationis* nigra, elytris lividis: faſcia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.
*Uddm. diſs.* 35. *t.* 1. *f.* 2. Leptura Lamed. *mas & femina.*
Habitat in Sylvis.

686. LEPTURA *ſexmaculata* nigra, coleoptris teſtaceis: maculis ſex nigris margine connexis. *Fn.* 504.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 7. Leptura elytris teſtaceis, maculis nigris.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Totum animal nigrum eſt omnibus partibus, ſed *Elytra* teſtacea, apice truncata, nigra macula terminata; in medio macula nigra margini exteriori annexa, quadrata; juxta baſin macula oblonga, angulata, margini exteriori adnexa; intra hanc verſus ſuturam longitudinalem macula ovata, nigra, parva, interiori margini adnexa: ergo elytra teſtacea ſ. pallida margine exteriori & interiori nigro; maculæ ad apicem elytrorum clauſis coleoptris conficiunt ſimul unicam nigram maculam; in medio duæ maculæ quadratæ margini exteriori adnexæ conſtituunt binas diſtinctas maculas; maculæ ad baſin elytrorum angulatæ & parum ſinuatæ, margini exteriori adnexæ conſtituunt binas alias maculas; ſed maculæ ovatæ, intra has interiori margini elytrorum adnexæ, ſimul coëunt in unam, adeoque ſex maculæ, connexæ omnes margini elytrorum interiori nigro. *Pedes* ſpina terminati.

687. LEPTURA *quadrifaſciata* nigra, elytris teſtaceis: faſciis quatuor nigris, thorace poſtice mucronato.
Leptura nigra, elytris macularum ferruginearum quatuor paribus. *Fn.* 505.
Habitat in ſepibus. *Malmborg.*

*DESCR.* Eſt e maximis ſui generis. *Corpus* totum nigrum, ut & *Elytra* quæ maculis ferrugineis quatuor parium inſigniuntur, quarum intermediæ undulatæ ſunt. *Thorax* poſtice complicatus quaſi eſt, vel *Elytra* teſtacea, faſciis quatuor nigris undulatis transverſis, ultima terminatrice.

688. LEPTURA *attenuata*, elytris faſtigiatis attenuatis fulvis: faſciis quatuor nigris, pedibus teſtaceis, thorace poſtice mucronato.



Habi-

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* poſtice valde attenuatum, *Caput*, *Thorax*, *Pectus* nigra. *Abdomen* ferrugineum apice nigro. *Elytra* faſciis quatuor flavis, totidemque nigris.

689. LEPTURA *nigra* elytris faſtigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo, thorace poſtice mucronato.
Leptura nigra tota. *Fn* 503.
Habitat ad acidulas Medevienſes.

*DESCR.* Majuſcula. *Elytra* anguſta.

690. LEPTURA *virginea* thorace globoſo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.
Cicindela elytris viridi-cæruleſcentibus, abdomine fulvo. *Fn.* 552.
Habitat in nemoribus ad radices montium.

*DESCR.* *Caput* & *Thorax* cum pedibus antenniſque nigra. *Abdomen* poſt pedes fulvum. *Elytra* viridi-cæruleſcentia, nitida, punctis ſparſis excavata. *Antennæ* 10 articulis.

691. LEPTURA *collaris* thorace globoſo abdomineque rubris, elytris nigris.
Cicindela atra, thorace rufo, elytris nigro-cæruleis. *Fn.* 551.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* totum atrum, glaberrimum, ſed *Thorax* globoſus ferrugineus, ut & *Abdomen* poſt pedes, a tergo flavum.

692. LEPTURA *ruſtica* thorace globoſo tomentoſo, elytris cinereis: faſciis linearibus albis undulatis.
Habitat in Sylvis rarius.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, atro-cinereum, fere tomentoſum. *Coleoptra* faſcia una alterave, lineari, albida, undulata.

693. LEPTURA *myſtica* thorace globoſo tomentoſo, elytris fuſco-cinereis antice rufis; faſciis linearibus arcuatis lataque canis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo media. *Corpus* nigrum. *Elytra* a baſi fere ad medium ferruginea: lineæ aliquot niveæ concurrunt in angulum acutum ad ſuturam dorſalem; ante apicem faſcia albida.

694. LEPTURA *detrita* thorace globoſo nigricante, elytris fuſcis: faſciis quatuor transverſis flavis, pedibus rufis.
*Uddm. diſs.* 31.
Habitat paſſim in Sylvis.

DESCR.

*DESCR. Thorax* ſubgloboſus, fuſcus annulis 2 flavis. *Elytra* ſubfuſca baſi linea obſoleta flava; dein interrupta; demum 2 latiores ad apicem; ipſe apex flavus. *Pedes* & *Antennæ* flavæ.

695. LEPTURA *arietis* thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis flavis: ſecunda antrorſum arcuata, pedibus ferrugineis.

Leptura nigra, elytrorum lineis transverſis flavis, pedibus teſtaceis. *Fn.* 507. *It. ſcan.* 188.

*Raj. inſ. p.* 82. *n.* 22. Scarabæus medius, abdomine longo anguſto, niger, lineolis & maculis luteis pulchre variegatus.

*Friſch. germ.* 12. *p.* 32. *t.* 5. *f.* 3.

*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 1.

*Isqu. p.* 385. *u.* 14. Scarabæus niger, lineolis quibusdam luteis diſtinctus, ſubcroceis pedibus.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 8. Leptura elytris nigris lineis flavis.

Habitat in pratis inter arbores, & in hortis.

*DESCR.* Eſt tota fuſco-nigra, oblonga, anguſta. *Thorax* margine ſuperiore flavus eſt. *Scutellum* ubi elytra conjungûntur puncto flavo notatur. Ad angulos *Elytrorum* macula oblonga, transverſa, in utroque elytro, quæ ambæ non coëunt: in medio elytri utriusque eſt linea flava, arcuata, flexura deorſum ſpectante, pede interiore verſus ſuturam cum oppoſita fere coëunte, hinc figura arietis; intra hanc & apicem linea transverſa flava cum oppoſita connexa; apex elytrorum flavus, ut & anus. caput, thorax & elytra villis tenuiſſimis tecta ſunt. *Elytra* apice truncata, licet extus præ pilis vix conſpicue. *Pedes* rufeſcentes; tibiæ ſpina terminatæ. *Antennæ* rufeſcentes, ſuperne fuſcæ. *Alæ* dum parum dehiſcunt elytra aurato-purpurea lucent. Lineæ 4 flavæ ſub abdomine.

696. LEPTURA *arcuata* thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis linearibus flavis tribus retrorſum arcuatis, pedibus ferrugineis.

*Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 4. *f.* 1.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR. Antennæ* & *Pedes* poſtici ferruginei. *Corpus* atrum. *Caput* linea flava antice, & inter antennas & ad baſin. *Thorax* antice linea flava & duabus in medio ad latera. Puncta lutea: unum *Elytris* commune ad baſin; dein unum utrinque; tum unum commune majus; demum punctum cum lineola; tandem arcus in ſingulo elytro & dein arcus communis; ultimo apices elytrorum lunula lutea terminati.

697. LEPTURA *ſcalaris* thorace ſubrotundo, coleoptris linea ſuturali flava dentata punctisque flavis.

Cerambyx niger, coleopterorum faſcia longitudinali flava dentata: punctis flavis. *Fn.* 494.

N 4 *Jonſt.*

*Jonſt. inſ. t.* 15. Scarabæus minor 52.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 29. *t.* 3. *ic.* 3. Scarabæus arboreus medius, elytris nigris, ornamentis flavis.
*Act. upſ* 1736 *p.* 20. *n.* 7. Cerambyx cinereus, faſcia alba.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Tota nigra eſt, oblonga, lævis. *Thorax* vellere flavo indutus, macula nigra, quadrata in dorſo; utrinque ad latera gibbus. *Elytra* nigra, glabra, punctis minutiſſimis excavatis, ſutura longitudinali flava, dentibus variis oppoſitis, quorum par primum incurvum, ſecundum transverſum, tertium adſcendens, quartum deorſum gibbum, quintum minimum, ſextum ultimum adſcendens per marginem exteriorem; puncta aliquot difformia, flava, in medio elytrorum. *Antennæ* corpore paulo longiores. Flavedo omnis e villis minutiſſimis conſtat.

698 LEPTURA *præuſta* thorace ſubgloboſo fuſco, elytris flavis: apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
Leptura nigra; elytris flavis, apice nigris. *Fn.* 506.
Habitat in *Scania.* D. Leche.

*DESCR.* Vix pediculo duplo major, cylindrica, nigra; *Antennæ* longitudine fere corporis. *Elytra* flava, apice nigra, obtuſa & fere truncata, minus rigida, ut Cantharidis ſpeciem dixiſſem, niſi thorax teres fuiſſet. Omnia ſubtus & totum corpus nigrum.

## Cantharis.

699. CANTHARIS *Noctiluca* oblonga nigra, thorace fuſco poſtice truncato, pectore anoque flaveſcente.
Cantharis fæmina aptera. *Fn.* 584.
*Ald. inſ. p.* 492.
*Columπ. ecphr.* 1. *p.* 38. *t.* 36. Noctiluca terreſtris.
*Jonſt. inſ. p.* 108. *t.* 14. *f.* 2. Cicindela Mouff.
*Charl. exerc. p.* 47. Cicindela.
*Mouff. lat. p.* 109. *f.* 1. *mas.* 2. *fæmina.*
*Merret. pin. p.* 201. Cicindela.
*Wagn. helv. p.* 239. Cicindela, Lampyris.
*Bradl. nat. t.* 26. *f.* 3. *A. fæmina. B. mas.*
*Raj. inſ. p.* 79. Cicindela impennis ſ. fæmina.
*p.* 78. Scarabæus Lampyris ſordide nigricans, corpore longo anguſto ſ. Cicindela mas.
*Dal. pharm. p.* 391. Cicindela.
*Suecis* Lysmaſk.
Habitat æſtate frequens in juniperetis ſupra terram. *It. W:goth.* 134.

*DESCR.* Fæmina elytris & alis caret, conſtat inciſuris undecim; quarum prima eſt thoracis clypeus incumbens, planus, marginatus, ſemiovatus, pone truncatus, ſub quo caput minimum. *Larva* & *Pupa* & *inſectum* perfectum ſimilia, ſed *larva* puncto albo ad latus cujusvis ſegmenti, quibus caret

caret perfecta. *Pupa* ſimilis, ſed pedibus immobilis; in omni ſtatu puncta duo lucentia ſub cauda, quamdiu vivit, nocte lucet; mortua lumen amittit: in ceſpite gramineo viridi & ſucculento diutius viva ſervari poteſt.

700. CANTHARIS *fuſca* thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuſcis.
Cantharis elytris nigricantibus; thorace rubro: nigra macula. *It. œl.* 38. *Fn.* 586.
*Raj. inſ. p.* 84. *n.* 29. Cantharus ſepiarius major, elytris nigricantibus, dorſo ſ. thorace ſupino obſcure rufo.
*inſ. p.* 101. *n.* 2. Cantharis ſemunciam longa.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 36. *t* 3. *ic.* 6. *f.* 5. Scarabæus arboreus nigro-fuſcus, elytris tenuibus.
*Ephem. N. C.* 1674. *obſ.* 79.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 2. Cantharis elytris fuſcis.
Habitat ubique ſat apud nos frequens; Larva ſæpe in nive. *De Geer. Act. Holmenſ.* 1749. *p.* 77. Animal ſævit in propriam ſpeciem.

DESCR. Animal oblongum, molliuſculum. *Caput* nigrum, planiuſculum, infra oculos rufeſcens. *Os* minimum, forcipatum: maxillis arcuatis, ſimplicibus, quibus fruſta mordet. Palpi ad maxillas minimi. *Antennæ* communes, corpore dimidio breviores, filiformes articulis undecim, fuſcæ, ſed capiti propius rufeſcentes. *Thorax* a tergo planus, cordatus, marginibus eminentibus, rufeſcens, excepta macula magna nigra capiti contigua. *Elytra* plana, oblongo-linearia, molliſſima, flexilia, ſericea, fuſco-nigra. *Alæ* diaphano-fuſcæ. *Abdomen* fuſcum excepto ultimo ſeu ſeptimo articulo rubicundo, ut & marginibus lateralibus rubris. Hi margines laterales compreſſi, ſingula inciſura plicatim incumbente, molliſſimi, apicibus inciſurarum lateralium mammillaribus.

701. CANTHARIS *livida* thorace marginato, tota teſtacea.
Cantharis elytris teſtaceis, thorace rubro immaculato. *Fn.* 585.
*Raj. inſ. p.* 84. *n.* 28. Cantharus ſepiarius major, e rufo flavicans, elytris non maculatis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 1. Cantharis elytris teſtaceis.
Habitat paſſim frequens.

DESCR. Magnitudo, figura & omnia omnino ut in priore, excepto ſolo colore elytrorum luteo-pallido & thorace immaculato. *Oculi* nigri ſunt.

702. CANTHARIS *dermeſtoides* teſtacea, oculis alis pectoreque nigris, antennis longitudine thoracis.
Habitat Calmariæ. *A. Modeer.*

DESCR. Statura præcedentium, ſed magis teres, tota teſtacea; *Pectus* & *Abdominis* prima ſegmenta atra. *Antennæ* filiformes, ſerratæ, thoracis tantum longitudine, quo a reliquis manifeſte differt. *Caput* inflectit uti dermeſtes, & thorax parum admodum marginatus; *Elytra* vero mollia ſunt.

703. CANTHARIS *rufa*, thorace marginato, tota rufa, epigaſtrio alisque nigris.
Habitat rarius apud nos.
*DESCR.* Simillima inſequenti, ſed duplo major, minus ſaturate rubra, ſed tantum rufa; nec *Thorax* macula nigra notatus, & corporis maxima pars rufa, nec nigra.

704. CANTHARIS *ſanguinea* thorace marginato macula nigra, tota rubra, elytris ſanguineis.
Cantharis elytris rubris; thorace rubro nigra macula. *Fn.* 587.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 41. *t.* 3. *ic.* 7. *f.* 2. Scarabæus arboreus parvus ruber, elytris longis, clypeo pectorali linea nigra.
*Raj. inſ. p.* 101. *n.* 4. Cantharis prioribus ſimilis quarta.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Cantharis elytris ruberrimis.
Habitat variis in locis, præſertim *Dannemoræ* in acervis mineræ ferreæ frequens.
*DESCR.* Præcedentibus minor. Totum *Corpus* (excepto thorace & elytris) atrum. *Antennæ* filiformes, ſed articulis apice antrorſum prominulis; macula dorſalis thoracis atra etiam ſcutellum tegit. *Elytra* mollia, ſaturatiſſime rubra ſ. coccinea, tenuiſſime ſtriata, coſtis 6 longitudinaliter elevatis, inter ſingulas quaſi rete e maculis duplici ordine, rugis minus elevatis. *Thorax* ruber ſuturis elevatis rugoſis fundo nigricante.

705. CANTHARIS *coccinea* nigra, thorace elytrisque ſanguineis.
Habitat in Suecia. *De Geer.*
*DESCR.* Simillima C. ſanguineæ, ſed duplo major. *Thoracis* clypeus ſuborbiculatus, nec tetragonus eſt. *Elytra* non ſtriata ſunt in illa.

706. CANTHARIS *obſcura* thorace marginato: marginibus rubris, elytris nigris.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Parva eſt. *Os* incarnatum. *Antennæ* pallidæ. *Thorax* incarnatus diſco atro. *Elytra* obſcure nigricantia. *Abdominis* ſegmenta margine flaveſcentia. *Pedes* & Femora ſupra nigra, ſubtus ferruginea.

707. CANTHARIS *lateralis* thorace marginato rubro, corpore fuſco, elytris margine exteriore flaveſcentibus.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Parva. *Fuſca* ſunt Caput, Antennæ, Pedes, Abdomen, Elytra. *Rufa* vero Thorax totus, Anus, Elytrorumque margo exterior longitudinalis.

708. CANTHARIS *ænea* thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris extrorſum rubris. *Fn.* 588.

*Raj.*

*Raj. inſ.* 77. Scarabæus minor; corpore longiuſculo; elytris rubicundis.

Habitat in *Urtica* majore rarius, nec non in plantis variis.

*DESCR.* Eſt hæc e mediæ magnitudinis; præcedentibus minor, ſequentibus major. *Caput*, thorax, antennæ, abdominis annuli ſupra & infra, elytra verſus baſin & marginem interiorem viridi-ænea, at elytrorum pars poſtica verſus apicem & etiam verſus marginem exteriorem ſive lateralem rubra, ita ut *Elytra* maxima ex parte rubra ſint, & a baſi verſus ſuturam longitudinalem viridi-ænea. Ad latera thoracis, ut & abdominis, utrinque *veſicula* coccinea bicornis. Alæ fuſcæ.

709. CANTHARIS *bipuſtulata* thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris apice rubris. *It. œl.* 127. *F.* 589.

*Raj. inſ. p.* 101. *n.* 7. Cantharis vix tres octavas unciæ longa.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 5. Cantharis elytris viridi-æneis apice rubris.

Habitat frequens in graminibus, præſertim in *Caricibus.* Larva rapax vorat minima inſecta.

*DESCR.* Præcedenti, cui facie ſimillima eſt, omnino minor. Ad latera thoracis & abdominis etiam utrinque gerit *veſiculam* coccineam tricuſpidem. *Alæ* nigro-fuſcæ. *Antennæ* nigræ. Caput, thorax & elytra æneo ſaturate viridia, extimis apicibus elytrorum rubris ſeu coccineis. *Abdomen* elytris longius, ſubtus æneum, ſub alis rubrum. *Variat* elytrorum colore cæruleo vel magis viridi.

710. CANTHARIS *pedicularia* thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris.

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* Facies præcedentis, ſed quadruplo minor, nec ænei coloris, verum nigra.

711. CANTHARIS *faſciata* thorace marginato vireſcente, elytris nigris: faſciis duabus rubris. *Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 6. *Fn.* 590.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* Magnitudo pediculi, ſive decuplo minor quam antecedens. *Antennæ & Pedes* nigri. *Caput & Thorax* vireſcentia; *Elytra* atra, faſcia duplici rubra transverſa, altera paulo ſupra baſin, in medio ad ſuturam interrupta; altera in ipſis apicibus elytrorum, vel paulo intra apices in quibusdam: hæc in medio contigua. *Abdominis* latera rubra.

712. CANTHARIS *biguttata* thorace marginato atro, elytris nigris: apice flavis. *Fn.* 591.

Habitat - - -

*DESCR.* Magnitudo & facies præcedentis; ſed *Caput & Thorax* omnino atra. *Elytra* apicibus ſummis flava ſeu ſulphurea. *Abdominis* latera flava.

713.

713 CANTHARIS *minima* thorace marginato rufo macula nigra, corpore fuſco, elytris apice flavis.
Necydalis elytris apice puncto flavo. *Fn.* 598.
Habitantem reperi in Helianthο tuberoſo.

*DESCR.* Pediculo paulo major. *Caput* nigrum, maxillis flavis. *Thorax* flavus, marginatus. *Elytra* nigricantia, in medio fuſca apice flavo puncto terminata. *Alæ* nigræ, elytris duplo longiores, cruciatim incumbentes. *Antennæ* corpore breviores, filiformes, nigricantes, verſus baſin flaveſcentes. *Femora* nigra, tibiis flavis. *Abdomen* fuſcum; lateribus flavis.

β Cantharis fuſca, elytris apice flavis, thorace rufo. *Fn.* 592.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Caput* atrum. *Thorax* rufo-ferrugineus, macula nigra. *Elytra* fuſca abdomine dimidio breviora, apicibus flavis. *Femora* nigra. *Tibiæ* pallidæ; abdominalibus ſegmentis margine flavis.

714. CANTHARIS *teſtacea* thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis.
Cantharis nigra, elytris lividis. *Fn.* 593.
Habitat in plantis.

*DESCR.* Eſt e minimis generis ſui. *Antennæ* pallidæ. Similis canth. lividæ, ſed quadruplo minor.

715. CANTHARIS *pectinicornis* thorace orbiculato, elytris rufo teſtaceis, antennis pectinatis.
Habitat in plantis.

*DESCR.* *Statura* Canth. ſanguineæ, ſed *Clypeus* orbiculatus, rufus puncto, in medio, fuſco. Caput, *Corpus* & Scutellum nigra. *Antennæ* valde pectinatæ nigræ. *Elytra* pallide rubra, non ſtriata.

716. CANTHARIS *cærulea* thorace teretiuſculo, corpore cæruleo ſubopaco.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Simillima ſequenti, ſed paullo major & *Thorax* magis depreſſus, ſed color cæruleus totius corporis, exceptis antennis nigris, at minus nitens.

717. CANTHARIS *viridiſſima*, thorace teretiuſculo, corpore viridi.
Habitat in Uplandia.

*DESCR.* *Antennæ* filiformes, nigricantes, corpore paullo breviores. *Thorax* non marginatus, ſed teres Lepturæ. *Corpus*, viridi-ſericeo nitens, ſolo *Capite* viridi-aureo.

718. CANTHARIS *navalis* thorace teretiuſculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.
Cantharis ferruginea, thorace rotundato, elytrorum margine exteriore apiceque nigricante.

*It.*

*It. W:goth.* 153. *t.* 2. *f.* 2, 3, 4.
*Friſch. inſ.* 13. *p.* 24. *t.* 20.
Habitat in *Querci* truncis detruncatis, rei nauticæ peſſima. Hiſtoria in *It. W:goth.*

*DESCR. Corpus* teretiuſculum. *Ferruginea* ſunt corpus, Pectus, Thorax, Elytra, Abdomen, Pedes. *Nigra* Caput, oculi & elytrorum apex cum margine exteriore. *Pectus* lamina convexa tegitur.

719. CANTHARIS *melanura* thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.
Habitat in Arboribus.

*DESCR.* Simillima præcedenti magnitudine, ſtatura, colore. Sed *Thorax* planior, inæqualis, nec caput nigrum, & ultimi tantum elytrorum apices nigri.

720. CANTHARIS *Cardiacæ* atra, elytris apice puncto ſanguineo, antennis pectinatis.
Habitat in Leonuro *Cardiaca.* Joh. Alſtrömer.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Abdominis* ſegmenta margine, lateribus & ſubtus rubra.

## Elater.

721. ELATER *brunneus* thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.
Habitat in Suecia.

*DESCR Corpus* mædiæ fere magnitudinis. *Caput* & *Antennæ* nigra. *Thorax* niger, utrinque linea lata rubra longitudinali. *Elytra* lurido-teſtacea, obſolete ſtriata. *Pectus* rubrum, medio nigrum. *Abdomen* nigrum, medio rufum. *Pedes* ferruginei.

722. ELATER *cruciatus* thorace nigro lateribus ferrugineo, coleoptris flavis cruce margineque nigris.
Habitat apud nos minus frequens.

*DESCR.* Magnitudo media ſ. majuſcula. *Antennæ* ferrugineæ. *Thorax* lateribus ferrugineus. *Coleoptra* flava, ſutura longitudinali late nigra. Marginibus lateralibus nigricantibus & faſcia etiam obſoletius nigra. *Pectus* lateribus rufum. *Abdominis* latera poſterius ſanguinea. *Pedes* rubri.

723. ELATER *linearis* thorace nigro lateribus rufo, elytris teſtaceis linearibus.
Elater thorace rubro, elytris griſeis. *Fn.* 582.
Habitat *Upſaliæ.*

*DESCR.* Eſt inter minores ſui generis. *Caput* nigrum. *Thorax* ruber. *Elytra* griſea, ſingula ſeptem punctorum excavatorum ordinibus ſtriata. Regio tota ſubtus cum abdomine, pedibus, thorace *fuſca.*

724.

724. ELATER *ruficollis* thorace rubro nitido antice nigro, elytris corporeque nigris.

Elater niger, thorace rubro. *Fn.* 576.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Attelabus oblongus niger, collari teſtaceo.

Habitat apud nos ad agrorum margines, ſed rariſſime.

DESCR. Inter noſtros minimus vel reliquis fere dimidio minor. *Totus* ater, ſed *Elytra*, quæ etiam ſtriata, parum ad cæruleum vergunt colorem. *Thorax* maxima ex parte ruber, ſed antice niger, in medio tamen magis: poſtice leviſſimo margine elytra ſpectante etiam niger, hinc thorax quaſi faſcia transverſali lata, rubra, lunulata, cavitate lunulæ caput ſpectante. *Antennæ* nigræ, non pectinatæ, ſed articulis parum antice gibbis.

725. ELATER *meſomelus* thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytriſque nigris.

Habitat in Suecia minus frequens.

DESCR. *Corpus* nigrum, mediæ magnitudinis, anguſtius. *Os* ferrugineum *Thorax* ferrugineus linea longitudinali excavata. *Elytra* nigra punctis excavatis ſtriata, margine exteriore teſtacea, unde inſolita facies. *Scutellum* nigrum, glaberrimum.

726. ELATER *aterrimus* ater, thorace opaco punctato, elytris ſtriatis. *Uddm. diſſ.* 45.

Habitat in ſylvis.

DESCR. Mangitudo media. *Corpus* totum carbonis inſtar aterrimum. *Thorax* ſcabriuſculus. *Elytra* profundius ſtriata cavitatibus quaſi crenulatis.

727. ELATER *caſtaneus* thorace teſtaceo pubeſcente, elytris flavis apice nigris, corpore atro.

Elater thorace villoſo; elytris teſtaceis, apice nigris. *Fn.* 573.

*Liſt. loqu. p.* 387. *n.* 18. Scarabæus ex fuſco rufeſcens ſive caſtaneus.

*Raj. hiſt. p.* 92. *n.* 6. Scarabæus antennis articulatis quarto & quinto æqualis.

Habitat frequens inter ſegetes & in pratis.

DESCR. Pedes, alæ, antennæ ramoſæ & elytrorum apices nigra. *Thorax* villis ſubcinereo-teſtaceis tectus. *Elytra* rubicunda ſ. pallide incarnata, tenuiſſime ſtriata, apice nigro.

728. ELATER *livens* niger, thoracis glaberrimi margine antico rubro, elytris teſtaceis.

Habitat in Suecia. *P. Forſkåhl.*

DESCR. Statura præcedentis. *Corpus* totum etiam antennis pedibusque nigrum. *Elytra* tota triſte flaveſcentia ſ. teſtacea. *Thoracis* margo anticus, imprimis lateribus, obſcure ſanguineus eſt.

729.

729. ELATER *ferrugineus* thorace elytriſque ferrugineis, corpore thoraciſque margine poſtico nigris.
Habitat apud nos minus frequens.

*DESCR.* Pleriſque noſtratibus major; *Totus* niger exceptis thorace & elytris ferrugineis; *Thorax* margine poſtico, vix manifeſto ater; denteſque thoracis poſtici obſcuri ſunt. *Scutellum* nigrum eſt. *Antennæ* ſerratæ, thorace paullo longiores.

730. ELATER *germanus* niger, thorace elytriſque atrocæruleis.
Elater niger, elytris cæruleis. *Fn.* 579.
Habitat Upſaliæ rarius; in Germania frequens.

*DESCR.* Corpus totum ſubtus una cum pedibus antenniſque atrum, Thorax et Elytra nigro-cæruleſcentia; hæc 10 ſtriis exarata.

731. ELATER *ſanguineus* thorace atro, elytris rubris, corpore nigro.
Elater niger, elytris rubris. *Fn.* 574.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudine & facie ad Elat. teſtaceum accedit, ſed *Thorax* glaber uti & *Caput* nigra. *Elytra* rubra ſtriis tenuiſſimis, ex punctis per novem ordines in ſingulo elytro. *Antennæ* ſemipectinatæ. *Os* edentulum.

732. ELATER *balteatus* thorace atro, elytris antice dimidiato rubris, corpore nigro.
Elater niger: elytris antice dimidiato rufis, *Fn.* 580.
Habitat in *Roſlagia.*

*DESCR.* Eſt inter minores. *Antennæ* filiformes.

733. ELATER *marginatus* thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis margine undique nigris.
Elater niger, elytrorum latere exteriore livido. *Fn.* 581.
Habitat apud nos.

*DESCR.* *Corpus* minoris magnitudinis, ſubtus fuſcum. *Caput* nigrum. *Thorax* fuſcus, lateribus ferrugineus. *Elytra* pallide teſtacea, margine omni nigra. *Pedes* pallide teſtacei; *Antennæ* fuſco-teſtaceæ.

734. ELATER *ſputator* thorace fuſco nitido, elytris teſtaceis, corpore nigro.
Elater niger, elytris fuſcis, antennis pedibuſque rufis. *Fn.* 583.
Habitat in agris. Dum exagitatus crepitat ſimul ore exſpuit longiſſime Salivam. *Rolander.*

*DESCR.* Totus niger, ſed *Elytra* fuſca ſeu cineraſcentia. *Pedes* rufi, adhuc antennæ magis rufæ.

735.

735. ELATER *obſcurus* thorace fuſco obſcuro, elytris obſcure teſtaceis.

Habitat apud nos frequentiſſime.

*DESCR.* Species difficillime dignoſcitur & determinatur, niſi ſolo colore obſcure fuſco, minime nitido; ſtatura & magnitudine Elat. lineati. *Elytra* obſcuriſſime ſtriata.

736. ELATER *triſtis* thorace atro nitido, elytris baſi margineque exteriore lividis.

Habitat in Suecia rarius.

*DESCR.* *Corpus* nigrum minoris magnitudinis. *Elytra* ad baſin macula oblonga triſte flava & margine exteriore pallido ſ. flavo. *Plantæ* ferrugineæ.

737. ELATER *faſciatus* thorace nigro pallidoque vario, elytris nigricantibus faſcia alba undulata.

Habitat in Suecia frequentior.

*DESCR.* *Corpus* nigrum, majuſculum. *Antennæ* breves. *Thorax* inæqualis, ex nigro & pallido variegatus. *Elytra* nigra, non ſtriata; ſed atomis nigris punctata; pone medium faſcia pallida undata, ſæpius interrupta, & anterius macula pallida laterali.

738. ELATER *murinus* thorace obſcure cinereo, elytris cinereo-nebuloſis, plantis antennisque rufis.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* *Corpus* medium ſ. majuſculum, nigro-cinereum; ſolæ *Antennæ* & *Pedum* plantæ ferrugineæ.

739. ELATER *teſſellatus* thorace obſcure æneo, elytris fuſcis maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, ſubtus nigrum, ſupra etiam nigrum ſed quaſi ex cinereo variegatum ſ. murinum ex pilis vario ad lucem adſpectu nitentibus. *Pedes* picei ſ. ex rufo nigri.

740. ELATER *æneus* thorace elytrisque cæruleſcenti-æneis, pedibus ſanguineis.

Elater viridi-æneus, pedibus fulvis. *Fn.* 578.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* Inter majuſculos. *Elytra* ſtriata. *Antennæ* filiformes. *Variat* colore nigro, æneo, & viridi nitente.

741. ELATER *pectinicornis* thorace elytrisque æneis, antennis pectinatis.

Elater fuſco-viridi-æneus. *Fn.* 575.

*Liſt. mut. t.* 17. *f.* 15. *mas.* & *f.* 14. *fæmina.*

*loqu.*

*loqu. p.* 387. *n.* 19. Scarabæus e nigro virens, corniculis altero tantum verſu pectinatis. (*Mas*).

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 3. Notopeda nigro-ænea, antennis ſimplicibus.

Habitat hinc inde in *Pino*, cujus polline victitat.

*DESCR. MAS* thorace & elytris magis ſaturate viret & anguſtior eſt; *Antennis* valde pectinatis.

*FÆMINA* magis ænea: *Thorace* latiore nitidiore vireſcente: elytris magis nigricantibus. *Antennis* filiformibus minime pectinatis.

742. ELATER *bupreſtoides* corpore toto nigro, antennis pectinatis, thorace caput recipiente.

Habitat Calmariæ. *Modeer.* in Salice *Joh. Forſkål.*

*DESCR.* Magnitudo e mediis vel minoribus. *Corpus* totum nigrum. *Antennæ* longitudine thoracis, pectinatæ ſimplici ſerie, nec utrinque pallidiores. *Thorax* gibbus recipit caput ut in Bupreſtide, unde facies ſingularis, ſed poſtice utrinque dente notatus ut in congeneribus. *Elytra* tenuiſſime ſtriata. *Pedes* breves. Ex natura videtur potius generis Dermeſtidis.

743. ELATER *niger* thorace lævi, elytris pedibus corporeque nigris.

Elater totus nigro-fuſcus. *Fn.* 577.

*Raj. inſ.* 78. Scarabæus minor longo & anguſto corpore, totus niger, ſaltatrix.

α *Raj. inſ. p.* 92. *n.* 1. Scarabæus antennis articulatis primus maxime vulgaris.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 4. Notopeda atra, antennis ſimplicibus.

β *Raj. inſ. p.* 92. *n.* 3. Scarabæus antennis articulatis tertius.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 5. Notopeda fuſca; antennis ſimplicibus.

*Liſt. mut. t.* 17. *f.* 14.

Habitat in paſcuis.

*DESCR.* Totus niger vel ad cinereum ſ. fuſcum vergens ſ. colore murino. *Antennæ* in omnibus a me viſis absque ramis ſunt. *Corpus*, ratione magnitudinis, brevius quam in reliquis.

744. ELATER *minutus* thorace nigro nitido, elytris nigris obſcuris.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR. Corpus* totum nigrum. *Thorax* glaber. *Elytra* obſcure ſtriata. Magnitudine præcedentibus cedit, ſed ſequenti duplo major eſt.

745. ELATER *pulchellus* thorace capiteque atris, elytris nigris maculis flavicantibus, pedibus flavis.

Habitat in Scania. D. C. *Solander.*

*DESCR.* Pediculo paullo major. *Caput* & *Thorax* atra. *Elytra* nigra, ſtriata, antice faſcia repanda ſubinterrupta flava; pone medium punctum flavum. Prope apicem macula longitudinalis flava. *Corpus* nigrum. *Pedes* flavi.

# Cicindela.

746. CICINDELA *campeſtris* viridis, elytris punctis quinque albis.

Cicindela ſupra viridis, coleopteris punctis decem albis. *Fn.* 548.

*Mouff. lat. p.* 145. *f. infim.* Cantharis quarta.

*Jonſt. inſ. t.* 16. Cantharis Mouff. minor 4.

*Liſt. mut. t.* 17. *f.* 12.

*loqu. p.* 386. *n.* 17. Scarabæus viridis, cui decem maculæ albæ ſupra alarum thecas ſunt.

Habitat in ſteriliſſimis pratis ſat frequens vere; celerrime currit & ocyſſime volitat.

*DESCR.* Inter Coleoptera certe hæc ſpecies unica ex præſtantiſſimis djci debet, cum aureus nitor ex toto corpore radiet, vel ſericeo fulgeat. *Elytra* ſupra viridia, planiuſcula, lævia, punctis aliquot albis notata; quorum *primum* ad baſeos angulum; *ſecundum* rotundum prope marginem; *tertium* lunulatum prope marginem. 4:*tum* oblongum ad marginem, 5:*tum* intra tertium, ſeu in medio elytri, reliquis interius; præter hæc & apex elytri albicat. *Alæ* fuſcæ. *Thorax* anguſtus, rotundatus, viridinitens. *Caput* aureo-viride, depreſſo vertice *Oculi* nigri, prominentes. *Os* prominens. Labium ſuperius obtuſum, album. Maxillæ ſuperiores prominentes; dentibus plurimis validis; inferiores maxillæ apice unico dente armatæ, ſub his palporum duo paria, quorum ſuperius conſtat articulis duobus, inferius quaternis. Labii inferioris loco palpi bini ex binis articulis piloſis. *Abdomen* viridi-aureum. *Pedes* longiſſimi, tenuiſſimi; ad baſin femorum corpus quoddam ovale, durum. *Antennæ* filiformes, corpore breviores, 10 articulis.

747. CICINDELA *hybrida* ſubpurpuraſcens, elytris punctis duobus albis lineolaque terminali.

Habitat in Sylvis rariſſima.

*DESCR.* Statura omnino præcedentis, ſed color purpuraſcenti-fuſcus. *Elytra* in medio faſcia alba, undata, ſimili ſequentis ſpeciei & ad marginem exteriorem baſeos, uti etiam ad apicem, lunula alba.

748. CICINDELA *ſylvatica* nigra, elytris faſcia punctiſque duobus albis.

Cicindela atra, coleopteris maculis ſex faſciaque albis. *Fn.* 549.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 1. Cicindela atra, punctis quatuor faſciaque albis.

*Pet.*

*Pet. gaz. p.* 77. *t.* 50. *f.* 5. Cantharis chuſan. viridis elegantiſſime variegatus. *quod ad figuram?*

Habitat in ſylvis ac *Pinetis* Weſtrobotniæ, ubi frequens, celerrime currens & volitans per vias, rarior in reliquis provinciis, ſemper in ſylvis aceroſis. Apud nos Upſaliæ rarior.

*DESCR. Facies* omnino primæ, ſed ſeſquimajor. *Tota* atra eſt. *Coleoptera* depreſſa, latiuſcula; ad angulum exteriorem baſeos elytrorum punctum album; paulo ſupra, juxta exteriorem marginem, aliud punctum, ſed ſublunulatum, verſus apices elytrorum in ſingulo elytro punctum rotundum, album; faſcia linearis, flexuoſa ſ. undulata, arcuata, verſus poſteriora in medio deflexa, cingit in medio elytra: Hæ maculæ omnes non conſtant ex pilis, cum elytra glabra infinitis punctis excavatis conſperſa, ſed tranſlucent per ipſam cruſtam. *Alæ* membranaceæ, acutæ, venis fuſcis & faſcia fuſca longitudinali juxta exteriorem marginem. *Femora & pedes* longi, tenues, atri, ſetis quibusdam adſperſi. *Tibiæ* ſpinis duabus terminatæ. *Thorax* anguſtior, teretiuſculus, cruce depreſſa, uti caput niger. *Oculi* prominuli. *Os* prominens: labium ſuperius atrum, rotundato-acutum: maxillæ ſuperiores magnæ, prominentes, nigræ, verſus baſin extus albæ, dentibus plurimis (5) duris armatæ.

749. CICINDELA *riparia* viridi-ænea; elytris punctis latis excavatis. *It. œl.* 38. 121. *Fn.* 550.

*Liſt. loqu. p.* 385. *n.* 12. Scarabæus parvus inauratus.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Cicindela ænea: punctis excavatis.

Habitat ad ripas aquarum inter arenam humidam frequens, celerrimeque currens, etiam ſub ipſa aqua, nec tamen natans.

*DESCR.* Eſt admodum parva, vix duo ſemina oryzæ æquans. *Os* prominens. Caput, thorax, abdomen, femora (non tibiæ), pedes ex auro & cupro nitentia. *Oculi* nigri, prominentes. *Thorax* anguſtus, tereтiuſculus. *Elytra* viridi-ænea, punctis latis excavata; in medio ſinguli puncti excavati punctum prominens. Puncta majora excavata connectuntur longitudinaliter linea elevata nigricante: quum ſuperficies ſit vireſcens, ſed punctorum fundus æneus, exſurgit ſingularis color.

750 CICINDELA *flavipes* obſcure ænea, pedibus luteis, elytris ſubnebuloſis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo Cicind. aquaticæ. *Antennarum* baſis flaveſcens. *Pedes* lutei. *Elytra* ſubænea, obſcure nebuloſa.

751. CICINDELA *quadrimaculata* nigra, elytris fuſcis: maculis duabus pallidis, tibiis rufis.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR. Corpus* nigrum, magnitudine pediculi. *Thorax* ſubgloboſus. *Elytra*

*lytra* fuſca: ſingula maculis duabus: altera anteriore; altera poſteriore. *Antennæ Tibiæque* rufæ.

752. CICINDELA *aquatica* ænea nitida:
Bupreſtis fuſco-ænea glabra nitida; thorace ſubmarginato. *Fn.* 558.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 13.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 20. Cicindela minima aurea lævis.
Habitat ad aquas.

*DESCR.* Hæc minima eſt. *Antennæ* breves, capillaceæ. *Oculi* prominentes; tota nitida: *Thorax* latiuſculus, carinatus, marginatus. *Elytra* nitida ſtriis minutiſſimis e punctis minutiſſimis. *Abdomen* nigro-nitidum. *Pedes* nigri. *Roſtrum* prominulum.

# Bupreſtis.

753. BUPRESTIS *octoguttata* elytris faſtigiatis muticis: maculis quatuor albis, corpore cæruleo.
Habitat in *Pinetis*, rarius.

*DESCR.* *Corpus* mediocre, cæruleum. *Antennæ* longitudine thoracis. *Thorax* margine albo. *Elytra* ſtriata, obtuſiſſima, maculis albis, quatuor, longitudinaliter digeſtis. *Abdomen* ad baſin utrinque lineola alba transverſa & pari punctorum alborum in ſingulo ſegmento. *Femora* quatuor poſteriora puncto albo.

754. BUPRESTIS *mariana* elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis: maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato.
Bupreſtis æneo-nitida, ſupra cinerea, coleopteris apice attenuatis. *Fn.* 557.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Eſt e maximis. *Elytra* apice truncata, attenuata, ſupra cinerea, ſtriata; absque maculis, interlucente aureo nitore.

755. BUPRESTIS *chryſoſtigma* elytris ſerratis ſulcatis: maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato.
Bupreſtis fuſco-ænea: elytris maculis æneis impreſſis. *Fn.* 556.
Habitat ad ripas.

*DESCR.* *Caput*, ut in reliquis, maxima ex parte intra thoracem receptum, hinc in hiſce torvus adſpectus; *Oculi* pone vireſcentes. *Thorax* rubro æneus. *Elytra* fuſco-ænea, ſingula ſulcis quatuor aut quinque exarata, punctis quatuor (in ſingulis elytris binis) in figuram quadratam poſitis, impreſſis, deauratis. *Antennæ* ſetaceæ, breviſſimæ. *Abdomen* dorſo cæruleum.

756. BUPRESTIS *ruſtica* elytris ſtriatis faſtigiatis, thorace punctato.

Bupreſtis

Bupreſtis viridi-ænea immaculata. *Fn.* 555.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 4. Cicindela ænea, elytris ſtriatis.
Habitat in ſylvis ad aquas.

*DESCR.* Longitudo digiti transverſi. *Thorax* viridi-æneus punctis excavatis, craſſus, imo craſſitie coleopterorum, caput maxima ex parte intra ſe recipiens. *Elytra* ænea, minus viridia, immaculata, ſingula octo circiter ſtriis exarata.

757. BUPRESTIS *nitidula* elytris integerrimis, thorace marginato utrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo viridi.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* Cimice paullo majus, viridiſſimum in quibusdam, *Thorax* rubro-aureus eſt, in quibusdam concolor, ſemper depreſſiuſculus. *Antennæ* nigræ. *Subtus* tota viridis polita nitidior.

758. BUPRESTIS *ænea* elytris emarginatis, punctis excavatis cicatriſantibus; apice ſtriatis.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* majoris magnitudinis, ſupra griſeo-æneum, ſubtus cupri nitidiſſimi, *Thorax* & *Elytra* inæqualia punctis excavatis confluentibus in cicatrices variolaceas, unde Elytra ſtriata ſunt, præſertim ſupra dorſum & ad poſtica.

759. BUPRESTIS *quadripunctata* elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreſſis, corpore obſcuro.
Bupreſtis atra, thorace punctis impreſſis. *Fn.* 559.
Habitat in ſubhumidis.

*DESCR.* Hæc ſpecies parva eſt, tota fuſca ſ. atra. *Thorax* a tergo quatuor punctis depreſſis ſ. concavis transverſim poſitis notatus. *Antennæ* thorace breviores, filiformes. *Elytra* non ſtriata, ſed punctis excavata minutiſſimis. *Caput* obtuſiſſimum, retropreſſum.

760. BUPRESTIS *minuta* elytris integerrimis transverſe rugoſis, thorace ſubtrilobo lævi æneo.
Habitat in humidis. tacta caput & pedes contrahit uti Dermeſtes pertinax, nulla tortura ſe movens.

*DESCR.* *Corpus* ovatum, obtuſum, magnitudine grani oryzæ, nitidum, nigrum.

761. BUPRESTIS *Tenebrionis* atra elytris, integris lineato-punctatis, thorace varioloſo dilatato.
Habitat apud nos rariſſime.

*DESCR.* *Corpus* fere Bupr. marianæ, ſtatura Tenebrionis, totum triſte atrum, *Thorax* fere elytris latior, lateribus rotundatis, ſuperficie cicatricibus varioloſis. *Elytra* vix conſpicuis punctis excavatis lineata, nec ſtriata.

762. BUPRESTIS *viridis* elytris integerrimis linearibus, thorace deflexo, corpore viridi elongato.

Habitat in foliis *Betulæ albæ*, quorum margines exedit.

*DESCR.* *Corpus* totum viridiſſimum mediæ vel minoris longitudinis, reliquis anguſtius. *Elytra* non ſtriata, nec niſi atomis confertiſſime punctata.

763. BUPRESTIS *granularis* æneo-nebuloſa, antennis clavatis.

Habitat in agris.

*DESCR.* Pulice fere minor, ſubtus tota nigra, ſupra obſcure ænea cum macula fuſca in medio dorſo, ambo elytra tangente. *Elytra* tenuiſſime ſtriata. *Thorax* 5 obliquis ſulcis ſtriatus. *Antennæ* clavatæ ut Dermeſtis.

## Dytiſcus.

* *Antennis perfoliatis.*

764. DYTISCUS *piceus* antennis perfoliatis, corpore piceo levi acuminato.

Dytiſcus antennis perfoliatis fuſcis. *Fn.* 561.

Habitat in aquis.

*DESCR.* *Corpus* maximum, piceum, læve, poſtice acuminatum.

765. DYTISCUS *caraboides* antennis perfoliatis, corpore glabro ſtriis aliquot recurvis.

Dytiſcus antennis perfoliatis nigris, elytris lævibus. *Fn.* 562.

Habitat in aquis.

*DESCR.* Magnitudo media; poſtice minus acutus.

766. DYTISCUS *fuſcipes* antennis perfoliatis, elytris ſtriatis margine lividis, pedibus fuſcis.

Dytiſcus antennis perfoliatis nigris; pedibus fuſcis; elytris ſtriatis. *Fn.* 563.

Habitat in aquis.

*DESCR.* Hic parvus eſt.

767. DYTISCUS *luridus* antennis perfoliatis luridus, elytris punctis tribus fuſceſcentibus, thorace lateribus flavicante.

Habitat in Suecia.

*DESCR.* Magnitudo Chryſomelæ mediæ, totus luridus. *Caput* æneo-nigrum. *Elytra* ſtriata puncto nigro in medio ad marginem, duobusque obſoletis vix manifeſtis ad ſuturam longitudinalem. *Pedes* ferruginei.

768.

* *Antennis ſetaceis.*

768. DYTISCUS *latiſſimus* niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava. *Fn.* 564.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 14. *n.* 1. Dytiſcus maximus; elytris margine prominentibus.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 33. *t.* 7. *f.* 1. 2. Scarabæus aquaticus magnus niger, margine luteo.
Habitat in aquis.

*DESCR.* Inter noſtros maximus eſt. Margo *Elytrorum*, præſertim a latere medio, admodum prominet flavo colore: *apex ſterni* bifurcus, acuminatus.

769. DYTISCUS *marginalis* niger, thorace elytrorumque margine flavis. *Fn.* 565.
*Aldr. inſ. p.* 707.
*Mouff. lat. p.* 164. *fig. bona.*
*Raj. inſ. p.* 93. *n.* 1. Hydrochantharus noſtras.
*Liſt. mut. t.* 5. *f.* 2.
Habitat in aquis frequens.

*DESCR.* Totus niger, lævis: in vertice linea lunularis ſ. anguli obtuſi rubens. *Thorax* cingitur luteo margine. *Elytra* margine exteriore flava, duabus ſtriis vix manifeſtis longitudinalibus e punctis minutiſſimis notata. Umbra flava vix manifeſta verſus apices elytrorum. *Apex ſterni* bifurcus.

770. DYTISCUS *ſtriatus* fuſcus, elytris transſverſe ſubtiliſſime ſtriatis.
Habitat in aquis frequens.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis. *Elytra* adeo tenuibus transverſis confertiſſimis ſtriis, ut vix armato oculo conſpicantur.

771. DYTISCUS *cinereus* cinereus: margine elytrorum thoracisque medietate flavis. *Fn.* 566.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 12.
*Liſt. mut. t.* 5. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 94. *n.* 3. Hydrochantharus minor, corpore rotundo plano.
Habitat in aquis; an ſexu ſolummodo a præcedenti diverſus?

*DESCR.* Magnitudo maximæ muſcæ. *Thorax* flavus margine anteriore & poſteriore (non lateribus) nigro. *Elytra* cinerea punctis minimis confertis luteſcentibus ſeu ſubdiaphanis: margo exterior elytrorum flaveſcens. in *Vertice* macula cordata flava marginibus nigris. *Sterni apex* bifurcus, obtuſus.

772. DYTISCUS *ſemiſtriatus* fuſcus, elytris feminæ ſulcis dimidiatis decem villoſis.

Dytiſcus elytris ſtriis viginti dimidiatis. *Fn.* 567.
*Bradl. nat.* 1. 26. *f.* 2. *l. A.*
*Raj. inſ. p.* 94. *n.* 2. Hydrocantharus elytris ſtriatis ſ. canaliculatis.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 35. *t.* 7. *f.* 4.
Habitat in aquis ſtagnantibus præſertim.

*DESCR. Elytra* profunde ſtriata ſ. ſulcata, ſed non ſecundum totam longitudinem, relicto ſpatio lævi verſus apicem; ſtriæ hæ & elytra glabra ſunt; margo elytrorum pallidus; in ſingulo elytro decem ſtriæ.

β Dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater. *Fn.* 568.
Habitat in aquis.

*DESCR.* Eſt inter minores, totus læviſſimus; *Apex ſterni* bifurcus, obtuſus.

773. DYTISCUS *ſulcatus* elytris ſulcis decem longitudinalibus. *Fn.* 569.
*Raj. inſ.* 94. *f.* 3. Hydrocantharus minor, corpore rotundo plano.
Habitat in aquis. *Malmborg.*

*DESCR.* Eſt inter minores, & penultimo longe minor. *Thorax* niger, margine & linea tranſverſa flava. *Elytra* nigra, ſingula quatuor vel quinque ſulcis latis longitudinaliter excavata, & pilis griſeo-cinerea, interjacentibus marginibus nigris glabris. *Apex ſterni* bifurcus eſt.

774. DYTISCUS *erythrocephalus* ovato-oblongus niger, capite pedibusque rufis. *Fn.* 570.
Habitat in aquis ſtagnantibus, agilis valde.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis oryzæ, ſupra lævis, niger. *Caput*, exceptis oculis, rufum. *Pedes* rufi. *Antennæ* nigræ.

775. DYTISCUS *paluſtris* niger læviſſimus, elytris lituris duabus lateralibus albidis.
Habitat in *Aquis.*

*DESCR.* Magnitudo minor D. erythrocephalo. Totus niger, nitidus, at lituræ flavo-exalbidæ flexuoſæ ad elytrorum marginem exteriorem: una in medio, altera vel verſus apicem vel verſus baſin marginis lateralis.

776. DYTISCUS *uliginoſus* ater nitidus, antennis pedibus elytrorumque latere exteriore ferrugineis.
Habitat in *Aquis.*

*DESCR. Corpus* vix Cimicem ſuperans, ovatum, atrum, glaberrimum, adſperſum punctis excavatis obſoletis. *Elytra* margine laterali ferruginea. *Pedes* & *Antennæ* rufæ.

777. DYTISCUS *maculatus* ovatus niger, thorace nigro faſcia pallida, elytris albo maculatis. Habi-

Habitat in aquis.

*DESCR. Corpus* magnitudine ſeminis Cucumeris. *Thorax* pallidus, antice & poſtice nigricans. *Elytra* fuſca ſtriis longitudinalibus pallidis & nonnullis maculis pallidis verſus latera.

778. DYTISCUS *minutus* elytris fuſcis baſi lateribusque pallidis, thorace flavo immaculato, corpore ovato.

Habitat in fontibus & rivulis.

*DESCR. Corpus* magnitudine ſeminis cucumeris. *Thorax* pallidus. *Elytra* cinerea lateribus ſtriis pallidis aliquot & obliquis.

* *Antennis clavatis*

779. DYTISCUS *Natator* ovatus glaber, antennis capite brevioribus obtuſis. *Fn.* 572.

*Merr. pin.* 203. Pulex aquaticus.

*Pet. gaz. p.* 21. *t.* 13. *f.* 9. Scarabæus niger noſtras ſupra aquam velociter circumnatans.

*Raj. inſ. p.* 87. *n.* 9. Scarabæus aquaticus ſubrotundus e cæruleo viridi colore ſplendente undique tinctus.

*Smolandis* Watten-bagge.

Habitat in aquis, ſuper quas currit vel natat citiſſime, citosque gyros & orbes conficit, laceſſitus etiam aquam ſubit.

*DESCR.* Noſter niger omnino eſt. *Pedes* autem flavi, lati, breviſſimi. *Antennæ* clavatæ vel certe non verſus apicem anguſtiores, nec quantum video, fiſſæ.

## Carabus.

** *Majores.*

780. CARABUS *intricatus* violaceo-niger, elytris intricatis elevato-ſtriatis punctatisque.

Habitat in Suecia & Germania.

*DESCR. Elytrorum* ſtriæ & puncta elevata, ita inter ſe connexa, ut vix diſtincte diſcerni queant. Diſtinguitur a C. coriario, quod nulla ſint in coriario ſigna ſtriarum.

781. CARABUS *granulatus* apterus, elytris longitudinaliter convexe punctatis.

Carabus ater; elytris convexe punctatis ſtriatisque. *Fn.* 511. *Hoffn. inſ.* 2. *t.* 3.

Habitat in lignis putridis; citiſſime currit; odorem olei tabaci ſpargit.

*DESCR. Caput* parvum. *Oculi* prominentes. *Antennæ* ſetaceæ, articulis undecim, longitudine dimidii corporis. *Os* maxillis prominens; maxil-

læ inferiores majores, arcuatæ, acutæ, ad baſin denticulo armatæ a latere interiore. Maxillæ inferiores acuminatæ, arcuatæ, denticulo ad baſin interne, etiam inſtructæ. Palpi maxillares ſuperiores ſingulæ tribus articulis conſtant, extimo reliquis craſſiore: hæ antennulæ maxillis triplo longiores ſunt: antennulæ maxillares inferiores unico articulo conſtructæ, nec maxillis longiores. Oris labium ſuperius obtuſo-emarginatum. *Thorax* ater, a tergo convexus, leviuſculus, margine laterali prominente verſus baſin angulato; a parte pectoris thorax compreſſus cartilagine enſiformi vel ſcutello verſus abdomen. *Elytra* ovata, arcta, atra, margine exteriore elevata, aut dilatata; in ſingulo elytro tres ordines longitudinales punctorum elevatorum, ovatorum, ſingulo ordine duodecim communiter punctis: *Abdomen* glabrum, uti totum corpus; *Femora* teretiuſcula: Tibiæ ad apicem duabus ſetis terminatæ.

β Carabus niger, elytris ſubvireſcentibus convexe punctatis ſtriatisque. *Fn.* 512.
Habitat inter quiſquilias.

*DESCR.* Magnitudo, ſtatura, odor & omnia ut in præcedente, ſed *Elytra* e nigro ſubvireſcentia; an ſexus differentia?

γ Carabus niger, elytris æneis convexe punctatis ſtriatisque. *Fn.* 513.
Habitat inter ligna putrida.

*DESCR.* Omnia ut in primo, ſed elytra, thorax & caput a tergo ænea.

782. CARABUS *clatratus* apterus nigricans, elytris porcatis interjectis punctis excavatis longitudinalibus.
Habitat in putridis.

*DESCR.* *Corpus* majoris magnitudinis, nigrum. *Elytra* ſingula ſulcis tribus latis, in quibus puncta oblonga, elevata; porcæ ſulcos diſtinguentes acuto dorſo ſunt.

783. CARABUS *hortenſis* apterus, elytris punctis æneis excavatis triplici ſerie.
Carabus purpuraſcente-niger, elytris concave punctatis ſtriatisque. *Fn.* 514.
*Raj. inſ. p.* 96. *n.* 2. Cerambyx purpurea punctata.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 4.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 1. Carabus niger, elytris ſulcatis punctatis.
Habitat inter putrida vegetabilia.

*DESCR.* Omnia ut in præcedentibus. *Elytra* tribus ordinibus longitudinalibus punctorum excavatorum, rotundorum, ſingulo ordine duodecim punctis conſtante; Lineæ longitudinales puncta diſtinguentes etiam concavæ ſunt.

784. CARABUS *leucophtalmus* apterus, elytris lævibus: ſtriis obſoletis octo.
Carabus ater, elytro ſingulo ſtriis octo. *Fn.* 515.

*Liſt.*

*Liſt. loqu.* 390. Scarabæus ex toto niger, alarum thecis cruſtaceis ſulcatis.

Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Forma & fere magnitudo cum præcedentibus convenit. *Color* in toto corpore niger: *Elytra* ſimul ſedecim ſtriis longitudinalibus, parallelis.

785. CARABUS *nitens* apterus, elytris porcatis: ſtriis paſſim interruptis ſulcisque inauratis ſcabriuſculis.

Carabus viridis, elytris obtuſe ſulcatis absque punctis, pedibus antennisque ferrugineis. *Fn.* 517.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Carabus viridis; elytris ſulcatis lævibus.

Habitat in Oelandia.

*DESCR.* Omnia ut in præcedentibus, ſed totus viridis eſt, parum ad cæruleum vergens; *Elytra* ſulcis tribus latis, obtuſis, longitudinalibus, absque ullis interjectis punctis; ſulci ſ. canales elytrorum vividiſſime e ſericeo virent, ſed convexitates magis obſcuræ ſunt, non tamen nigræ, ſed potius magis cæruleæ. *Pedes* & *Antennæ* in aliis ferruginea ſ. teſtacea; totum corpus viridi nitens.

β Carabus niger, elytris viridibus obtuſe ſulcatis, pedibus antennisque nigris. *Fn.* 518.

*Raj. inſ.* 96. *n.* 6. Cerambyx dorſo in longas rugulas diviſo, omnium pulcherrimus.

*It. œl.* 96. Scarabæus niger, elytris viridibus obtuſe ſulcatis, pedibus antennisque nigris.

*DESCR.* Magnitudo & facies omnino præcedentis, *Corpus* totum nigrum ſubtus, cum antennis & pedibus. Caput, thorax, elytra ſupra viridi nitentia; *Elytra* ſingula ſulcis 3 vel 4 rugoſis exarantur pulcherrime viridi-ſericeis, interjacentibus convexitatibus nigris. Margo elytrorum exterior ignei coloris eſt; *Antennæ* breves. Adeoque differt a priori corpore atro, pedibus antennisque nigris; antennis dimidio brevioribus; ſulcorum, in elytris, interſtitiis nigris anguſtioribus.

786. CARABUS *auratus* apterus, elytris porcatis: ſtriis ſulcisque lævibus inauratis.

Habitat in Suecia.

*DESCR. Similis* Carab. nitenti, ſed major; Colore itidem aurato ſupra. *Elytra* porcata porcis non interruptis, nec nigris, ſed lævibus, ſulcis etiam lævibus nec punctato ſcabridis.

787. CARABUS *violaceus* alatus, elytris læviuſculis nigris margine aureo, thorace ſubviolaceo.

Carabus violaceo-niger, elytris lævibus ſubrugoſis. *Fn.* 516.

*Raj. inſ. p.* 96. *n.* 1. Scarabæus major, corpore oblongo e purpura nigricans.

*Friſch.*

*Friſch. germ.* 13. *p.* 25. *t.* 23. Scarabæus terreſtris niger, clypeo thoracis cordiformi marginato.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 3. Carabus nigricans lævis.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 5.
Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Omnia ut in præcedentibus, ſed margo thoracis & elytrorum e viola purpuraſcente cæruleus. *Elytra* & punctis & ſtriis carent; ſolæ rugæ longitudinales & transverſales, ſed lente viſus puncta minutiſſima, nudis oculis non conſpicua.

788. CARABUS *cephalotes* apterus, elytris atris lævibus, thorace exſerto oblongo.
*Friſch. inſ.* 13. *p.* 25. *t.* 22.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* majoris magnitudinis, atrum, læve. *Thorax* obovatus, lævis, vix marginatus, poſtice rotundatus. *Elytra* non ſtriata.

789. CARABUS *Inquiſitor* elytris ſtriatis viridi-æneis; punctis triplici ordine.
*Roland. act. Holmenſ.* 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 3.
Habitat in Sylvis, curſitans per plantas noctu, inſecta legens.

*DESCR.* *Corpus* ſimillimum ſequenti, ſed dimidio minus, ſupra viridi aureum, ſubtus fuſco-vireſcens. *Elytra* ſubtiliſſime ſtriata & triplici ordine punctorum obſcuriſſimorum notata.

790. CARABUS *Sycophanta* aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus ſtriatis, abdomine ſubatro.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 37. *f.* 18.
*Robert. ic. t.* 20. *f.* 2.
Habitat in Arboribus, ubi noctu devorat larvas Lepidopterorum.

DESCR. *Corpus* majus, quam in ulla alia Specie noſtratum. *Antennæ* & *Pedes* nigri. *Thorax* cæruleo-æneus. *Elytra* æneo aurea ſtriis numeroſiſſimis. *Subtus* ater, parum vireſcens.

* * *Minores.*

791. CARABUS *lividus* thorace ferrugineo, elytris nigris: lateribus lividis.
Habitat inter folia decidua.

*DESCR.* *Corpus* majus mediocribus, nigrum. *Antennæ, Thorax* & *Pedes* pallide ferruginea. *Elytra* nigra lato limbo ſ. margine lateribus exterioribus & poſticis cincta.

792. CARABUS *crepitans* thorace capite pedibusque ferrugineis, elytris cæruleſcenti-nigris.
Habitat in nemoribus.

DESCR.

*DESCR.* *Corpus* e mediis minus, ferrugineum. *Elytra* nigro-cæruleſcentia, vix manifeſte e cæruleo nitentia. *Thorax* congeneribus anguſtior. *Abdomen* fuſcum. *Tibiæ* poſtice latere poſtico atrocæruleſcentes.

793. CARABUS *ſpinipes* piceus, thorace linea excavata longitudinali, manibus ſpinoſis.
Habitat in Sylvis.

794. CARABUS *cyanocephalus* thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.
Carabus capite elytrisque cæruleis, thorace rubro. *Fn.* 525.
*Raj. inſ.* 89. Cantharis ſ. Scarabæus exiguus, elytris & capite cæruleis, ſcapulis croceis.
Habitat in Campis.

*DESCR.* Eſt inſectum vix Culice vulgari majus. *Caput* cæruleum. *Elytra* ſaturate cærulea, nitida, vix ſtriata. *Thorax* ruber. *Antennæ* maxima parte nigræ. *Pedes* ex rubro & nigro varii.

795. CARABUS *melanocephalus* thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.
Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro. *Fn.* 526.
β Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis. *Fn.* 524.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo proxime præcedentis, & facies eadem: ſed *caput* nigrum. *Elytra* atra, ſtriata. *Thorax* ruber. *Pedes* & *Antennæ* omnino unicolores, ferrugineæ.

796. CARABUS *vaporariorum* thorace fuſco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.
Carabus ater; elytris antice griſeis. *Fn.* 529.
Habitat in vaporariis horti academici.

*DESCR.* Eſt inter minimos hujus generis, vix pediculo duplo majore totus ater: *Elytra* ad baſin ante medietatem griſea, ut & ſutura longitudinalis griſea.

797. CARABUS *meridianus* thorace nigro, pedibus antennisque ferrugineis, elytris fuſcis baſi ſuturaque flaveſcentibus.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo Pediculi. *Corpus* nigrum. *Antennæ* & *Pedes* fuſce ferruginea. *Elytra* baſi albida; ſutura longitudinalis teſtacea.

798. CARABUS *ferrugineus* ferrugineus, thorace glaberrimo.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* minoris magnitudinis; totum ferrugineum. *Thorax* glaberrimus, politus. *Elytra* ſtriata. *Pedes* & *Antennæ* pallidiores.

799.

799. CARABUS *vulgaris* nigro-æneus, pedibus antennisque nigris. *Fn.* 525.
β Carabus ater, pedibus antennisque nigris. *Fn.* 530.
Habitat in *ligno putrido. P. Kalm.*

*DESCR.* Magnitudo & facies præcedentis, ex nigro æneus. *Thorax* atrior nitidior, punctis duobus concavis, obſoletis. *Elytra* ſtriata, ſed extima ſtria elytrorum ſerrata. Thorax poſtice latitudinem elytrorum attingit. *Variat* punctis impreſſis in elytris, & non impreſſis. *Antennæ* ad baſin ſæpe griſeæ; ſubtus niger eſt hic Carabus.

800. CARABUS *cærulescens* viridi-cæruleus, antennis baſi rubris.
β Carabus ſupra æneus, coleopteris punctis ſex excavatis, tibiis rufis. *Fn.* 520.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 8. Bupreſtis capite nigro, collari elytriſque nigro-æneis.
Habitat apud nos frequentiſſimus in pratis.

*DESCR.* Magnitudo circiter muſcæ domeſticæ. *Color* totius animalculi a tergo viridi rubroque fuſco-æneus. *Elytra* ſtriata ſingulis tribus punctis longitudinalibus impreſſis. *Femora* nigra; tibiæ rufæ. *Antennæ* ad articulos inferiores tribus ſetis armatæ.

801. CARABUS *cupreus* æneus, antennis baſi rubris.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* nigrum, magnitudine fere præcedentis, ſed ſupra capite Thorace & elytris ænei coloris. *Antennarum* primus articulus ſæpius ruber eſt.

802. CARABUS *piceus* niger, pedibus antennisque piceis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* Pediculo plus duplo majus, nigrum; minime nitidum. *Pedes* & *Antennæ* fere piceæ. *Elytra* fuſco-nigra.

803. CARABUS *velox* nigricans, pedibus tibiiſque pallidis. *It. gotl.* 207. *Fn.* 522.
Habitat in *arena riparia* maritima inſulæ Fâroen in Gotlandia; currit & volitat velociſſime & promtiſſime inter omnia coleoptera.

*DESCR.* Muſca domeſtica minor. *Caput*, *Thorax* & *Elytra* (quæ ſtriis octo ſunt) e cupreo nigra. *Pedes* nigri, exceptis mediis tibiis pallidis.

804. CARABUS *marginatus* niger, elytris margine flavis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* totum viridiſſimum. *Antennæ* nigræ. *Thoracis* margo vix manifeſte ferrugineus. *Elytra* vix manifeſte ſtriata margine exteriore omnino flavo. *Variat* capite thoraceque æneis.

805.

805. CARABUS *multipunctatus* ſubæneus, elytris punctis vagis plurimis impresſis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, nigrum, glabrum, ſubtus ſubæneum. *Thorax* linea longitudinali excavata. *Elytra* margine laterali ſubænea, diſco ſtriata & adſperſa punctis majoribus obtuſis impresſis.

806. CARABUS *bipunctatus* ſubæneus, elytris punctis duobus impreſis.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Corpus vix pediculo majus, nigrum, at ſupra ſunt Caput, Thorax & Elytra ænea. *Elytra* notantur punctis duobus impreſſis: altero anterius, altero poſterius.

807. CARABUS *ſexpunctatus* ſubæneus, elytris punctis longitudinalibus ſex impreſſis.

Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis. *Fn.* 519.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 20. *n.* 6. Bupreſtis capite collarique cæruleo, elytris rubro-æneis.

*Bauh. ballon. p.* 212. *f.* 4. Cantharis auricolor.

*Gæd. belg.* 2. *p.* 126. *t.* 31.

Habitat ſat frequens Upſaliæ.

*DESCR.* Eſt magnitudine muſcæ, ſed anguſtior, auri inſtar fulgentiſſimi nitens. *Caput* & *Thorax* nitet ex viridi-cæruleo; *Elytra* ignei coloris, vel cupri japonici, ſtriis nudis oculis vix manifeſtis, plurimis, margine laterali extimo cyaneo; ſubtus fuſco-æneus; puncta in ſingulo elytro 6, longitudinaliter, inter ſecundam & tertiam ſtriam a ſutura, impreſſa. *Abdomen* e fuſco nitet. *Thorax* poſtice anguſtior.

808. CARABUS *Crux major* thorace capiteque nigro rubeſcente, coleoptris ferrugineis cruce nigra.

Chryſomela thorace nigro, coleoptris rubris; cruce nigra. *Fn.* 439

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Statura* Chryſomelæ, nigra. *Thorax* orbiculatus, convexus, pubeſcens. *Coleoptra* lutea, baſi, apice & ſutura nigra; faſcia dein in medio lata nigra. Alienus eſt ab hoc genere ob pubeſcentiam & thoracem orbiculatum, nec ſuccurrit aliud, cui aptius inſeratur.

809. CARABUS *Crux minor* thorace luteo glabro, elytris poſtice nigris: maculis duabus flavis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* duplo majus pediculo, nigrum. *Caput* nigrum. *Thorax* & *Pectus* ferrugineo-lutea. *Elytra* antice lutea, poſtice atra cum macula rotunda lutea ad baſin. *Pedes* lutei. *Thorax* etiam huic fere orbiculatus.

810. CARABUS *uſtulatus* thorace nigricante, elytris obſcuris bifaſciatis.

Carabus niger, coleoptris poſtice faſcia ferruginea, lateribus macula ferruginea. *Fn.* 528.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* *Corpus* duplo majus Pediculo, nigrum. *Pedes* ferruginei. *Elytra* nigra, poſtice una alterave obſcura faſcia: non raro etiam macula pallida verſus baſin in exteriore parte elytri.

811. CARABUS *quadripuſtulatus* alatus, capite ferrugineo, thorace atro, coleoptris nigris: maculis 4 flavis.

Habitat in Suecia. *De Solander.*

*DESCR.* Magnitudo vix muſcæ domeſticæ. *Caput* e flavo ferrugineum. *Palpi* caſtanei. *Antennæ* longitudine thoracis, obtuſiuſculæ, baſi ferrugineæ, in medio fuſcæ, apice flaveſcentes. *Thorax* ater, lævis, poſtice latior. *Elytra* ſtriata, nigra maculis duabus flavis: anteriore prope baſin majore; poſteriore pone medium tranſverſali. *Subtus* flavus margine bdominis nigro. *Alæ* nigricantes, elytris duplo longiores.

Elytrorum declivitas & Antennæ obtuſiuſculæ primo intuitu a Carabis alienum reddunt.

812. CARABUS *teſtaceus* pallide teſtaceus, elytris glabris. *Fn.* 523.

Habitat in Roſlagia.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis. *Elytra* absque punctis & ſtriis. *Antennæ* filiformes.

813. CARABUS *quadrimaculatus* thorace flavo, elytris obtuſiuſculis fuſcis: maculis duabus albis.

Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis quatuor lividis.

Habitat in *Scania. J. Leche.* in *Uplandia. L. Klaſe.*

*DESRC.* Pediculo duplo major. *Caput* nigrum. *Thorax* rufus ſ. ferrugineus. *Elytra* ſingula baſi livida macula ovata (quæ in utrisque interdum coit) & alia macula in ſingulo elytro juxta apicem livida ovata (interdum undique diſtincta nigredine ipſius coleoptri). *Pedes* ferruginei ſ. pallidi macula fuſea ad flexuram alæ. *Antennæ* ferrugineæ.

814. CARABUS *truncatellus* niger ſupra ſubæneus, elytris apice ſubtruncatis.

Habitat rarius in Suecia.

*DESCR.* Parvus, vix Cimice major. *Elytra* ſubſtriata; apice oblique truncata.

## Tenebrio.

815. TENEBRIO *Molitor* totus niger.

Mor-

Mordella antennarum articulis lentiformibus: ultimo globoſo. *Fn.* 547.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 19. *n.* 1. Attelabus ater oblongus depreſſus.

Habitat Larva pallida glabra in farina piſtorum, inque Pane martio & militari, in quo ſæpe haret per duos annos antequam mutetur, ipſa Luſciniis gratiſſimus cibus.

*DESCR.* Longitudo digiti transverſi. Totus niger eſt, colore omnino picis. *Elytra* parum ſtriata. *Thorax* margine prominulo. *Antennæ* breves, obtuſæ & quaſi moniliformes, undecim articulis (exceptis tribus primis longiuſculis) lentiformibus, nigris, ultimo globoſo, pallidiore. Os, antennæ, margo thoracis, pedes e ferrugineo atra ſunt.

816. TENEBRIO *culinaris*, ferrugineus, elytris ſtriatis.
Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depreſſo. *Fn.* 546.
Habitat in *Scania.* D. Leche.

*DESCR.* Non ſalit; magnitudo mediocris Carabi, & facies. *Antennæ* longitudine thoracis, ultimo globoſo. *Caput* minimum. *Thorax* lævis, ſupra in parte antica retuſus vel depreſſus; Hoc tamen in majoribus ſ. fœminis obtinet. *Elytra* ſingula 8 ſtriis crenata ſ. punctis exarata.

817. TENEBRIO *Foſſor* piceus, digitis anticis palmato digitatis.
Mordella rufa, tibiis anticis dentatis. *Fn.* 543.
Habitat in collibus arenoſis, quos perfodit; inque fagis putridis.

*DESCR.* Corpus cimice longius, fuſcum. *Thorax* niger, glaber linea longitudinali; ſpatio diſtans ab elytris. *Elytra* picea, ſtriata. *Pedes & Antennæ* ferrugineo-piceæ. *Palmæ* antice inſtar Gryllotalpæ fiſſæ in digitos & ſpinas laterales.

818. TENEBRIO *Curſor* fuſcus, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.
Habitat in vegetabilibus computreſcentibus.

*DESCR.* *Corpus* magnitudine pediculi, oblongum, depreſſum, nigricans. *Thorax* margine denticulatus, ut in cerambyce 2:di ordinis; adeoque facie diſtinctiſſimus a Tenebrionibus.

819. TENEBRIO *erraticus* niger, antennis thorace orbiculato elytriſque ferrugineis, elytris apice fuſcis.
Habitat non infrequens, apud nos.

*DESCR.* *Antennæ* ferrugineæ, thorace longiores articulis lentiformibus. Caput, Thorax & pectus nigra. *Thorax* ſuborbiculatus, depreſſus, antice obtuſior, non marginatus. *Elytra* oblonga, ſtriata, ferruginea, apice fuſceſcentia. *Abdomen* ferrugineum.

820. TENEBRIO *pallens* pallide teſtaceus.
Carabus pallide teſtaceus, oculis nigris. *Fn.* 531.

Habitat in terra primo vere.

*DESCR.* Totus pediculi majoris longitudine, teretiuſculus, opacus, unicolor, *pallidus* ad teſtaceum vergens colorem, exceptis *oculis* nigris: minime ſtriatus.

821. TENEBRIO *quiſquilius* alatus, pedibus ferrugineo-piceis.
Habitat Calmariæ. *A. Modeer.*

*DESCR. Corpus* nigrum, magnitudine cimicis, opacum. *Pedes* piceo-ferruginei.

822. TENEBRIO *mortiſagus* apterus, coleoptris mucronatis.
Tenebrio atra, coleopteris pone acuminatis. *Fn.* 594.
*Aldr. inſ. p.* 499.
*Mouff. lat. p.* 138. *f.* 139. Blatta fœtida tertia.
*Charl. exerc. p.* 48. Blatta fœtida.
*Jonſt. inſ. t.* 16.
*Merr. pin.* 202. Blatta fœtida.
*Pet. gaz. p.* 38. *t.* 24. *f.* 7. Scarabæus impennis tardipes.
*Liſt. loqu. p.* 388. *n.* 21. Scarabæus e toto niger minime nitens fœtidus?
*Raj. inſ.* 89. Scarabæus niger rotundus lævis, antennis globoſis.
*Friſch. germ.* 13. *p.* 27. *t.* 25. Scarabæus terreſtris & ſtercorarius niger fœtidus.
*Dal. pharm. p.* 91. Blatta officinarum.
*It. œl.* 62. Tenebrio primus.
*Suecis* Skrobba.
Habitat inter quisquilias hortorum & agrorum; credulum vulgus intra domos hunc ambulantem obſervantes mortis nuncium eſſe ſibi perſvadet.

*DESCR.* Totus ater & omnino piceus eſt. *Elytra* ſecundum longitudinem totam connata. *Alæ* nullæ. Antennæ longiuſculæ, articulis lentiformibus, ultimo globoſo, ſæpe terminantur Elytra apice, in dorſo, rimula. *Thorax* marginatus, punctatus. Elytra rugoſa.

823. TENEBRIO *roſtratus* apterus niger, elytris læviuſculis uniangulatis, thorace anguſtiore, capite anguſtisſimo.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Totus ater, punctis vix conſpicuis confertisſimis, laterum apicibus nec carinatis præterquam latere. *Thorax* Carabi, valde anguſtus & *Caput* anguſtisſimum.

824. TENEBRIO *gibbus* apterus niger lævis, thorace poſtice rotundato.
Habitat in quisquiliis.

*DESCR.* Magnitudo T. mortiſagæ minor; valde convexus, undique lævis

vis, nec punctatus aut ſulcatus, etiam lateribus. *Thorax* poſtice rotundatus parum truncata baſi.

825. TENEBRIO *Caraboides* apterus, thorace ovali marginato, coleoptris carinatis.
Tenebrio atra, coleoptris pone rotundatis; maxillis prominentibus. *Fn.* 595.
*Friſch. germ.* 13. *p.* 27. *t.* 22.
Habitat in Quisquiliis.

DESCR. Minor. *Thorax* ut in Carabis. *Femora* clavata. *Maxillæ* capitis longitudine, cum in præcedenti breviora.

## Meloe.

826. MELOE *Proſcarabæus* apterus, corpore violaceo. *Fn.* 596.
*Mouff. lat.* 164. *f. med.* Proſcarabæus.
*Jonſt. inſ. p.* 74. *t.* 15. Proſcarabæi fæmina.
*Charl. exerc. p.* 46. Proſcarabæus ſ. anti-Cantharus.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 9.
*Merr. pin. p.* 201. Proſcarabeus.
*Wagn. helv. p.* 234.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 152. *f.* 42.
*Liſt. gœd. p.* 292. *f.* 120.
*loqu.* Scarabæus mollis ex nigro viola nitens.
*Friſch. germ* 6. *p.* 14. *t.* 6. *f.* 5.
*Dal. pharm.* 5. *p.* 361. Proſcarabæus.
*Schrœd. pharm.* 5. *p.* 345. Chantharus unctuoſus.
Habitat ad margines agrorum & in collibus ſoli expoſitis menſe Majo. Edit *Anemonem*, *Ranunculum* tactus oleum limpidiſſimum ex omnibus pedum geniculis emittit.

DESCR. Totum animal molle eſt & atrum; pedes, antennæ, abdomen paulo magis violacea. *Elytra* coriacea, mollia, rugoſa, minime nitida. *Antennæ* moniliformes; in fæmina abdomen longius elytris. *Alæ* nullæ.

827. MELOE *veſicatorius* alatus viridiſſimus nitens, antennis nigris Cantharis officinarum. *It. ſcan.* 186.
*Mouff. inſ.* 144. Cantharides.
*Aldr. inſ.* 276. Cantharis major.
*Jonſt. inſ.* 76. *t.* 7. Cantharis major.
*Raj. inſ.* 101. Cantharis vulgaris officinarum.
Habitat in Scania campeſtri extrema in *Liguſtri*, *Fraxini* excelſioris, *Sambuci*, *Lonicera* foliis.

Veſicatoria celeberrima in omnibus officinis Europæis nomine *Cantharidis*; veterum Cantharis vero Meloe cichorii.

828. MELOE *bimaculatus* alatus niger, coleoptris luteis: maculis duabus nigris poſticis.

*Uddm. diſſ.* 32. Cerambyx ater, elytris fuſco-flavis maculis duabus nigris.

Habitat Upſaliæ rarius, primo vere, in foſſis arenoſis ſiccis.

*DESCR. Corpus* magnitudine & fere ſtatura Lepturæ, atrum. *Antennæ* longitudine fere corporis. *Thorax* rotundatus, ſubpubeſcens. *Elytra* mollia, lutea, in parte poſtica macula nigra rotunda. *Feminæ* abdomen ſubtus poſtice flaveſcens.

829. MELOE *antherinus* alatus niger, elytris faſciis duabus ferrugineis.

Tenebrio pedicularius. *Syſt. nat.* 10. *p.* 418. *n.* 7.

Habitat in floribus frequentior.

*DESCR. Corpus* magnitudine pediculi, nigrum. *Coleoptera* faſcia una ferruginea obſoletiore ad baſin, altera pone medium. *Thorax* ſubgloboſus, niger.

830. MELOE *floralis* alatus niger, elytris maculis duabus obſoletis.

Habitat in *Cardui* floribus frequens.

*DESCR. Corpus* ſtatura præcedentis, & ſimillimum, ſed *Thorax* glaberrimus & *Elytra* fuſca maculis duabus, ovatis, transverſis, pallidis, altera priore, altera poſteriore, neutra marginem elytri tangente.

## Mordella.

831. MORDELLA *paradoxa* antennis pectinatis, thoracis lateribus elytriſque teſtaceis.

Habitat Calmariæ. *Modeer*; in Germania. *Schreber*.

*DESCR. Caput* nigrum. *Antennæ* longitudine thoracis, ſimplici ſerie pectinatæ, atrae. *Thorax* gibbus: poſtice trilobus, lobis lateralibus teſtaceis; dorſo lacuna profunda lata excavatus. *Scutellum* nullum. *Elytra* Lepturæ, teſtacea, poſtice attenuata, apice nigra, thoracis *Laminæ* affixæ nigrae. *Alæ* fuſcæ. *Abdomen* teſtaceum; primo ſegmento margine nigro & ano nigro. *Pedes* nigri. *Magnitudine* noſtrates reliquas ſuperat.

832. MORDELLA *aculeata* atra, ano ſpina terminato.

Mordella oblonga atra, cauda aculeo terminata. *Fn.* 534.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 1. Mordella cauda aculeata.

Habitat communiter in floribus Hieraciorum.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis fœniculi. *Tota* atra, glabra, oblonga. *Caput* parvum, inflexum. *Elytra* oblonga, atra, non ſtriata. *Thorax* glaber, convexus. *Antennæ* ſetaceæ, truncatæ, articulatæ. *Corpus* verſus caudam ſenſim anguſtius. *Abdomen* compreſſum, deſinens in aculeum ſ. ſpinam ſubulatam, acutam, nigram, elytris longiorem, minime pungentem. *Pedes* longiuſculi, quibus ſaltat. *Variat* & elytris faſcia una alterave caneſcente.

833.

833. MORDELLA *humeralis* atra, lateribus thoracis baſeosque elytrorum flaveſcentibus.
Habitat in floribus.

*DESCR.* Statura & magnitudo præcedentis, etiam aculeo caudæ exſerto. *Caput* flavum. *Thorax* flaveſcens, medio nigricans. *Elytra* baſi ferruginea.

834. MORDELLA *frontalis* atra, fronte pedibusque flaveſcentibus.
Habitat in Floribus.

*DESCR.* *Magnitudo* ſequentium, ſ. dimidio minor duabus præcedentibus, nigra; *Frons* flava & *Pedes* præſertim anteriores.

835. MORDELLA *thoracica* nigra, capite thoraceque flavis.
Habitat in Floribus.

*DESCR.* *Corpus* nigrum, duplo majus Pulice. *Caput*, *Thorax* & *Pedes* flaveſcentes. *Elytra* fuſca.

836. MORDELLA *flava* flava, abdomine elytrorumque apicibus nigris.
Habitat in Floribus frequens.

*DESCR.* Magnitudo & ſtatura præcedentis. *Caput*, *Thorax*, *Antennæ* & *Elytra* flava, ſolis Elytrorum apicibus nigris. *Abdomen* totum atrum.

## Necydalis.

837. NECYDALIS *minor* elytris teſtaceis apice lineola alba, antennis corpore longioribus.
Necydalis elytris apice lineola alba. *It. oel.* 74. *Fn.* 597.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 16. Cimex longus depreſſus griſeus: genubus globoſis.
Habitat in ſepibus.

*DESCR.* *Caput* nigrum. *Thorax* oblongus, ater, punctis duobus nitidis dorſalibus. *Elytra* griſea, baſi angulata, abdomine dimidio breviora, apice dehiſcentia inter ſe, & ſingula macula lineari alba apice notata. *Alæ* ſeminudæ, ut in hemipteris cruciatæ, nec intra elytra retractæ. *Antennæ* griſeæ, corpore duplo longiores, ſetaceæ, articulo infimo craſſo; ſecundo minimo; tertio & reliquis oblongis. *Pedes* griſei. *Femora* verſus apicem valde craſſa, clavata. & in eodem loco fere globoſa.
Ex antennis eſſet Cerambyx! ex pedibus Leptura! ex elytris Forficula! cum Cerambyce tamen maxime adfinis, licet externa facie diſſimilis.

838. NECYDALIS *major* elytris ferrugineis immaculatis, antennis corpore brevioribus.
Habitat rariſſime apud nos.

*DESCR.* Præcedenti octuplo major. *Antennæ* corpore dimidio breviores, nigræ

nigræ, baſi ferrugineæ. *Palpi* ferruginei. *Caput* nigrum *Thorax* niger, lateribus puncto elevato obtuſo. *Elytra* breviſſima, longitudine tantum thoracis, ovata, ſaturate ferruginea, ſubvilloſa, nitida, marginata. *Abdomen* Tipulæ, longiuſculum, lineare, nigrum, quinque articulis. *Pectus* gibbum, nigricans. *Pedes* ferruginei: poſticis apice femorum nigro.

## Staphylinus.

839. STAPHYLINUS *hirtus* hirſutus niger, thorace abdomineque poſtice flavis. *Fn.* 601.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 1. Forficula hirſuta, nigra, nitida: capite, collo, cinguloque ventris flavis.

Habitat in locis arenoſis apud nos rarius, in Oſt-Friſia vulgatiſſimum obſervavimus.

*DESCR.* Magnitudo Bombylii, totus valde hirſutus. *Caput* nigrum. *Thorax* flavus. *Elytra* cinerea. *Abdomen* antice nigrum; poſtice luteum. *Pedes* nigri, etiam hirſuti.

840. STAPHYLINUS *murinus* pubeſcens cinereus nigro-nebuloſus. *Fn.* 602.

Habitat in fimo equino.

*DESCR.* Inſectum inter majores, non maximos, numerandum eſt, oblongum, pubeſcens, cinereo-æneum, maculis nigris, perlucentibus. *Antennæ* articulis IX. *Caput* depreſſum. *Os* forcipatum. *Thorax* anguſtus. *Elytra* brevia, capiti & thoraci concoloria. *Abdomen* fuſcum maculis nigris. *Cauda* duabus ſetis villoſis; abdomine preſſo exeunt ad caudam duo cornicula mollia, recurva, alba, pellucida.

841. STAPHYLINUS *maxilloſus* pubeſcens niger: faſciis cinereis, maxillis longitudine capitis.

Staphylinus ater glaber; maxillis longitudine capitis. *Fn.* 603.

*Jonſt. inſ. t.* 17. *f.* 1. 2. 3. Staphylinus.

*Mouff. lat. p.* 197. Staphylinus.

*Liſt. loqu. p.* 391. *n.* 2. Scarabæus majuſculus niger, forcipibus infeſtis.

*Raj. inſ. p.* 109. *n.* 1. Staphylinus major, totus niger.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 2. 3. Forficula collari nigro: elytris nebuloſis.

Habitat in ſylvis, victitat aliis inſectis, ſub metu caudam reflectit & duas veſiculas cordatas exſerit.

*DESCR.* Hic maximus inter noſtros eſt. *Caput* & *Thorax* atra, glabra. *Elytra* atra, (in quibusdam cineritie lævi nebuloſa) obtuſa. *Dorſum* abdominis caudæ concolor. *Pedes* nigri. *Os* duabus maxillis arcuatis duris acuminatiſſimis ſimplicibus capite longioribus.

842. STAPHYLINUS *erythropterus* ater, elytris pedibusque rufis. *Fn.* 604.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 6. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris teſtaceis.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 49. *t.* 25. Scarabæus rapax, elytris brevibus.
Habitat in ſtercore, edit alia inſecta.
*DESCR.* Eſt inter majores, non maximos, numerandus. *Caput* & *Thorax* nigra. *Abdomen* nigrum micante puncto deaurato in ſingulo ſegmento utrinque. *Elytra* & *Pedes* rufa. *Antennæ* nigræ baſi & apice rufeſcentes.

843. STAPHYLINUS *politus* niger, thorace elytriſque nigricantibus nitidis.
Staphylinus niger, thorace æneo nitido, elytris atro-cæruleis. *Fn.* 605.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 16. *n.* 7. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris cæruleſcentibus.
*DESCR.* Eſt e mediis ſpeciebus. *Caput* & *thorax* polita. *Elytra* punctis minutiſſimis adſperſa. *Antennæ* XI. articulis.
*Variat* in hac ſpecie color thoracis & coleoptri: in aliis thorax æneus, & elytra atro-cærulea; in aliis thorax ater nitidus, & elytra atra.
Differentia ſpecifica eſſentialis conſiſtit in thorace decem punctis excavatis, ſed vix absque lente conſpiciendis.

844. STAPHYLINUS *rufus* rufus, capite elytrorum abdominisque poſticis nigris, femoribus baſi nigris. *Fn.* 606.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 8. Forficula collari teſtaceo, elytris ventreque teſtaceis: apicibus nigris.
Habitat frequens.
*DESCR.* Eſt hic mediæ magnitudinis. *Rufa* ſunt thorax, pedes, abdomen maxima ex parte & elytra antice; *Nigra* vero os, caput, elytra pone & in medio ad ſuturam, nec non abdominis tria ultima ſegmenta. *Antennæ* fere clavatæ.

845. STAPHYLINUS *lunulatus* rufus, capite elytrorum abdominiſque poſticis nigris, femoribus totis rufis.
Habitat in Suecia.
*DESCR.* Similis Staph. rufo, ſed dimidio minor; nec femora baſi nigra.

846. STAPHYLINUS *riparius* rufus, elytris cæruleis, capite abdominiſque apice nigris. *It. gotl.* 173. *Fn.* 607.
Habitat in *Gotlandia* inter arenam ripariam.
*DESCR.* *Magnitudo* formicæ nigræ. Totus incarnatus, ſed capite & abdominis tria quatuorve ultima ſegmenta atra; *Elytra* tota cærulea; *femora* incarnata geniculis nigris. *Antennæ* articulis XI, ovalibus, caput verſus anguſtis, excepto ultimo extrorſum anguſtato; ſunt etiam antennæ pallidæ apice nigræ. *Maxillæ* acutæ; denticulo laterali interno.

847. STAPHYLINUS *bipuſtulatus* niger, elytris puncto ferrugineo.
Habitat Upſaliæ rarius. *Kallenberg.*
*DESCR. Corpus* valde oblongum, magnitudine minoris pediculi, omnibus partibus nigrum, *Antennæ* clavatæ. *Elytra* brevia, in ſinguli medio punctum ferrugineum.

848. STAPHYLINUS *lignorum* fuſcus, elytrorum ſutura abdomine pedibusque ferrugineis. *Fn.* 608.
Habitat in lignis putridis.
*DESCR.* Magnitudo minimæ formicæ; *Corpus* totum lineare, longiuſculum. *Caput* & thorax glabra, fuſca: *Thorax* verſus elytra duobus punctis excavatis notatus. *Elytra* fuſca, ſed ferruginea ad ſuturam longitudinalem. *Abdomen* & Pedes ferruginei.

849. STAPHYLINUS *ſubterraneus* niger, elytris antice extrorſum flavis, pedibus nigris.
Habitat ſæpius in Cellis ſubterraneis.
*DESCR. Corpus* atrum, nitidum, pediculo duplo majus. *Antennæ* filiformes, corpore dimidio breviores. *Elytra* nigra, truncata, a medietate anteriore, ſed latere exteriore, macula magna flaveſcente. *Thorax* lævis, convexus. *Abdomen* glabrum, elytris duplo longius, apice ſetis duabus parvis ſubulatis.

850. STAPHYLINUS *flaveſcens* ater, pedibus rufis, elytrorum margine flavo. *Fn.* 610.
Habitat *Upſaliæ.* *P. Kalm.*
*DESCR.* Eſt inter omnes noſtros minimus, utpote qui pulicem non excedit. *Thorax* & *Elytra* læte glabra, atra, margine elytrorum anum ſpectante rufo. *Pedes* teſtacei. Priori ſimilis, ſed quadruplo minor. *Abdomen* fere ſubulatum.

851. STAPHYLINUS *biguttatus* niger, elytris puncto fulvo.
Habitat in Quisquiliis.

852. STAPHYLINUS *littoreus* niger, elytris antice griſeis, pedibus rufis. *It. gotl.* 173. *Fn.* 611.
Habitat in *Arena* riparia humida, ſub qua cuniculos facit, præſertim in *Gotlandia.*
*DESCR.* Magnitudo pediculi: *Abdomen* infra elytra admodum acuminatum, nigrum. *Thorax* niger, lateribus verſus baſin parum teſtaceis. *Pedes* longiuſculi, teſtacei. *Elytra* nigra, in medio verſus baſin griſea, ſeu macula magna teſtaceo-fuſca, utraque elytra occupante, juxta baſin. *Os* flavum.

853. STAPHYLINUS *ſanguineus* niger, elytris ſanguineis. *Fn.* 612.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 12. Forficula nigra, elytris ſanguineis.

Habi-

Habitat paſſim, vagus.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Totus* ater, glaber, exceptis elytris ſanguineis.

854. STAPHYLINUS *Caraboides* flavus.
Staphylinus totus teſtaceus. *Fn.* 613.
Habitat in plantis & ſtercore.

*DESCR.* Magnitudo antecedentis. *Totus* ejusdem coloris ſeu dilute teſtaceus aut flaveſcens, excepto abdomine, a tergo pone elytra, paulo magis fuſco ſeu obſcuro. *Antennæ* longiuſculæ ſunt & facies fere Carabi. Duas ſetas in cauda nondum vidi.

855. STAPHYLINUS *chryſomelinus* niger, thorace elytris pedibusque ſubteſtaceis. *Fn.* 614.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Caput* nigrum. *Thorax* glaber, convexus, ſupra & ſubtus cereus ſive pallide teſtaceus. *Elytra* thorace concoloria, ſed antice & ad marginem exteriorem nigricantia, poſtice omnino, uti thorax, colore & glabritie. *Pedes* magis ſaturate ferruginei. *Abdomen* nigrum, pone elytra pilis hiſpidum. *Faccies* Chryſomelæ, ſed elytra brevia & Abdomen piloſum.

856. STAPHYLINUS *flavipes* niger, elytris antennis pedibusque ferrugineis. *Fn.* 615.
Habitat in *Scania. D. Leche.*

*DESCR.* Pediculo dimidio minor, oblongus, niger, ſed *Elytra* ferruginea, & *Antennæ* & *Pedes* minus ferruginea, quam elytra.

857. STAPHYLINUS *fuſcipes* niger, elytris tibiisque fuſcis. *Fn.* 616.
Habitat in *Scania.*

*DESCR.* Pediculo fere major. *Totus* ater, glaber. *Elytra* fuſca: tibiæ flaveſcentes, non vero Femora. Thorax, caput & maxillæ ratione magnitudinis inſignes.

858. STAPHYLINUS *rufipes* ater glaber, pedibus rufis. *Fn.* 609.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 10. Forficula tota atra.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo formicæ. *Totus* ater, glaber, exceptis rufis pedibus; nec thorax, nec elytra punctata. *Os* flaveſcens. Caput & Antennæ nigræ. Abdomen glabrum a tergo.

859. STAPHYLINUS *Boleti* fuſcus, elytris pallidioribus, antennis pedibusque lividis.
Habitat in *Boleti* poris.

*DESCR.* Magnitudo Pulicis. *Corpus* fuſcum. *Elytra* & Cauda magis pallide fuſca. *Pedes* & *Antennæ* ſolæ pallidæ.

## Forficula.

860. FORFICULA *Auricularia* elytris apice albis. *Fn.* 599.
*Mouff. lat. p.* 171. *f. infim.* Forficula ſ. Auricularia vulgatior.
*Jonſt. inſ. t.* 16. *f.* 2. Forficula.
*Merian. europ. gall. t.* 30.
*Liſt. mut. t.* 31. *f. A.*
*Loqn. p.* 391. *n.* 25. Scarabæus ſubrufus, cauda forcipata.
*Pet. gaz. t.* 74. *f.* 5. Forficula vulgaris.
*Friſch. germ.* 8. *p.* 31. *t.* 15. *f.* 2. *mas.* 1. *fœmina.* Vermis auricularis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15, *n.* 4. & 6. Forficula mollis cinerea, cauda forcipata. (*Larva?*)
*Suecis.* Tweſtiert, Oernmaſk.
Habitat in terra prægnanti.

*DESCR.* Inſectum oblongum. *Antennæ* ſetaceæ, longæ, tredecim vel quatuordecim articulis. *Clypeus Thoracis* planus; antice truncatus, pone rotundatus, pallidus, in medio niger. *Elytra* pallide rufa. *Alæ* extra elytra prominulæ, apice extrorſum alba; ovata macula. *Abdomen* rufeſcens, nudum. *Cauda* duobus unguibus arcuatis, apice conniventibus, corneis forcipata.

861. FORFICULA *minor* elytris teſtaceis immaculatis.
Forficula alis elytro concoloribus. *Fn.* 600.
Habitat in ſterquiliniis.

*DESCR.* Dimidio minor eſt hæc ſpecies. colore caſtaneo. *Caput* & *thorax* nigricantia. *Elytra* & *Alæ* (quæ complicatæ apice prominent) caſtanea; *abdomen* caſtaneum. *Forceps* caudæ erectior. *Antennæ* X tantum articulis, non vero XIV, uti præcedens. *Pedes* & *abdomen* ſubtus pallidiora.

## Blatta.

862. BLATTA *orientalis* ferrugineo-fuſca, elytris ſulco oblongo impreſſis. *Fn.* 617.
*Mouff. lat. p.* 138. *f.* 2. 3. Blatta molendinaria & piſtrinaria.
*Columm. ecphr.* 1. *p.* 40. *t.* 36. Scarabæus alter teſtudinatus minor atque alatus.
*Jonſt. inſ. t.* 13. *f. A.* Grylli.
*Liſt. mut. t.* 18. *f.* 2. *fæmina.*

*Barthol.*

*Barthol. act.* 1671. *p.* 107. *t.* 108. Gryllus alatus (& repens) vermis in ſaccharo.
*Raj. inſ. p.* 68. Blatta prima ſive mollis Mouffeti.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 11. *t.* 3. Blatta lucifuga ſive molendinaria.
*Fennonibus* Torraka. Dracan.
Habitat in Molendinis, præſertim in fumoſis hypocauſtis Finnonum (Pyrten), ubi devaſtat panes, ocreas & varia utenſilia incolarum; rarius Stockholmiæ & alibi, noctu prædatur; accenſa candela aufugit ocyus.

*DESCR.* Magnitudo Grylli, tota teſtaceo-fuſca ſeu ferrugineo nigricans & quaſi uſta. Clypeus *thoraci* incumbens planus, ovalis, transverſalis. *Elytra* diaphana, abdomine breviora, ovali-oblonga: ſingula tribus ſtriis a baſi exeuntibus, quarum intermedia elevata: interior excavata, incurvata conficiens cum pari ſpatium ovatum incluſum; exterior excavata juxta marginem, brevis; ſtriæ abſque ullo certo ordine: cauda duobus mucronibus. *Pedes* aculeati. *MAS* alas & elytra gerit. *FÆMINA* ejus tantum rudimenta.

863. BLATTA *lapponica* flaveſcens, elytris nigro maculatis. *Fn.* 618.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n.* 2. Lampyris alis ſuperioribus ad angulum acutum ſtriatis.
Habitat in Caſis *Lapponum* ſylvaticorum inter piſcium ſquamas frequentiſſima. Dum piſces abſque ſale a Lapponibus exſiccantur, ſæpe unico die, ab hac omnino conſumuntur.

*DESCR.* Magnitudo majoris muſcæ. *Thoracis* clypeus membranaceus, patens, marginatus, ovalis, diaphanus. *Elytra* membranaceo-pellucida, cornei coloris, ſtria longitudinali elevata, in qua ſtriæ ducuntur verſus poſteriores margines utrinque, ut coëant in ſtriam longitudinalem minores ad angulum acutum; puncta aliquot nigricantia temere elytris adſperſa. *Pedes* cornei coloris: *tibiæ* ſpinoſæ. *Antennæ* longæ, ſetaceæ. *Alæ* inferiores aqueæ. *Cornicula* duo articulata, recurva ſupra anum.

## Gryllus.

864. GRYLLUS *bipunctatus* thoracis ſcutello abdominis longitudine.
Gryllus elytris nullis, thorace in elytron longitudinale extenſo: macula utrinque rhombea nigra. *Fn.* 623.
*Raj. inſ. p* 60. Locuſta minor fuſceſcens, cucullo longo rhomboide.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 34. *n.* 9. Gryllus alis ſuperioribus nullis, collari producto ad longitudinem abdominis.
Habitat in pratis ſiccioribus.

DESCR.

*DESCR.* Eſt Species e minimis hujus generis. Manifeſte diſtinguitur ſcuto *Thoracis*, producto ad longitudinem abdominis, linea longitudinali elevata, & punctis duobus oppoſitis atris rhombeis, ſæpe in medio longitudinis. *Alæ* albæ ſub hac cruſta absconduntur. *Antennæ* breviores ſunt in hac, quam in alia ulla. *Elytra* e thorace producto longitudine abdominis.

865. GRYLLUS *ſubulatus* thoracis ſcutello abdomine longiore.
Gryllus elytris nullis, thorace producto abdomine longiore. *Fn.* 624.
Habitat in pratis ad foſſas & aquas ſtagnantes, primo vere.

*DESCR.* Statura præcedentis, ſed anguſtior & *Thorax* ſcutellaris ipſo corpore fere duplo longior. *Antennæ* breves.

866. GRYLLUS *Gryllotalpa* thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis tomentoſis.
Gryllus pedibus anticis palmatis. *Fn.* 619.
*Imp. alt. p.* 692. Talpa inſectum.
*Aldr. inſ. p.* 571. Talpa ferrantis imperati.
*Welſch. hecatoſt.* 1. *p.* 39. Talpa ferrantis imperati.
*Mouff. lat. p.* 104. Gryllo-talpa.
*Jonſt. inſ. t.* 12. 13. Gryllo-talpa.
*Hofn. inſ. t.* 4. *f. ult. æ.* edit alt. 3. *t.* 6.
*Goed. belg.* 1. *p.* 168. *t.* 76. Gryllo-talpa.
*Liſt. gœd. p.* 288. *f.* 119. Gryllo-talpa.
*Barth. act.* 4. *p.* 9. *f.* 1. Gryllo-talpa.
*Worm. muſ. p.* 243. Gryllo-talpa.
*Wagn. helv.* 233. Gryllo-talpa.
*Charl. exerc. p.* 44. Gryllo-talpa.
*Raj. inſ. p.* 64. 67. Gryllo-talpa Mouffeti.
*Eph. N. C. dec.* 2. *anm.* 1. *p.* 154. Gryllo-talpa.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 28. *t.* 5. Gryllus campeſtris pedibus talpæ.
*Black. herb. t.* 81. *f.* 10.
Habitat in *Scania* campeſtri, ubi veſperi cantillat uti Rana Hyla vel Rallus Crex Hortis noxius.

*DESCR.* Differt a reliquis manifeſte variis notis. 1. Magnitudine, utpote omnibus noſtris inſectis, excepto Cancro, major. 2. Pedibus anticis villoſis & palmatis. 3. Alis ſuperioribus cinereis vaſis nigricantibus; inferioribus longioribus, acuminatis. Cauda biſeta eſt, uti ſequentis.

867. GRYLLUS *domeſticus* thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus ſimplicibus, corpore glabro.
Gryllus cauda biſeta, alis inferioribus acuminatis longioribus, pedibus ſimplicibus. *Fn.* 620.

*Mouff.*

*Mouff. lat. p.* 135. Gryllus domeſticus.
*Jonſt. lat. t.* 12. Grylli Mouffeti & t. 13. f. D.
*Charl. exerc. p.* 44. Gryllus domeſticus.
*Hoffn. inſ. p.* 11. *f.* 4.
*Raj. inſ. p.* 63. Gryllus domeſticus.
*Suecis* Syrſa.
Hoſpitatur apud nos in Domibus, ubi in argillaceis muris cuniculos format, & ſtridule cantillat, præſertim per noctes, inhabitatoribus ingratus; pellitur Nymphææ radice & Populi tremulæ ligno. *It. oel.* 84.

868. GRYLLUS *brachypterus* griſeo-fuſcus, elytris aliſque corpore dimidio brevioribus.
Habitat in Suecia. De Geer.
DESCR. *Thorax* latere poſtico utrinque linea alba terminatus. *Totus* vireſcens. *Femora* linea longitudinali nigra. *Alæ* Elytris, elytra abdomine breviora. *Enſis* adſcendens.

869. GRYLLUS *viridiſſimus* thorace rotundato, alis viridibus immaculatis, antennis ſetaceis longiſſimis.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 2. *f.* 1. Locuſta major viridis.
*Robert. icon. t.* 28.
*Raj. inſ.* 61. Locuſta viridis major.
Habitat in Pratis rarius.
DESCR. *Corpus* inter noſtrates maximum. *Caput* & Thorax olivacea. *Thorax* lævis nec angulatus, dorſo planiuſculus lobo ſcutellari obtuſiſſimo. *Alæ* virides, immaculatæ. *Enſis* recta.

870. GRYLLUS *verrucivorus* thorace ſubquadrato lævi, alis viridibus fuſco maculatis, antennis ſetaceis longitudine corporis.
Gryllus cauda enſifera recta, corpore ſubviridi. *It. gotl.* 253. *Fn.* 621.
*Jonſt. inſ. t.* 11. *f.* 1. 2. 3. Locuſta hewſchrecken Mouffeti. *t.* 13. *f.* 13.
*Hoffn. inſ. t.* 5. *f.* 16. 17.
*Rob. ic. t.* 27.
*Merian. europ. t.* 176.
*Eph. N. C. dec.* 2. *ann.* 11. *obſ.* 16. *p.* 40.
*Suecis* Wårtbit.
Habitat in pratis. Ruſtici huic inſecto verrucas manus admovent, quas præmordet & evomit in vulnus liquorem, unde verruca contabeſcit.
DESCR. Diſtinguitur a reliquis variis notis. *Thoracis* armatura triangulari, ſeu ad latera deorſum producta & a tergo verſus alas dilatata. *Femina*

*mina* ad anum enſem gerit bivalvem; *Mas* elytris verſus baſin foramine amplo, membrana pellucida conſolidato, quibus ſonum efficit ſub cantu. *Color* totius corporis maxima ex parte viridis.

871. GRYLLUS *migratorius* thorace ſubcarinato: ſegmento unico, capite obtuſo, maxillis atris.
*Friſch. inſ.* 9. *t.* 1. *f.* 8.
Habitat vix apud nos, uno alteroqve anno migrans acceſſit parcius.

872. GRYLLUS *ſtridulus* thorace ſubcarinato, alis rubris: extimo nigris, elytris nebuloſis.
Gryllus elytris nebuloſis, alis rubris extimo nigris. *It. oel.* 158. *Fn.* 625.
*Uddm. diſſ.* 50.
*Wagn. helv. p.* 230. Locuſta prima.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 4. *t.* 1. *f.* 2. Locuſtæ ſecunda ſpecies.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 34. *n.* 4. Gryllus alis ſuperioribus umbroſis, inferioribus rubris apicibus nigris.
Habitat in *pratis* menſe Julio ſtridulus.

DESCR. *Antennæ* corpore dimidio breviores, fuſcæ, in medio craſſiores. *Elytra* nebuloſa. *Alæ* plicatæ, reticulatæ, margine undulatæ, nigræ verſus apicem, alias rubræ. *Femora* ſaltatoria angulata, ad genu fimbriata, latere interiore flava & nigra, tibiis flavis. *Pedes* primores quatuor nigricantes.

873. GRYLLUS *apricarius* thorace crucigero, antennis longitudine corporis. *It. oel.* 157. *Fn.* 628.
Habitat in *Oelandiæ* campis (Alvar) menſe Julio, præſertim circa Borgholm copioſiſſime, ubi inſtar pulveris volatilis ante pedes ambulantis diſpergitur.

DESCR. *Corpus* inter minima hujus generis, ſeu magnitudine ſequentis magis dein flavum, quam vireſcens. *Antennæ* corpore ipſo longiores. *Elytra* pallida, albo reticulata, interlucente nigredine & *Thorax* ſupra pallidus; macula nigra ad latera thoracis. *Femora* pallida: faſcia oblonga nigricante. *Abdomen* ſupra pallidum, lateribus fuſcum, ſubtus flavo-viride.

874. GRYLLUS *viridulus* thorace cruciato, corpore ſupra viridi, elytrorum margine albido. *Fn.* 616.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 6. *n.* 7. Locuſtæ ſeptima ſpecies minima.
Habitat copioſiſſime omnium ad *Burſviken* juxta mare, ubi inſtar ſementantis ſegetis ante pedes cadit.

DESCR. Hic inter minimos, (ſi non minimus omnium) noſtros numerandus eſt. *Corpus* ſuperne viride, quum caput & thorax ſupra ſaturate viridia. *Alæ* dilute virides, exteriores ſive elytra viridia margine exteriore

riore ſeu laterali albo. Abdomen, pectus, femora, facies pallida. *Antennæ* articulis XXIII circiter conſtant.
*VARIAT* in quibusdam angulo utrinque thoracis dorſali lineola alba & alia lineola alba inter marginem elytrorum album & diſcum alæ.

875. GRYLLUS *biguttulus* thorace cruciato, elytris nebuloſis puncto oblongo albo ad apices.
Habitat in Campis.
*DESCR. Corpus* minoris magnitudinis. *Thorax* cruce nigra. *Elytra* cineraſcentia maculis pallidis & lineola ad apicem obliqua albida.

876. GRYLLUS *rufus* thorace cruciato, corpore rufo, elytris griſeis, antennis ſubclavatis.
Gryllus antennis ſubclavatis acutis. *Fn.* 629.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 34. *n.* 6. Gryllus abdomine pallido, alis griſeis unicoloribus.
Habitat in pratis *Roſlagiæ.*
*DESCR.* Eſt inter minores, non minimos. Totus rufus. *Thoracis* anguli nigri lineola alba. *Femora* rubra. *Elytra* griſea, immaculata. *Antennæ* clavatæ, ut in Papilionibus diurnis, ſed tamen apice parum elongatis, & ſummo apice exalbidis.

877. GRYLLUS *groſſus* femoribus ſanguineis, elytris vireſcenti-ſub rufis, antennis cylindricis. *Fn.* 627.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 5. *t.* 4.
Habitat in pratis rarius, ut Bolſtavik & alibi iu *Roſlagia.*
*DESCR.* Eſt e maximis noſtris, & reliquis pallidior & femoribus ſubtus rubris ſaturatioribus: *Abdomen* ſubtus viridi-flavum. *Elytra* flavo-pallida, præſertim antico margine, alias reticulata uti alæ. *Antennæ* cylindraceæ 24. articulis. *Tibiæ* poſticæ nigræ dentibus albis, terminatæ quatuor unguibus præter ungues palmarum. *Femora* poſtica latere inferiore rubra. *Totus* ſupra obſolete brunneus ſeu fuſco-lividus, inter pedes anticos acumen thoracis flaveſcens.

878. GRYLLUS *pedeſtris* corpore livido-incarnato aptero.
Habitat in Pratis parcius.
*DESCR. Corpus* magnitudine majorum noſtratum, ſimillimum Pupæ hujus generis, quum apterum, ſolis alarum rudimentis, ſed cum coëat perfectum individuum judicare licet, colore livido-incarnatum, læve. *Antennæ* filiformes, obtuſæ, corpore breviores. *Thorax* poſtice ſubcarinatus, exaratus ſuturis duabus transverſis. *Femora* poſtica rubra. *Tibiæ* poſticæ decem paribus ſpinarum.

# II. HEMIPTERA.

## Cicada.

879. CICADA *cornuta* thorace bicorni poſtice ſubulato longitudine abdominis, alis nudis. *Fn.* 641.

*Pet.*

*Pet. gaz. t.* 47. f. 2. 3. Ranatra cornuta.
Habitat in Carduis. *R. Haſt.* Lundini. *D. Leche.* Upſaliæ.
*DESCR.* *Corpus* nigricans. *Oculi* fuſci. *Thorax* niger pilis griſeis adſperſus, lateribus utrinque valde mucronatus, poſtice productus in acumen longitudine abdominis, ſubulatum, triquetrum, flexuoſum. *Alæ* 4, lividæ, vaſis ſulcis ſtriatæ: inferiores minimæ. *Abdomen* nigrum. *Femora* nigra. *Tibiæ* ferrugineæ. *Sternum* oblongo mucrone. Non ſalit.

880. CICADA *coleoptrata* elytris totis coriaceis alas obtegentibus.
Habitat ad Gottſundam & alibi *D. D. Haartman.*
*DESCR.* *Corpus* ſubtus nigrum, ſupra totum lividum ſ. ferrugineo-fuſcum. *Elytra* tota coriacea abdomen tegunt, ut in coleoptratis: faſcia obſoleta ex linea fuſca in rhombi formam digeſta. *Alæ* occultatæ, minimæ; albæ. *Tibiæ* poſticæ dentibus duobus alternis validis, ut in Scarabæis.

881. CICADA *Spumaria* fuſca, elytris maculis binis albis lateralibus: faſcia duplici interrupta albida. *Fn.* 636.
*Raj. cantabr.* 112.
*inſ. p.* 67. Locuſta-pulex Svammerdamio, nobis Cicadula.
*Svamm. quart. p.* 83. Locuſta-pulex.
*gall. p.* 86.
*bibl.* 1. *p.* 215.
*Poup. act. gall.* 1705. *p.* 161.
*Blank. belg. p.* 97. *t.* 11. *f. N. O. P.*
*Pet. gaz. t.* 61. *f.* 9. Ranatra bicolor, capite nigricante.
*Friſch. germ.* 8. *p.* 26. *f.* 12. Vermis ſpumans.
*De Geer. act. Stockh.* 1741. *p.* 221. *t.* 7. Cicada fuſca, alis ſuperioribus maculis albis, in ſpuma quadam vivens.
Habitat in *Salice*, cujus Larva & Pupa latitat intra ſpumam ex veſiculis quas ano evacuavit, congeſtam, quam vulgus *Grodſpott* (ſalivam Ranæ) vocat, vide *De Geer act. Holmenſ.* loc. cit.

882. CICADA *nervoſa* fuſca, alis hyalinis fuſco maculatis: nervis punctatis. *Fn.* 632.
Habitat in Pratis.
*DESCR.* Spumaria majuſcula. *Alæ* deflexæ nervis elevatis, maculato-punctatis.

883. CICADA *leucophthalma* nigra, oculis albis. *Fn.* 638.
Habitat in Paſcuis.
*DESCR.* Tota nigra ſ. fuſco-nigra, nec atra. *Oculi* ſoli albi.

884. CICADA *albifrons* nigra, fronte alba.
Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* *Corpus* parvum, atrum. *Elytra* fuſca. *Caput* ſubtus & margo anticus albus. *Pedes* poſtici ciliati.

885. CICADA *leucocephala* nigra, capite albo. *Fn.* 640.
Habitat in paſcuis.

*DESCR.* Tota nigra, præter maculam parvam obſcuram ad marginem exteriorem juxta elytrorum apices. *Caput* & *Thoracis* dimidia anterior pars alba.

886. CICADA *lateralis* nigra, elytris latere albis. *Fn.* 639.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n.* 13. Gryllus fuſcus alarum margine albo.
*Raj. inſ. p.* 68. *n.* 2. Locuſta-pulex fuſca.
Habitat in paſcuis.

*DESCR.* Eſt etiam hæc nigra ſeu nigro-fuſca, ſed linea lata alba elytrorum margines exteriores cingit. *Oculi* & *Os* alba.

887. CICADA *ſtriata* elytris albido nigroque ad angulum acutum ſuturæ dorſalis ſtriatis. *Fn.* 642.
*Raj. inſ. p.* 68. *n.* 1. Locuſta pulex prima.
Habitat in paſcuis humentibus.

888. CICADA *lineata* exalbida: linea utrinque longitudinali nigra *Fn.* 637.
Habitat in paſcuis.

*DESCR.* Tota pallida ſeu exalbida: a fronte utrinque verſus elytrorum apices juxta latera ducitur linea alba, ad poſteriora latior, terminata antequam apicem alarum attingit; intra has lineas laterales ducuntur ſtriæ verſus ſuturam, ad angulum acutum, caudam verſus.

889. CICADA *interrupta* elytris flavis: linea nigra duplici interrupta longitudinali. *Fn.* 631.
*Pet. gaz.* 61. *f.* 10. Ranatra bicolor ex fuſco & pallido ſtriata.
Habitat in pratis tempore fœniſecii.

*DESCR.* Magnitudo inter majores noſtrates ſpecies. Tota flava eſt, ſed clauſis elytris, ad utrumque latus dorſi, linea longitudinalis nigra, quæ interrumpitur in medio oblique, ac ſi linea altera a thorace ducta eſſet, altera ab apice alarum; ambæ licet ad eandem longitudinem, nec tamen ſibi invicem occurrentes & tangentes in medio; ambæ hæ faſciæ juxta thoracem coadunantur in unum. In *Capite* & *Thorace* macula utrinque connata nigra. *Antennæ* breves: *Frons* flava ſtriis utrinque transverſis. *Caput* & *Thorax* a tergo nigro-maculata. *Elytra* flava: linea longitudinali nigra, & alia ab apice baſin elytri ſpectante, ſed breviore. *Abdomen* flavum a tergo, utroque latere nigrum.

890. CICADA *Populi* ſubtus flaveſcens, fronte punctis duobus nigris, alis hyalinis.
Habitat in *Populo*. P. Forſkâl.
*DESCR.* Spumans media, ſubtus tota flaveſcens una cum pedibus & fronte, in qua puncta duo nigra. *Scutelli* apex flaveſcens. *Alæ* hyalinæ, ad quorum marginem tenuiorem elytrorum Puncta duo alba, vix manifeſta, ſæpe margine fuſco diſtincta.

891. CICADA *flavicollis* fuſca, capite thoraceque flavis.
Habitat in Paſcuis.
*DESCR.* Spumans e minoribus. *Alæ* fuſco-ferrugineæ.

892. CICADA *Lanio* viridis, capite thoraceque carneis.
Habitat in Paſcuis.
*DESCR.* Spumans media. *Caput* & *Thorax* ſupra carnea. *Elytra* & *Alæ* viridia immaculata. *Pedes* quatuor anteriores parum carnei.

893. CICADA *vittata* flava: vitta nigra longitudinali duplici repando-dentata. *Fn.* 634.
Habitat in Prædio Cronſtedtiano *Fulleron*.
*DESCR.* Magnitudo pediculi, adeoque minima. *Corpus* oblongum, depreſſum, ſulphureum; a tergo, ſupra elytra, faſcia nigra, quaſi duo cornua nigra tauri prolifera, quorum baſis eſſet thorax; *vel aliter*: ponas baſin elytrorum nigram, a qua utrinque linea inſcribens ovatam figuram, & apice cum pari on connexa, ſed reflexa, hinc alia linea brevis reflexa: *verbo* faſcia nigra oblonga ante medietatem macula lutea ovata, infra medietatem utrinque duplici denticulo.

894. CICADA *aptera* aptera atra, elytris abbreviatis, tibiis antennisque pallidis.
Habitat in Prædio Teſſiniano *Ackerœa* Sudermanniæ.
*DESCR.* Corpus magnitudine pulicis, atrum exceptis antennis & pedibus pallidis. *Elytra* abdomine breviora abſque alis.

895. CICADA *leporina* alis deflexis exalbidis: antice anaſtomoſibus pallidis ſupra lineolam nigricantem, ano lanato.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Statura Cic: lanatæ, ſed minor & nigricans. *Frons* carinata, lateribus marginata. *Alæ* albidæ: ſuperiores lineolis transverſis anaſtomoſes conſtituentibus, ſparſis, pallidis: & ſupra marginem inferiorem, verſus poſticam, linea parva nigra acuta. *Anus* valde lanatus; lana albiſſima molliſſima.

896. CICADA *viridis* elytris viridibus, capite flavo: punctis nigris. *Fn.* 630.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 34. *n.* 11. Gryllus alis ſuperioribus viridibus, inferioribus fuſcis, capite flavo.

Raj

*Raj. inſ. p.* 68. *n.* 3. Locuſta-pulex tertia.
Habitat ſub Auguſti finem in pratis paludoſis *Uplandiæ*, ... copioſiſſima in Equiſeto & Scirpo.

*DESCR.* Hæc inter noſtras Cicadas maxima eſt, licet muſca do... non major longitudine, at longe inferior latitudine. *Elytra* ſaturate viridia. *Alæ* plumbeæ. *Thorax* & *ſcutellum* viridia. *Caput* flaveſcens: duo puncta nigra in occipite & alia ad latera capitis. *Frons* ſtriis trans... libus. *Abdomen* a tergo plumbeum. *Pedes* flaveſcentes.

897. CICADA *flava* flava compreſſa. *Fn.* 643.
Habitat Fahlunæ in pratis.

*DESCR.* Tota flava eſt, & minor. Duo puncta fuſca ad baſin capi... a tergo.

898. CICADA *bifaſciata* fuſca, faſciis alarum duabus albis.
Cicada nigra, faſciis tribus albis transverſis æqualibus 633.
*Act. upſ.* 1736, *p.* 35. *n.* 14. Gryllus alis nigris, fa... tribus transverſis albis.
Habitat in pratis rarius; ad Lapides *Morenſes* Upſaliæ ... ſim.

*DESCR.* Magis compreſſa, quam depreſſa. *Elytra* nigro-fuſca faſci... abus; albis, transverſis, latitudine interjacentis nigredinis. *Thorax* ... ger, verſus marginem ſuperiorem lineola transverſa alba. *Os* album; cætera nigra. *Abdomen* ſubtus nigrum. *Thorax* ſubtus albicans.

899. CICADA *aurata* flava; elytris fulvo pictis: maculis quatuor nigris, poſtice auratis. *Fn.* 635.
Habitat in Scania. *D. Leche.*

*DESCR.* Oblonga eſt, & Cic. vittata, cui ſimilis, duplo aut triplo major. flava eſt, ſed *oculi* nigri; macula nigra utrinque in *thorace*. *Scutellum* nigrum cum incluſo triangulo flavo & linea a thorace ducta flava. *Elytra* fulva picta & notata in medio juxta ſuturam punctis duobus nigris (in ſingulo elytro ſingulis), aliiſque duobus punctis nigris, magis verſus poſteriora alarum, juxta marginem craſſiorem: poſtice elytra auro translucent. *Corpus* nigricans eſt. *Pedes* flavi.

900. CICADA *Ulmi* alis viridi-luteis: apicibus nigricantibus inauratis. *Fn.* 644.
Habitat in *Ulmi* foliis citiſſime currit & anfugit.

*DESCR.* Differt a reliquis cicadis, quod compreſſa ſit, magis currens quam ſaltans.

901. CICADA *Coryli* alis convolutis fuſcis: faſcia albida pone maculam cordatam cæruleſcentem.
Habitat in *Corylo*.

*DESCR.* *Frons* albido-flaveſcens uti & Pedes. *Alæ* convolutæ, ſubfuſcæ,

æneo-ſubnitentes; macula communis, in medio dorſo, cordata cæruleſcens; faſcia poſterius albida. *Ungues* nigricantes.

902. CICADA *Roſæ* flava; alis albis apice membranaceis. *Fn.* 645.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 13. *t.* 20. Pulex foliorum.
Habitat in foliis *Roſæ.*

*DESCR.* ſemicylindracea alba. *Abdomine* flaveſcente. *Alis* albis apicibus aqueis, non deauratis, hinc diverſa a præcedenti, alias ſimillima.

## Notonecta.

903. NOTONECTA *glauca* griſea; elytris griſeis margine fuſco punctatis. *Fn.* 688.
*Bradl. natur. t.* 26. *f.* 2. *E.*
*Hoffn. inſ. t.* 12. *f.* 19.
*Pet. gaz. t.* 72. *f.* 5.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 28. *t.* 13. Cimex aquaticus anguſtior.
Habitat in Lacubus; inter noſtrates in hoc genere maxima.

*DESCR. Caput* obtuſum, flavum. *Oculi* brunnei. *Thorax* magnus, flavus, pellucidus. *Scutellum* atrum, holoſericeum. *Elytra* flava, latere nigro punctata. *Alæ* inferiores albæ, pellucidæ, tectæ. *Pedes* anteriores breviores; intermedii longiores; poſtici longiſſimi, natatorii. *Roſtrum* acutum, ſubulatum. *Antennæ* parvæ ſub capite, duplici articulo tantum conſtantes. *Venter* niger, ſubtus hirſutus eſt.

904. NOTONECTA *ſtriata* elytris pallidis: lineolis transverſis undulatis ſtriata. *Fn.* 689.
*Pet. gaſ. t.* 72. *f.* 7. Notonecta vulgaris compreſſa fuſca.
Habitat in Aquis, præcedenti multoties minor, fœtens.

*DESCR.* Hæc oblonga, depreſſa; *Frons* & *Pedes* flavi. *Thorax* & *Elytra* fuſca lineolis transverſis undulatis parallelis numeroſiſſimis flaveſcenti-pallidis. *Corpus* ſubtus flaveſcens. *Oculi* nigricantes.

905. NOTONECTA *minutiſſima* elytris cinereis: maculis fuſcis longitudinalibus.
Notonecta arenulæ magnitudine. *Fn.* 690.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 37. *n.* 3. Notonecta cinerea vix conſpicua.
Habitat in ſcaturiginibus & fontibus.

*DESCR.* Magnitudo minimæ arenulæ; alis & elytris, cineriis. *Pedes* poſteriores longiores; primum par minimum; depreſſa eſt, dorſo fuſco velut transverſe ſtriata.

Nepa.

## Nepa.

906. NEPA *cinerea* cinerea, thorace inæquali, corpore ovato.
Nepa abdominis margine integro. *Fn.* 691.
*Mouff. lat. p.* 321. Scorpio paluſtris.
*Bauh. ballon. p.* 212. *f.* 2. Araneus aquaticus.
*Hoffn. inſ. t.* 11. *f.* 2. *edit. alt.* 3. *t.* 4.
*Jonſt. inſ. t.* 27. *f.* 1. 2. Scorpiones aquatici Mouff. *t.* 28. *f. ad verb. ſtello. figura bona.*
*Bradl. natur. t.* 26. *f.* 2. *C.*
*Pet. gaz. t.* 74. *f.* 4. Scorpio vulgaris aquaticus.
*Raj. inſ.* 58. Scorpio paluſtris ad cimices referendus.
*Swamm. bibl. t.* 3. *f.* 4.
Habitat in fluviis, ſtagnis, paludibus, loco limoſo, præſertim in fluvio Sahla Upſaliæ.

907. NEPA *cimicioides* abdominis margine ſerrato. *Fn.* 692.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 31. *t.* 14. Cimex aquaticus latior.
Habitat in Aquis.

DESCR. Priori minor; facies Cimicis aut Notonectæ; *Dorſo* convexo absque aculeo caudæ. *Color* fuſcus.

908. NEPA *linearis* linearis, manibus ſpina laterali pollicatis.
*Friſch. inſ.* 7. *p.* 24. *t.* 16.
Habitat in Aquis noſtratibus rariſſime.

DESCR. *Corpus* lineare, convexum, cinereum, *Aculeus* biſetus caudæ longitudine corporis.

## Cimex.

909. CIMEX *lectularius* apterus. *Fn.* 646.
*Mouff. lat. p.* 269. *f. ſuperiores.* Cimex domeſticus.
*Matth. dioſc. p.* 257. *t.* 257. Cimices.
*Merr. pin. p.* 202. Cimex lectularius.
*Bonan. microſc. t.* 65.
*Raj. inſ. p.* 7. Cimex.
*Charl. exerc. p.* 52. Cimex.
*Aldr. inſ. p.* 534. Cimex.
*Jonſt. inſ. p.* 89. Cimex.
*Suecis* Wägglus.
Hoſpitatur in domibus.

OBS. Pellitur *Formica rufa* ejusque acervo introducto. *Agaricus muſcarius* deliqueſcens inunctus certo occidit. Cannabis virens lecto impoſita. *Muria halecum* inuncta ſæpius, eos occidit & pellit.

910. CIMEX *grylloides* apterus niger, elytris ovatis margine luteo, abdomine brevioribus.
Habitat Calmariæ. A. *Modeer.*

DESCR. *Corpus* nigrum, magnitudine præcedentis. *Thoracis* margines omnes lutei. *Elytra* absque alis membranaceis, ovata, margine flava, apice diſtantia. *Alæ* nullæ.

911. CIMEX *clavicornis* elytris abdomen occultantibus reticulato-punctatis, antennis clavatis.
Cimex antennis clavatis, elytris thoracisque margine reticulato punctatis. *Fn.* 687.
Mordella fuſca opaca, elytris punctatis. *Fn.* 545.
Habitat in Uplandia. *De Geer.* in Scania. *D. Leche.*

DESCR. Magnitudo pulicis, cinereus, ovatus: *Alæ* & margo thoracis punctis diaphanis reticulatis, vaſis fuſcis, cum maculis ſparſis nigricantibus: *margo elytrorum* punctis quaſi dentatus. *Thorax* rugoſus.

912. CIMEX *Scarabæoides* ſcutello abdomen operiente, corpore atro, ſupra atro-æneo.
Habitat rarius apud nos, in Ranunculo. *D. D. Hartman.*

DESCR. *Corpus* atrum, magnitudine Cimicis lectularii. *Antennæ* ſubclavatæ. *Thorax* æneo-niger. *Scutellum* magnitudine abdominis, concolorum. *Elytra* concoloria. *Alæ* albæ. *Pedes* ſpinoſi.

913. CIMEX *maurus* ſcutello longitudine abdominis, corpore griſeo.
Habitat in Suecia rarius.

DESCR. *Corpus* Cim. lecturario paulo majus, totum griſeum. *Scutellum* convexum, magnitudine abdominis, ſed paullo anguſtius, utrinque ad baſin puncto lineari pallido. *Antennæ* maximam partem nigræ.

914. CIMEX *fuliginoſus* ſcutello abdomen operiente fuliginoſo: lituris quinque nigris: poſtica albo bifida.
Habitat Calmariæ A. Modeer.

DESCR. *Corpus* mediæ magnitudinis, ſupra fuliginoſum ſubpubeſcens; ſubtus nigrum, glabrum. *Scutellum* convexum, totum abdomen tegens, lituris utrinque duabus nigris & unica poſtica, diviſa lineola alba.

915. CIMEX *littoralis* elytris abdomen occultantibus ſordidis albo punctatis, alis abbreviatis, corpore nigro.
Habitat ad Aquas.

DESCR. *Corpus* nigrum. *Elytra* longitudine totius abdominis, vix margine apicis membranacea. *Alæ* elytris dimidio breviores. *Pedes* pallidiores.

916. CIMEX *rugoſus* elytris abdomen occultantibus pallidis, corpore oblongo.
Habi-

Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* *Corpus* medium, valde oblongum. *Elytra* longitudine abdominis, ab apice Scutelli ad apicem *elytrorum* interiori margine membranacea, nec ultra. *Femora* anteriora craſſiora & quaſi transverſe ſtriata.

917. CIMEX *corticalis* abdomine membranaceo depreſſo margine imbricatim ſecto, corpore nigricante.

Cimex nigricans, abdomine plano: margine imbricatim ſecto. *Fn.* 649.

Habitat in truncis exaridis ſylvarum vaſtiſſimarum.

*DESCR.* Magnitudine Cim: Lectulario major. *Totus* planus, exſuccus, ſubtus niger. *Abdominis* margo utrinque ſex laciniis obtuſis colore teſtæ teſtudinis. *Corpus* & thorax ſordida. *Antennæ* trium articulorum. *Alæ* elytraque cinerea, abdomine longe anguſtiora & profundius impreſſa. *Caput* tricuſpidatum.

918. CIMEX *Betulæ* abdomine membranaceo depreſſo, thorace denticulato, capite muricato, elytris antice dilatatis.

Habitat in *Betula.*

*DESCR.* *Corpus* depreſſo-membranaceum, fuſco-griſeum. *Antennæ* longitudine thoracis. *Thorax* ſulcatus, ſcaber, medio niger, lateribus griſeus, margine denticulatus. *Elytra* coriacea, griſea, margine exteriore dilatata; membranaceo vero nebuloſa. *Alæ* fuſcæ. *Pedes* nigri: palmis rufis.

919. CIMEX *Filicis* abdomine membranaceo depreſſo, elytrorum apicibus capite pedibusque lividis, corpore nigro.

Habitat in Polypodii *Filicis maris* frondibus.

*DESCR.* *Corpus* ovatum, depreſſum, vix pulice majus. *Caput* lividum. *Oculi* nigri. *Thorax* niger. *Elytra* fuſca, margine flaveſcente, apice membranaceo livido. *Abdomen* nigrum. *Pedes* lividi.

920. CIMEX *Cardui* abdomine membranaceo depreſſo, ſcutello lineis tribus elevatis, antennis apice nigris. *Fn.* 660.

Habitat in *Cardui* capitulis.

*DESCR.* Parva eſt, depreſſo-plana, oblongo-ovata; *Caput* parvum, cinereum. *Antennæ* 3 bus articulis, pallidæ, extimo articulo ovato nigro. *Thorax* cordatus, acuminatus, marginatus, coſtis tribus elevatis acutis longitudinalibus. *Alæ* ſ. coleoptera cinereo-nebuloſa cruce elevata & linea utrinque elevata. *Abdomen* ſubtus & femora nigricantia. *Tibiæ* pallidæ. *Sternum* nigrum, anguſtum, cinctum linea albida & apice rotundatum albo margine. *LARVA* cinerea antennarum apicibus nigris.

921. CIMEX *bidens* ovatus griſeus, thorace acute ſpinoſo, antennis rufis. *Fn.* 652.

Habitat Fahlunæ.

*DESCR.* *Corpus* griſeum undique. *Scutelli* apex lunari-pallidus. Lituræ coccineæ ſubtus in thorace. *Antennæ* pallide rubræ. *Pedes* corpori concolores.

922. CIMEX *rufipes* ovatus griſeus, thorace obtuſe ſpinoſo, pedibus rubris. *Fn.* 651.

Habitat circa Fahlunam, Aboam & alibi rarius.

*DESCR.* inter maximos eſt. *Antennæ* nigræ, verſus baſin rubræ. *Dorſum* totum griſeum. *Thorax* angulo utrinque obtuſo elevato cornutus. *Scuti* apex ruber. *Abdominis* margo acutus, nigro rubroque varius. *Pedes* rufi.

923. CIMEX *marginatus* oblongo-ovatus griſeus, thorace obtuſe ſpinoſo, antennis medio rubris.

Cimex oblongus rufus immaculatus, thorace utrinque angulato. *Fn* 662.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n.* 1. Cimex alis teſtaceis, abdomine rubro.

Habitat ſæpe in Vaccinio.

*DESCR.* Inter maximos noſtrates hujus generis hic eſt *Corpus* totum griſeum, non nitidum. *Thorax* rhombeus angulis alas ſpectantibus truncatis, rectis. *Abdominis* latera in aciem elevata. *Antennarum* ſecundus & tertius articulus ſanguineus.

924. CIMEX *punctatus* ovatus fuſco-punctatus, thorace ſubſpinoſo, tibiis annulo albo.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* fuſcum, magnitudine fere Cim. juniperi, ſubtus ſubflaveſcens. *Caput*, *Thorax* & *Elytra* punctis excavatis confertis adſperſa. *Thoracis* latera ſubangulata: linea longitudinali flaveſcente. *Tibiæ* lato annulo cinctæ.

925. CIMEX *hæmorrhoidalis* ovatus oblongus griſeus, thorace acute ſpinoſo, antennis nigris, ventre antice ſpinoſo.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* *Corpus* e majoribus noſtratibus, griſeum, viridi & livido variegatum. Subtus totum lividum, uti etiam Pedes. *Antennæ* nigræ. *Thorax* gibbus, utrinque mucronatus: apice nigro. *Elytra* introrſum griſea, extrorſum pallida. *Abdomen* ſupra rubrum; ano bilobo.

926. CIMEX *griſeus* ovatus griſeus; abdominis lateribus albo nigroque variis, alis nebuloſis, ventre antice ſpinoſo. *Fn.* 657.

Habitat frequens in Uplandia.

*DESCR.* Species eſt inter mediocres. *Totus* ſuperne griſeus eſt & punctis profundis adſperſus. *Scutellum* verſus baſin magis fuſcum. *Alæ* fuſco-nebuloſæ. *Antennæ* fere clavatæ, fuſco-nigricantes, articulis quinque. *Dorſum* nigrum ſub alis, margine colore albo dentatum, nigro colore interjectum.

927. CIMEX *interſtinctus* ovatus griſeus, abdominis lateribus rubro nigroque variis, alis albidis, ventre antice ſpinoſo. *Fn.* 658. *Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n.* 4. Cimex ſubrotundus griſeus.
Habitat rarius ruri.

*DESCR.* Magnitudine, facie & colore cum priore convenit, ſed omnibus partibus pallidior eſt. *Scutellum* ad baſin magis fuſcum; & ſuperficies exterior punctis excavatis impreſſa, ut in præcedenti. *Alæ* albæ diaphanæ. Color dorſi ſub alis ruber, (quo manifeſte a præcedenti differt, qui niger & viridis) verſus baſin nigra lata macula, verſusque anum lineis transverſis nigris, præſertim ad abdominis latera.

928. CIMEX *Baccarum* ovatus griſeus: abdominis margine nigro maculato. *Fn.* 650.
*Raj. inſ. p.* 54. *n.* 2. Cimex ſylveſtris, corpore breviori, fuſcus, ſcapulis magis exſtantibus, macula e flavo rubente in centro crucis dorſalis. (alius Willugbæi.)
*Jonſt. inſ. t.* 17. *f.* 9.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 19. (*non figura* 16.)
*loqu. p.* 396. *n.* 36. Cimex ex luteo vireſcente infuſcatus, corniculis maculatis ſimiliter ad alvi margines nigris maculis eleganter interſtinctus.
*Suecis* Bårfis.
Habitat communiter in baccis autumno, quas fædo inquinat odore, pueris inviſus.

929. CIMEX *dumoſus* ſubrotundus griſeus: margine undique ſanguineo.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Statura & magnitudo ſequentis. *Ruber* eſt margo thoracis, abdominis & elytrorum. Linea rubra a capite ad apicem ſcutelli. *Scutelli* latera etiam margine rubra. *Corpus* nigrum. *Tibiæ* omnes annulo rubro cinctæ.

930. CIMEX *Juniperinus* ſubrotundus viridis: margine undique flavo. *Fn.* 648.
*Raj. inſ. p.* 53. *n.* 1.
Habitat ruri paſſim, frequens in *Junipero.*

*DESCR. Corpus* ſubrotundum. *Antennæ* articulis quinque, oblongis, viridibus, infimo minimo. Caput, thorax, ſcutellum, elytra viridia, ſcabriuſcula; apex ſcutelli flavus. *Alæ* ſuperiores albidiores, inferiores magis fuſcæ. *Venter* totus ſubtus viridis, a dorſo vero niger. *Roſtrum* articulis quatuor, infimo adnato. *Lingua* ſetacea roſtro longitudinaliter immerſa: mandibula ſuperior breviſſima, ſubulata, linguam deprimens. Eſt maximus inter noſtrates. *Dorſum* ſub alis non rubrum, ſed atrum.

931. CIMEX *praſinus* ſubrotundus totus viridis, ſcutello concolore.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Similis præcedenti, ſed paulo major. *Thorax* magis angulatus. *Elytrorum* margines laterales minime flavi. *Subtus* viridis vel rufeſcens in alis.

932. CIMEX *Morio* ovatus ater, plantis rufis.
Habitat in Scania. *D. C. Solander.*

*DESCR.* Statura ſequentis, ſed totus aterrimus membranaceis alis minime maculatis.

933. CIMEX *cæruleus* ovatus cæruleus immaculatus.
Habitat in *Theſio alpino.*

*DESCR.* *Corpus* obſcuro-cæruleum. *Alæ* ſuperiores ſubfuſcæ. Sulcus dorſalis Thoracis nullus.

934. CIMEX *oleraceus* ovatus cæruleo-æneus, thorace lineola, ſcutello apice elytriſque puncto albo rubrove. *Fn.* 654.
*Raj. inſ. p.* 59. *n.* 6. Cimex ſylveſtris cæruleſcens paulo reliquis minor & magis depreſſus.
*Sloan. hiſt.* 2. *p.* 203. *t.* 237. *f.* 36. 37. Cimex minor cæruleus, lineis albis varius, teſtudinis forma.
*Raj. inſ.* 54. *n.* 9. Cimex ſylveſtris cæruleſcens paulo reliquis minor & magis depreſſus, area ſcapularum rubra.
Habitat in Tetradynamis, quas facile omnes deſtruxit 1760.

*DESCR.* *Dorſum* totum cæruleſcens, æneo-nitens cum capite, thorace, elytris. thoracis linea in medio dorſi longitudinalis, verſus elytra deſinens lineola transverſa. *Scutelli* apex ut & macula e regione in ſingulo elytro ſolitaria colorata, ut & punctum parvum ad latus ſcutelli utrinque, margo denique lateralis corporis, his color vel albidus vel ruber. *Pedes* & *Antennæ* nigræ. *Corpus* ſubtus nigro-cæruleſcens. *Variat* maculis albis & rubris, tamen eadem ſpecies ex figura ut ex copula patuit; *Mas* ſcilicet maculis albis, *Fæmina* vero rubris nitet.

935. CIMEX *biguttatus* ovatus niger: margine undique albo, elytris puncto albo.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Statura antecedentis, ſed minor; totus niger, ſed in ſingulo elytro punctum album, minimum; margo thoracis & elytrorum albus.

936. CIMEX *bicolor* ovatus niger, elytris nigro alboque variis, alis albis. *Fn.* 655.
*Pet. gaz. p.* 22. *t.* 14. *f.* 7. Cimex niger noſtras albo maculatus.
*Liſt. loqu. p.* 396. *n.* 37. Cimex niger maculis candidis notatus.

*Raj.*

*Raj. inſ. p.* 54. *n.* 5. Cimex ſylveſtris parvus, corpore rotundiore, colore nigro ſplendente, maculis albis picto.
Habitat cum præcedenti in plantis.

*DESCR.* Magnitudo & figura antecedentis; *Totus* dorſo niger. *Elytra* nigra, macula ad marginem exteriorem alba lunulari juxta baſin, & alia macula alba juxta apicem ad marginem; antice ad marginem thoracis utrinque alba macula.

937. CIMEX *ornatus* rotundo-ovatus nigro rubroque variegatus, capite aliſque nigris. *Fn.* 661.
Habitat potiſſimum in Suecia auſtrali.

*DESCR.* Eſt inter latiſſimos & maximos hic Cimex. *Caput* & *Thorax* a tergo ruber, maculis duabus magnis bifidis dehiſcentibus capiti contiguis. *Scutellum* nigrum macula oblonga verſus thoracem bifurca, verſus apicem capitata. *Elytra* rubra punctis duobus nigris, altero intra apicem, altero intra marginem medium exteriorem; macula nigra, oblonga ſecundum marginem interiorem ampliata inter duo puncta. *Alæ* & *pedes* nigra. *Abdominis* margo a dorſo rubro nigroque variegatus.

938. CIMEX *ruber* ruber, alis fuſcis, elytris lineola transverſa albida. *Fn.* 653.
Habitat in Urtica & aliis plantis.

*DESCR.* Cimicis domeſtici magnitudo. *Totus* ruber, absque ulla notabili nigra macula. *Elytra* puncto ſive macula atro-purpurea in medio. *Alæ* fuſcæ. *Abdomen* ſub elytris nigricans. *Lineola* transverſa albida in medio elytrorum juxta marginem exteriorem.

939. CIMEX *acuminatus* ovatus antice attenuatus cinereo-exalbidus, antennis incarnatis. *Fn.* 656.
*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 20.
*Raj. inſ. p.* 56. *n.* 6. Muſca cimiciformis ſexta Willughby.
Habitat *Upſaliæ.*

*DESCR.* Ovatus eſt; ſed *Thorax* cum acumine admodum attenuatus, apice ſeu fronte tamen obtuſus. *Caput*, *Thorax*, *Scutellum* cinereo-exalbida, punctis minutiſſimis nigricantibus adſperſa; a thorace per caput duæ faſciæ ſubfuſcæ, longitudinales, verſus frontem tendentes. *Antennæ* incarnatæ aut rufeſcentes. *Abdomen* poſtice truncatum & fere bidentatum.

940. CIMEX *leucocephalus* ovatus niger, capite pedibusque flavis.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* parvum, ovatum, totum atro nitens. *Caput* flavum, *Oculi* nigri. *Antennæ* nigræ, baſi flavæ. *Pedes* flavi.

941. CIMEX *minutus* ovatus, elytris lividis: apice fuſcis. *Fn.* 656.
Habitat in Scania.

DESCR.

*DESCR.* Magnitudo pulicis. *Antennæ pedesque* flaveſcentes. *Corpus* nigrum. *Elytra* livida, apice fuſca. *Alæ* hyalinæ.

942. CIMEX *perſonatus* roſtro arcuato, antennis apice capillaceis, corpore oblongo ſubvilloſo fuſco. *Fn.* 647.
*Friſch. germ.* 10. *p.* 22. *t.* 20. Cimex ſtercorarius major oblongus.
*Raj. inſ. p.* 56. *n.* 3. Muſca cimiciformis 3:tia graviter olens.
*Liſt. loqu. p.* 397. *n.* 38. Cimex maximus pullus ſ. atratus, alis nudis ex toto membranaceis. an?
Habitat *Holmiæ*, ubi in domo aliqua capta fuit Larva a Commiſſario *Carolo Clerck*; victitat Cimice lectulario aliisque, ideoque ubi obtinetur, in domos introducatur cimicibus obnoxias.

DESCR. *LARVA* erat viſu horrenda Araneum vel Phalangium referens, tota hirſuta, lacera, cinerea, arenam vel potius terram ſiccam mentiens. *Caput* & *Antennæ* ut in reliquis erant, & nuda: *proboſcidem* ſub capite habebat incurvatam, arcuatam. *Antennæ* ſetaceæ, nudæ, infimo articulo villoſo, articulis tribus nudis. *Pedes* ſex, poſtici longiſſimi, clavati, verſus ungues omnes pedes craſſi: miro modo curſitat, nec pares pedes ſimul movet ſub inceſſu, ſed diverſiſſimos, hinc inceſſus admodum monſtroſus. Tota ſpurcitie obtecta, eamque facile deponit, quam primum penna abſtergitur, unde apparet non proprios eſſe crines, ſed mutuatos & undique corpori impoſitos, ne a quoquam obſervetur. *Victitat* raptu, edit muſcas & alia inſecta.

943. CIMEX *annulatus* roſtro arcuato, antennis apice capillaribus, corpore oblongo: ſubtus ſanguineo maculato.
Habitat ruri.

*DESCR. Corpus* oblongum. *Caput* minimum, anguſtiſſimum, nigrum, exſertum. *Antennæ* ſetiformes, longæ. *Abdomen* margine acuto, aſſurgente, coccineo faſciis nigris quinque; ano rubro. *Roſtrum* longum, nigrum, arcuatum. *Tibiæ* ſanguineæ. *Femora* prima annulis coccineis tribus; media coccinea tota.

944. CIMEX *ater* ovatus ater, antennis apice capillaribus.
Cimex ater, antennis ſeta terminatis. *Fn.* 677.
Habitat in pratis.

*DESCR.* Differt a C. ſaltatorio, quod hic major & immaculatus, quod in ſicco vivat nec ſaltet, quod *Antennæ* clavatæ terminentur ſeta tenuiſſima pallidiore. *Roſtrum* ad baſin flaveſcens.

945. CIMEX *Hyoſcyami* oblongus rubro nigroque varius, alis fuſcis immaculatis. *Fn.* 665.
*Rauh. ballon. p.* 212. *f.* 4. Scarabæus parvus.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 2. Cimex hyoſcyamoides ruber, maculis nigris.

Liſt.

*Liſt. mut. t.* 31. *f.* 21.
*loqu. p.* 397. *n.* 39. Cimex miniatus nigris maculis notatus Hyoſcyamo fere gaudens.
*Raj. inſ. p.* 55. Cimex ſylveſtris minor, corpore oblongo anguſto, colore deſuper rubro nigris maculis picto.
Habitat in foliis *Hyoſcyami* 184.

*DESCR.* *Caput* nigrum, in medio rubrum. *Thorax* ruber, antice niger, poſtice duabus nigris angulatis maculis. *Elytra* rubra; macula nigra in medio elytri ſive duæ in medio dorſi. *Scutellum* nigrum apice rubro. regio abdominis ſub ſcutello nigra; *Abdomen* rubrum, ſupra anum nigrum, ſubtus lineis nigris transverſis. *Alæ* fuſcæ ſive nigræ, ſtriatæ, absque maculis ullis albis. *Antennæ pedesque* nigri. *Roſtrum* articulis quatuor.

946. CIMEX *equeſtris* oblongus rubro nigroque variegatus, alis fuſcis albo maculatis. *Fn.* 664.
*It. oel.* 155. Cimex oblongus rubro nigroque variegatus, &c.
Habitat in cœmiteriis frequens.

*DESCR.* Similis eſt C: Hyoſcyami, ſed duplo major. *Corpus* ſupra rubrum. *Caput* in medio rubrum utrinque nigrum; *Thorax* ruber antice & pone niger. *Scutellum* medio nigrum, lateribus rubrum, nigredine aucta macula cordata nigra verſus ſcutelli apicem. *Faſcia* nigra, inæqualis, transverſa coleopterorum in medio. *Alæ* fuſcæ, maculis albis. *Thorax* ſubtus niger. *Abdomen* rubrum ad latera quinque utrinque punctis, duplici ordine, nigris & ſubtus utrinque tribus lineolis nigris notatum. Anus, antennæ, pedes nigra. *Antennæ* quatuor articulis.

947. CIMEX *pabulinus* oblongiuſculus totus flaveſcente-viridis.
Habitat ubique in paſcuis.

*DESCR.* Caput, Thorax, Elytra, Abdomen & Pedes e flavo viridia. *Antennæ* extimis articulis anguſtioribus.

948. CIMEX *Kalmii* oblongus viridis, ſcutello macula cordata flava, elytris maculis duabus nigris. *Fn.* 663.
Habitat in Sylvis. *P. Kalm.*

*DESCR.* *Caput* nigrum nucha flaveſcente. *Thorax* flavus margine antico & poſtico nigro. *Scutellum* cordatum, flavum, cinctum nigredine baſeos elytrorum. *Elytra* viridi-flaveſcentia apicibus nigris, & macula utrinque in medio crucis nigra. *Alæ* albeſcentes. *Abdomen* viride, lateribus & linea longitudinali nigra.

949. CIMEX *pratenſis* oblongus griſeus, ſcutello macula cordata flava, elytris apice puncto fuſco. *Fn.* 666.
Habitat in pratis.

*DESCR.* Dilute teſtaceus. *Scutellum* tegit macula cordata flava. *Elytra* griſea, apice puncto minimo fuſco. *Alæ* albæ. His notis certo dignoſcitur.

950. CIMEX *campeſtris* oblongus viridis, ſcutello macula cordata viridi, elytris macula ferruginea.

Habitat in hortis & pratis apud nos frequentiſſimus.

*DESCR.* Præcedenti minor & magis oblongus; verſus poſteriora elytrorum macula magna fuſco-ferruginea. *Pedes* virides. *Antennæ* fuſcæ 4 articulis; nullum punctum in apice elytrorum. *Caput* & *Thorax* fuſca. *Abdomen* viride, a tergo lineis 7 vel 8 fuſcis transverſis, & totidem maculis fuſcis utrinque ſubtus juxta marginem. Hic & præcedens macula ſcutelli cordata a reliquis facile diſtinguitur.

951. CIMEX *umbratilis* oblongus niger, elytris albo maculatis. *Fn.* 673.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 36. *n.* 13. Cimex oblongiuſculus fuſcus, alis nigricantibus puncto albo.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Totus niger. *Pedes* pallidi. *Puncta* majora & minora ſparſa ſupra elytra, quorum poſteriora majora, ut obiter intuenti duo tantum conſpiciantur alba puncta.

952. CIMEX *craſſicornis* oblongus griſeus rubro punctatus, antennis clavatis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, pallide griſeum, ſupra undique irroratum. Punctis vix conſpicuis rubris, etiam in alis. *Antennæ* apicibus clavatæ nota ſingulari. Ad margines dorſi flavos utrinque puncta circiter 10 nigra.

953. CIMEX *nemorum* niger, pedibus teſtaceis, elytris aliſque fuſco alboque variis.

Habitat ubique in nemoribus.

*DESCR.* *Corpus* qualitercunque facie refert C. Abietis, ſed magnitudine pediculi, totum nigrum. *Caput* porrectum thorace anguſtiore. *Elytra* quaſi uſtulata, baſi alba, poſtice fuſca diſco fuſcedinis pallido. *Alæ* macula magna fuſca.

954. CIMEX *ſaltatorius* oblongus niger, elytris ſtriatis, alis poſtice flavo maculatis. *It. œl.* 121. *Fn.* 676.

*Raj. inſ. p.* 57. *n.* 2. Cimex brevis & fere rotundus nigricans.

Habitat ad ripas & *littora* maris, lacuum & fluviorum.

*DESCR.* A pleriſque differt, quod ſaliat fere ut Cicada, licet non tam alte. *Totus* ater eſt, maculis obſcure flavis in alis ſupra caudam & nigris rugis in ipſis alis. *Antennæ* filiformes, 4 articulis.

955. CIMEX *arenarius* oblongus niger, elytris cinereis: antice nigris, alis poſtice albis. *It. œl.* 121. *Fn.* 678.

Habitat in Arena.

DESCR.

*DESCR.* Totum *Corpus* nigrum. *Elytrorum* crux antice nigra, poſtice alba, lateribus cinerea punctis minutiſſimis nigris.

956. CIMEX *Pini* oblongus ater, elytris fuſcis: macula rhombea nigra. *Fn.* 674.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 36. *n.* 11. Cimex oblongiuſculus ater, alis fuſcis macula rhomboidali nigra.

Habitat in *Pinu* frequens.

*DESCR.* *Totus* ater, uti pedes, antennæ, caput, thorax, ſcutellum, abdomen, alæ. *Elytra* griſeo-fuſca, in quorum medio juxta centrum crucis macula rhombea figura atra, in ſingulo elytro ſingula.

957. CIMEX *rolandri* oblongus ater, elytris membranaceis: macula flava.

Habitat Upſaliæ. *D. Rolander.*

*DESCR.* Magnitudo media. *Corpus* totum atrum. *Elytrorum* pars alaris pone crucem, ad latus interius, macula flavo-ferruginea notata, ut complicatis alis unica macula pone crucem ferruginea conſpiciatur.

958. CIMEX *lævigatus* oblongus exalbidus: lateribus albis. *Fn.* 679.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n.* 9. Cimex oblongus albus.

Habitat in paſcuis.

*DESCR.* Maxime oblongus eſt; *totus* exalbidus ſeu vireſcenti exalbidus uti antennæ, elytra, thorax, caput, alæ, pedes. *Elytra* ſtriata ſunt & ad latera albidiora. *Antennæ* ſetaceæ, articulis tribus. *Variat* hic Cimex linea nigricante pone oculos utrinque per thoracem ducta & abſque hac.

959. CIMEX *dolabratus* oblongus pallido-fuſcus, antennis nigris, linea thoracis alba. *Fn.* 681.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 35. *n* 8. Cimex oblongus, alis cinereis margine albis, ſcapulis nigris linea alba.

Habitat Ruri.

*DESCR.* *Antennæ* ſetaceæ, nigræ. *Caput* nigrum; ante oculos lineola nigra, & alia in medio frontis alba. *Thorax* a tergo niger, ad latera albidus; linea dorſalis longitudinalis alba: *ſcutellum* nigrum, linea longitudinali alba. *Elytra* quaſi deuſta vel ſubfuſca margine exteriori albido; longiora dein in hac ſpecie ſunt elytra, quam in reliquis.

960. CIMEX *ſtriatus* oblongus niger, elytris luteis fuſco ſtriatis, apice pedibusque rubris. *Fn.* 680.

Habitat in foliis *Ulmi.*

*DESCR.* Facies C. lævigati: *Antennarum* extimus articulus baſi albus. *Elytra* ſtriis nigris & flavis apice rubris.

961. CIMEX *erraticus* oblongus nigricans, elytris albis, antennis lividis: intimo articulo nigro. *Fn.* 682.

Habi-

Habitat in plantis.

*DESCR.* Abdomen & corpus totum nigrum. *Thorax* utrinque albidus, & præterea tribus lineis albis longitudinalibus; *Antennæ* lividæ, 4 articulis ſetaceæ, infimo articulo nigro. *Roſtrum* albidum. *Pedes* lividi. *Alæ* inferiores albo cæruleo nitidæ, ſuperiores fuſcæ margine coleoptriformi albo.

962. CIMEX *ferus* oblongus griſeus immaculatus, antennis ſetaceis. *Fn.* 668.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* A tergo nullis punctis manifeſtis excavatus. *Antennæ* minime clavatæ, ſed ſetaceæ. *Pedes* pallidi.

963. CIMEX *Populi* oblongus albo fuſcoque nebuloſus, antennis ſetaceis. *Fn.* 669.

Habitat in nemoribus, præſertim in truncis *Populi tremulæ.*

*DESCR.* Oblongus magis quam reliqui. Caput, thorax, elytra, alæ, femora, antennæ fuſco & albido mixto nebuloſa ſive irrorata ſunt. *Antennæ* longitudine corporis, ſetaceæ. *Pedes* longi albo nigroque nebuloſi. *Alæ* depreſſæ; non vero compreſſæ.

964. CIMEX *Ulmi* oblongus ſupra rubiginoſus, elytris ſtriis ſanguineis, alis poſtice albo fuſcoque variis. *Fn.* 670.

Habitat in *Ulmo campeſtri.*

*DESCR.* Magnitudo media. *Corpus* oblongum. *Caput* & *Thorax* ſupra rufa. *Alæ* pallide rufeſcentes ſtriis ſ. venis longitudinalibus ſanguineis; pone crucem alæ fuſcæ albis maculis. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine fere corporis. *Scutellum* non cordatum.

965. CIMEX *ſylveſtris* oblongus niger, alis elytriſque albo fuſcoque variis, pedibus rufis. *Fn.* 671.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Caput, thorax & abdomen nigra. *Pedes* rubicundi ſeu incarnati. *Antennæ* ſuperne minime attenuatæ, nigræ, inferne rufeſcentes. *Elytra* quaſi deuſta ſeu verſus baſin alba, verſus apicem fuſca, in medio macula obſcura fuſca. *Alæ* fuſco & albo Variegatæ.

966. CIMEX *gothicus* antennis apice capillaribus, corpore oblongo nigro, ſcutello elytrorumque apicibus coccineis.

Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, mediæ magnitudinis. *Antennæ* nigræ, ſetariæ, longitudine corporis. *Thorax* lateribus ruber. *Scutellum* coccineum. *Elytra* nigra: margine exteriore longitudinali flaveſcente; apice elytrorum in alis macula parva ſaturate ſanguinea.

967. CIMEX *mutabilis* oblongiuſculus niger, alis inferioribus cæruleis, antennis pedibuſque flavis.

Ha-

Habitat Upſaliæ.

*DESCR. Corpus* atrum, magnitudine Cimicis. *Alæ* membranaceæ complicatæ cæruleæ apparent, diſjunctæ vero hyalino glaucæ. *Antennæ* abdomine paullo longiores, pallide flaveſcentes, anguſtæ. *Pedes* longi, albidi.

968. CIMEX *calcaratus* oblongus niger: femoribus poſticis ſubtus dentatis.

Habitat ruri paſſim.

*DESCR. Corpus* atrum, majuſculum. *Antennæ* filiformes, corpore paullo breviores. *Elytra* ſcabra: alis ſtriatis. *Abdomen* ſupra ſanguineum; præter primum & ultimum ſegmentum nigrum: margines elevati nigri inciſuris ſanguineis. *Subtus* eſt nigro æneum. *Femora* oblonga, ſubtus ciliata ſpinis 4, ſ. 5.

969. CIMEX *Abietis* oblongiuſculus maculato-fulvus, pedibus rufis: femoribus anticis craſſioribus dentatis. *Fn.* 672.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 36. *n.* 10. Cimex oblongiuſculus, alis flavo fulvoque variis.

Habitat in *Abietibus*.

*DESCR. Antennæ* filiformes, nigræ, articulis 4: infimo breviſſimo. *Caput* nigrum, acuminatum. *Thorax* niger, pone rufus, nigredine triplici dente ſeparata. *Scutum* nigrum. *Elytra* pallida, lateribus fulvis; verſus crucem nigricante macula oblonga. *Pedes* omnes rufi. *Femora* antica craſſiſſima deorſum dentata. *Abdomen* ferrugineum.

970. CIMEX *lacuſtris* linearis; ſupra niger depreſſus, pedibus anticis breviſſimis. *It. goet* 182. *Fn.* 684.

*Bradl. natur. t.* 26. *f.* 2. *D.*

*Bauh. ballon. p.* 213. *f.* 1. Inſectum Tipula dictum.

*Liſt. mut. t.* 5. *f.* 4.

*Raj. inſ. p.* 57. *n.* 1. Cimex aquaticus figuræ longioris.

*Smolandis* Braxen-Mygg.

Habitat in *Aquis* quietis, curſitans ſupra aquas; Propolides, quæ alis carent, ſæpe copula conjunctæ obſervantur.

*DESCR. Venter* totus ſubtus albus, ante ſpectatus, apparet, pone ſpectatus niger. *Elytra* & alæ ſuperiores atræ: inferiores albæ abſconditæ.

971. CIMEX *ſtagnorum* linearis nigricans teretiuſculus, thorace medio punctis duobus ſubgloboſis.

Cimex linearis nigricans compreſſus, pedibus anticis breviſſimis. *Fn.* 685.

*Pet. gaz.* 15. *t.* 9. *f.* 12. Tipula londinenſis anguſtiſſima.

Habitat in Aquis apud nos rarius.

*DESCR.* Præcedenti ſimillimus, ſed multoties minor & anguſtior.

972. CIMEX *vagabundus* linearis variegatus, pedibus anticis breviſſimis craſſis inflexis.

Cimex linearis, pedibus quatuor, antennisque longiſſimis albo fuſcoque variis. *Fn.* 683.

*Friſch. germ.* 7. *p.* 11. *t.* 6. Cimex arborum oblongus alarum ſignatura alba.

Habitat in arboribus.

*DESCR.* Magnitudo culicis vulgaris, Alæ, Pedes, Antennæ albo & fuſco confertim variegata. *Antennæ* corpore longiores, ſetaceæ inflexæ uti pedes, quibus ſimillimæ. *Pedes* primores multoties breviores reliquis; anteriores craſſi uti chelæ, quibus non incedit, niſi in vitro & glabro corpore.

973. CIMEX *tipularius* linearis exalbidus, pedibus omnibus longiſſimis, femoribus clavatis, antennis biclavatis. *Fn.* 676

*Act. upſ.* 1736. *p.* 36. *n.* 15. Cimex linearis teretiuſculus albus, genubus craſſis.

*Friſch. germ.* 7. *p.* 28. *t.* 20. Cimex arboreus culiciformis.

Habitat præſertim in *Smolandia* ad Stenbrohult etalibi rarius.

*DESCR.* *Corpus* cinereum, lineare, depreſſum. *Elytra* albida, valde ſtriata venis inconſpicuis crenatis: Margo elytrorum, ubi in membranam terminatur, notatus 5. ſ. 6. punctis fuſcis. *Pedes* omnes longi: poſticis longiſſimis. *Femora* ſubclavata: clava fuſco punctata. *Antennæ* articulus primus apice clavatus, ſed apex ſummus magis clavatus, unde pedes referunt.

974. CIMEX *Coryli* oblongus niger, pedibus antennisque ſetaceis flavis. *Fn.* 675.

Habitat in *Corylo* Avellana præſertim, curſitans per folia.

*DESCR.* Corpus, Caput, Thorax, Scutellum, Abdomen, Elytra, Alæ nigra, immaculata; ſed *Alæ* parum cæruleo nitent in quibusdam. At *Artus* pallide flavi uti roſtrum antennæ, pedes. Antennæ ſetaceæ ſunt.

## Aphis.

975. APHIS *Ribis* Ribis rubri. *Fn.* 794.

*Leuwenh. arcan. epiſt.* 90. *p.* 545. *t.* 548. *f.* 1. 2. 3. Aelbeſcen-luyſen.

*Jung. verm. p.* 163. 164. Ventriones ribiani ſ. Mellomyjæ.

*Blank. belg. p.* 164. *t.* 14 *f. D. E.* Pediculus ribis viridis.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 9. *t.* 14. Pediculus arboreus fuſco-viridis in Ribe.

*Reaum. gall.* 3. *t.* 22. *f.* 4.

Habi-

Habitat ſub foliis *Ribis* rubri, quæ inde puculas rubicundas obtinent.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Corpus* incumbens. *Pedum* viridium genicula dorſo altiora, fuſca. *Antennæ* corpore longiores, tenues, rectæ; juxta caput geniculo reflexæ; nigræ. *Corpus* fuſco-virens. *Pectus* a tergo nigricans Lineæ tres tranſverſæ ſupra clunes, fere contiguæ: latera abdominis nigris punctis. *Alæ* quatuor, erectæ, compreſſæ, albæ venis nigris, quarum duæ minimæ. *Podex* prominet. *Appendices* ſetaceæ alis breviores.

976. APHIS *Ulmi* Ulmi campeſtris. *Fn.* 705. *It. ſcan.* 203. *Reaum. gall.* 3. *t.* 25. *f.* 4. 5. 6. 7.

Habitat in foliis *Ulmi* campeſtris veſiculas & foliorum convolutiones cauſſans.

*DESCR.* Minores ſubvireſcentes; Majores *Corpore* cylindrico ferrugineo alba lanugine adſperſo. *Abdomine* 6 l. 7 articulis: *Appendiculis* obſoletis; ex ano veſicula.

977. APHIS *Paſtinacæ* Paſtinacæ ſativæ. *Fn.* 706.

Habitat in *Paſtinaca ſativa.*

*DESCR.* *Corpus* viride. Caput, antennæ, gibbus thoracis, pedum extremitates nigra. *Alæ* albæ: *Appendiculi* ad latera ventris mobiles.

978. APHIS *Sambuci* Sambuci nigræ. *Fn.* 707.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 14. *t.* 18.

*Reaum gall.* 3. *t.* 21. *f.* 6. 15.

*Liſt. loqu. p.* 397. *n.* 40. Cimex exiguus cæſius, cui alæ ex toto membranaceæ prægrandes.

Habitat in *Sambuci* nigræ petiolis.

979. APHIS *Rumicis* Rumicis Lapathi. *Fn.* 708.

Habitat in *Rumice* acuto.

*DESCR.* *Corpus* nigro-æneum. *Antennæ* nigræ vel albæ apicibus nigris; *Pedes* albidi geniculis nigris. *Cauda* acuminato cornuta. Alarum baſis vireſcens; *Appendiculi* atri, filiformes, longitudine caudæ.

980. APHIS *Lychnidis* Lychnidis dioicæ.

Aphis Cucubali. *Fn.* 719.

Habitat in *Lychnide dioica* frequens.

*DESCR.* *Tota* atra, polita, nitida, margine abdomen cingente plicato abdomine pone obtuſo. *Antennæ* & *Pedes* pallidiores.

981. APHIS *Padi* Pruni Padi.

Habitat in Pado.

*DESCR.* *Alæ* magnæ. *Antennæ* longæ.

982. APHIS *Roſæ* Roſæ. *Fn.* 710.
Habitat in ramis *Roſæ caninæ.*
*DESCR.* Cornua longitudine fere abdominis, nigra. *Corpus* viride vel incarnatum. *Antennæ* nigræ longitudine abdominis. *Genicula* pedum viridi-nigra.

983. APHIS *Nymphææ* plantarum aquaticarum. *Fn.* 711.
Habitat in *Nymphæis* & *Potamogetone natante*, menſe Augusti. *De Geer.*

984. APHIS *Tiliæ* Tiliæ europææ. *Fn.* 712.
*Friſch germ.* 11. *p.* 13. *t.* 17. Pediculus arboreus in Tilia.
Habitat in *Tilia europæa*
*DESCR.* *Corpus* oblongum. Ordines quatuor longitudinales punctorum atrorum a tergo abdominis. *Thoracis* linea lateralis utrinque nigra. *Alæ* adſcendentes, compreſſæ; majores inferiori margine nigræ, ſuperiore margine maculatæ ſeu exteriore margine linea nigra ſuperne ſeptem maculis nigris. *Antennæ* & *Pedes* alternatim albo nigroque variegati.

985. APHIS *Braſſicæ* Braſſicæ oleraceæ.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 10. *t.* 3. *f.* 15.
Habitat in *Braſſicæ oleraceæ* foliorum averſa pagina, unde folia palleſcunt.
*DESCR.* *Corpus* viride farinaceo-albidum.

986. APHIS *Craccæ* Viciæ Craccæ.
Habitat in *Vicia Cracca.*
*DESCR.* *Corpus* obovatum, marginatum, nigro-plumbeum & quaſi farina caneſcente adſperſum.

987. APHIS *Cirſii* Serratulæ arvenſis.
Aphis Serratulæ. *Fn.* 713.
*It. oel.* Jun. 12.
Habitat in *Serratula arvenſi.*
*DESCR* *Corpus* fuſcum: punctorum elevatorum ordinibus ſex in dorſo. Alarum rudimenta, appendiculi, pedes, antennæ *nigra. Femora* verſus baſin alba.

988. APHIS *Cardui* Cardui. *Fn.* 714.
Habitat in *Cardui* caulibus.
*DESCR.* *Tota* æneo-nigra nitida, ſed pedibus antennisque nigris baſi albidis. *Appendiculi* abdominis atri.

989. APHIS *Tanaceti* Tanaceti vulgaris.
Habitat in *Tanaceti vulgaris* foliis, diſtincta ab Aphide viridi in caulibus Tanaceti, quæ communis pluribus plantis.
*DESCR.* *Corpus* rufum ſ. ſaturate ferrugineum; *corniculis* ſubfuſcis. *Alarum* rudimenta, Antennæ & Pedes pallidiora.

990.

990. APHIS *Abſinthii* Artemiſiæ Abſinthii. *Fn.* 715.
Habitat in *Abſinthiis* variis.

*DESCR.* Artus, pedes, appendiculi, antennæ *nigra*. *Corpus* nigrum, tergo cinereo, cum in medio tergi ſupra abdomen macula magna fuſca. *Latera abdominis* etiam parum fuſca. *Cauda* acumine acuta. *Appendiculi* erecti.

991. APHIS *Jaceæ* Centaureæ Jaceæ. *Fn.* 716.
Habitat in caulibus Centaurea Jacea.

*DESCR.* *Tota* nigra eſt absque ulla albedine; ſolæ *Alæ* albæ; poſteriora abdominis magis fuſca ad rubedinem inclinantia: margo craſſior alarum lineola lata alba exaratus.

992. APHIS *Betulæ* Betulæ albæ. *Fn.* 717.
Habitat in *Betula* rarius.
*DESCR.* *Corpus* pallide virens: puncta 4 nigricantia in margine ſingulæ inciſuræ utrinque. Minima eſt; caret alis & appendiculis.

993. APHIS *Roboris* Quercus Roboris, corniculis obſoletis atris medii abdominis.
Habitat in *Quercus Roboris* ramis.

*DESCR.* Corpus nigrum majuſculum ſubgloboſo ovatum: corniculorum rudimentis atris; Femora purpuraſcentia. Antennæ corpore dimidio breviores lividæ, apice nigræ.

994. APHIS *Pini* Pini. *Fn.* 718.
Habitat in *Pino ſylveſtri*.
*OBS.* Appendiculi breviſſimi.

995. APHIS *Salicis* Salicis.
Habitat in *Salicis capreæ*, *viminalis*, *pentandræ* ramis.

*DESCR.* *Corpus* majuſculum, nigrum: Puncta dorſi 4 alba reliquis majora; ad latera adſperſum punctis linearibus transverſis albis. *Subtus* albicans. *Cornicula* egregie fulva. *Antennæ* corpore dimidio breviores.

996. APHIS *Populi* Populi tremulæ foliorum.
Habitat in *Populo tremula*.

*DESCR.* *Corpus* ovatum, lividum, maximum, margine utrinque punctis 5 albis prominulis. *Cornicula* nulla. *Alarum* rudimenta acuta.

997. APHIS *Tremulæ* Populi tremulæ ramorum.
Habitat in caudice & ramis *Populi tremulæ*.
*DESCR.* *Corpus* oblongum, maximum, livido-fuſcum, marginatum. *Antennæ* flaveſcentes. Ætate mutat colores.

998. APHIS *burſaria* Populi nigræ. *Fn.* 1355. *It. ſcan.* 311. *Act. holmenſ.* 1742. *p.* 232.

*Jung. verm.* 161, 62. Populi nigræ vermes ſ. Muſcæ.
*Ambroſ. hort.* 97. *t.* 96 Folliculi in pediculis foliorum Populi nigræ.
*Hoffm. alt. hort.* 5. Culices in Populo nigra.
*Rupp. jen.* 3. *p.* 333. Culices in Populo nigra.
Habitat in utriculis ovatis ore perviis petiolis innatis vel in ſacculis coloratis ſuperne dehiſcentibus vel clauſis ſub foliorum diſco in *Populo nigra* ad Runnaby, Gothoburgi, Holmiæ, nunc Upſaliæ.

999. APHIS *Aceris* Aceris platanoidis. *Fn.* 709.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 22. *f.* 6-10.
Habitat in *Aceris platanoidis* foliis.
*DESCR. Corpus* latius. *Caput* & *Thorax* in medio nigra. *Abdomen* ſupra verrucis adſperſum, poſtice macula fuſca cordata anterius bifida: *corniculis* obliteratis obtuſisſimis. *Antennæ* ſetaceæ.

1000. APHIS *Atriplicis* Atriplicis littoralis.
Habitat in *Atriplicis littoralis* foliis, quæ inde revolvuntur longitudinaliter in cylindrum, intra quem vagantur obtectæ.
*DESCR. Corpus* viride: *corniculis* minutis. *Oculi* nigri.

## Chermes.

1001. CHERMES *graminis* Airæ flexuoſæ. *Fn.* 673.
Habitat in *Aira flexuoſa.*
*DESCR.* Magnitudo Cicadæ & ejusdem faciei, ut primo intuitu Cicadæ ſpecies ſalutaretur. *Antennæ* albicant apicibus nigris. *Alæ* quatuor non in crucem complicatæ, ſed deflexæ, ut in phalæna. *Abdomen* nigricans inciſuris margine albis. *Pedes* albi, non ſaltatorii. *Caput* obtuſiſſimum, una cum thorace griſeum, lineolis albis pictum. *Alæ* aqueæ, venis fuſcis variis anaſtomoſibus.

1002. CHERMES *Ulmi* Ulmi campeſtris. *Fn.* 694.
Habitat intra revoluta folia *Ulmi* campeſtris cum Aphidibus ejusdem.
*DESCR. Larva* ſubrotunda, cinerea punctis elevatis nigris; obtecta lanugine alba copioſa.

1003. CHERMES *Ceraſtii* Ceraſtii viſcoſi. *Fn.* 695.
Habitat in *Ceraſtio* viſcoſo monſtroſo foliis ventricoſo-inflexis in capitulum.

1004. CHERMES *Pyri* Pyri communis.
Habitat in *Pyro* vulgari.

DESCR.

*DESCR.* *Corpus* griſeum. *Abdomen* breve ſtriis tranſverſis albidis. *Alæ* margine dorſali puncto obſcuro.

1005. CHERMES *Calthæ* Calthæ paluſtris.
Habitat in *Calthæ paluſtris* floribus.

*DESCR.* *Antennæ* clavatæ; longitudine thoracis, apice nigræ. *Thorax* luteſcens: lineis duabus arcuatis ex una baſi verſus latera flexis & tertio arcu tranſverſali poſtico priores interſecante. *Alæ* albæ: ſuperiores venis flaveſcentibus & puncto communi fuſco.

1006. CHERMES *Urticæ* Urticæ dioicæ. *Fn.* 702.
Habitat in *Urtica dioica.*

*DESCR.* Fuſca lateribus pedibusque albidis. *Cauda* reflexa. *Antennæ* nigræ verſus baſin albæ. *Oculi* flaveſcentes.
*LARVA* monſtroſa, facies pediculi, depreſſa; ventre ciliato.

1007. CHERMES *Betulæ* Betulæ albæ. *Fn.* 697.
Habitat in *Betula* alba, ſucco viridi tinctorio plena.

*DESCR.* *Abdomen* incarnatum linea transverſa lata nigra in ſingula inciſura ſolitaria, ſcilicet 5 in tergo, 3 in ventre. *Pectus* pallidum, ut & caput. *Antennæ* ſetaceæ: *Cauda* acuta; *Alæ* 4 pellucidæ, nitidæ. Succus viridis tinctorius intra corpus.

1008. CHERMES *Alni* Betulæ Alni. *Fn.* 698.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 36. *n.* 27. Cimex cauda plumoſa corpus tegente.
*Friſch. germ.* 8. *p.* 28 *t.* 13. Vermis ſuctorius alni.
Habitat in *Alno* cujus ramos vere operiunt & quaſi lana veſtiunt pupulæ.

*DESCR.* Inſectum album, acuminatum. *Oculi* laterales, prominuli. *Pedes* ſex, quorum duo poſteriora paria propiora. *Cauda* acuminata, bifurca, ſupra hanc quaſi ſtylus prominulus. *Antennæ* variegatæ. *Os* apice nigro, ſitum in ipſo ventre inter primum & ſecundum par pedum. *Alæ* 4 albæ venis fuſcis. Salit.
*LARVA* magnitudine pediculi, corpore planiuſculo, viridi-maculato, ventre obtuſo, poſtice elevato, verſus caudam nigro. *Antennæ* albæ, ſuperne nigræ, tenues, rectæ. *Elytrorum* rudimenta. *Cauda* villis multis, reflexis, diaphanis, retroflexis, corpus tegentibus, albis. *Veſicula* ſive guttula intra lanam e cauda egreſſa ſæpe obſervatur. *Oculi* rubri. Sedent plures in ramis alni proximæ, capite deorſum ſpectantes, ut alterius cauda proximam ex parte tegat.

1009 CHERMES *Quercus* Quercus Roboris.
Habitat in *Quercus Roboris* foliis.

*DESCR.* *Corpus* flavo-albicans. *Elytra* ad marginem exteriorem lituris quatuor fuſcis & unica ad marginem interiorem.

1010. CHERMES *Fagi* Fagi ſylvaticæ. *It. ſcan.* 65.

*Reaum. inſ. 3. t. 26. f. 1-6.*
Habitat in *Fagi ſylvaticæ* foliis.

1011. CHERMES *Abietis* Pini Abietis. *It. gotl.* 180.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 10. *t.* 2. *f.* 3. Inſectum tuberculi muricati arboris Taxi.
*Flor. lapp. p.* 218. *n.* 347. *E.*
*Cluſ. pannon. p.* 20. 21. Picea pumila.
*Hoffman. fl. altd.* 1. Picea pumila.
Habitat in *Abietis* turionibus, quæ fiunt in ſummitatibus ramorum monſtroſe imbricatis, dilatatis ad baſin foliolis, brevioribus etiam factis, apud nos frequens, ſimilis frago viridi. Corpus in ipſis ramorum Abictis extremitatibus fragiforme, habet extus ſupra ſe & inter ſquamas foliaceas imbricatas, in ſinu ſquamarum, plurima animalcula parva, e quorum ano quaſi lana prominet. Juxta baſin hujus corpuſculi ſ. fragi obſervatur lana majori in copia, in qua mater minorum, quæ cauſſat fragum. Autumno omnes e ſuis ſtrobilis exeunt alatæ.

*DESCR. Corpus* pallide flaveſcens; *Oculi* fuſci, & minimo puncto nigricante inter oculos. *Antennæ* ſetaceæ. *Alas* gerit uti Chermes Alni. *Os* ſub thorace vel ex thorace. Non ſalit.

1012. CHERMES *Salicis* Salicis. *Fn.* 701.
Habitat in *Salice* varia.

*DESCR.* alba eſt. *Abdomen* ſupra maculis obſoletis. *Thorax* linea transverſa nigra. *Antennæ* infra medium albæ, extra medium nigræ.

1013. CHERMES *Fraxini* Fraxini excelſioris. *Fn.* 703.
Habitat in *Fraxino* excelſiore.

*DESCR.* Alis thoraceque nigro maculatis.

1014. CHERMES *Aceris* Aceris Platanoidis. *Fn.* 696.
Habitat in ramis & pedunculis *Aceris* platanoidis.

*DESCR.* Eſt inter hujus generis minores, vix pediculum majorem magnitudine ſuperans. *Totum* a tergo e flavo virens ſubtus dilute vireſcens. *Ani* apice ſubulato, dilute viridi ſuſceſcente. *Oculi* etiam dilute flaveſcentes.

## Coccus.

1015. COCCUS *Heſperidum* Hybernaculorum. *Fn.* 722.
*Hirt. act. gall.* 1692. *p.* 14. *t.* 14.
*Friſch. germ.* 12. *p.* 12.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 1. *f. omnes.*

*Act.*

*Act. upſ.* 136. *p.* 37. *n.* 9. Pediculus clypeatus.
Hoſpitatur in *Citro* præſertim, in Caldariis ſive Hybernaculis vulgatiſſimus, caules ramosque deturpans lepræ inſtar; frequens in Sapindo aliisque.

*DESCR.* Cruſta ovalis, depreſſa, cymbiformis, patellæ inſtar: poſtice emarginata, pro lubitu pedes exſerens & retrahens.

1016. COCCUS *Quercus* Quercus Roboris.
Habitat in *Quercu Robore.*

1017. COCCUS *Betulæ* Betulæ albæ. *Fn.* 723.
Habitat in *Betulæ* albæ ramorum divaricationibus ſolitarius.

1018. COCCUS *Carpini* Carpini Betuli. *It. ſcan.* 47.
Habitat in *Carpino Betulo.*

1019. COCCUS *Ulmi* Ulmi campeſtris.
Habitat in *Ulmo campeſtri.*

1020. COCCUS *Coryli* Coryli Avellanæ.
Habitat in *Corylo Avellana.*

1021. COCCUS *Tiliæ* Tiliæ europeæ.
Habitat in *Tilia europæa.*

1022. COCCUS *Salicis* Salicis hermaphroditæ.
Habitat in *Salicis hermaphroditæ* ramis, quos ſæpe obtegit undique.

*DESCR.* *Corpus* minutiſſimum, vix nudis oculis conſpicuum, rubrum, in ſenioribus planiuſculum cinereum.

1023. COCCUS *polonicus* radicis Scleranthi perennis. *Act. upſ.* 1742. *p.* 54. *t.* 1.
Coccus radicum purpureus. *Fn.* 720.
*Cornar. dioſcor. l.* 4. *c.* 39. Granum zſchinbitz.
*Scalig. exerc.* 325. *n.* 13.
*Camer. epit.* 691. Polygonum cocciferum.
*Bauh. pin.* 281. Polygonum cocciferum.
*Bauh. hiſt.* 3. *p.* 378. Polygonum polonicum cocciferum.
*Chabr. ſciagr.* 454. Polygonum polonicum cocciferum.
*Paulli. quadrip.* 113. Ova inſecti incogniti.
*Raj. hiſt.* 186. Polygonum Polonicum cocciferum.
*Tylkoſſch. phyſ.* 3. *ſ.* 10.
*Rzaczynſch. polon.* 95.

*Berniz. miſc. N. C. dec.* 1. *ann.* 1. *obſ.* 8.
*Rupp. jen.* 86. Knawel folio & flore albicante.
*Dal. pharm.* 84. Polygonum cocciferum.
*Breyn. comm. phyſico-technic.* 1731. *p.* 413.
*act. lipſ.* 1731. *p.* 406.
*act. angl.* 421.
*act. phyſico-med. N. C. vol.* 3. *app.* 5. *t.* 1. Coccus tinctorius radicum.
*prodr.* 3. *app.* 1.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 6. *t.* 2 Cochinella germanica.
*Reaum. gall.* 4. *mem.* 2 *p.* 1. *n.* 143. Progall, inſectum grani ſcarlatini Polonici.
Habitat apud nos rarius (uti multi me certiorem fecere) circa tempus Johannis, ipſe tamen non dum reperi: provenit in *Scleranthο perenni*; ſimilis reperitur in *Pimpinella ſaxifraga* Loeſ. pruſſ. 194. & alius in *Potentilla fruticoſa* Gerber; utrum diverſæ ſpeciei judicent avthoptæ. Semper radicibus adhæret ſub terra.

1024. COCCUS *Piloſellæ* radicis Hieracii Piloſellæ. *Act. upſ.* 1742. *p.* 54. *t.* 2.
*Paull. quadr.* 113. ova inſecti incogniti.
Habitat ad radices *Hieracii Piloſellæ.*

1025. COCCUS *Uvæ Urſi* radicis Arbuti Uvæ urſi. *Act. Holmenſ.*
Habitat ad caules terræ immerſos *Uvæ Urſi*, locis minus ſiccis.

DESCR. *Corpus* rufum, ſucco ſanguineo, tandem indutum follieulo laxo albo ovato.

1026. COCCUS *Phalaridis* Phalaridis radicum. *Fn.* 721.
Habitat ad radices *Phalaridis* canarienſis in terra prægnante, & quidem copioſe, ubi Formicæ rubræ ſedulo terram fodiunt & accedunt.

DESCR. Animal magnitudine ſeminis Cannabis, exalbidum, ſolis *Pedibus* parum incarnatis. *Antennæ* vix corporis $\frac{1}{3}$ partem adtingunt. *Roſtrum* inflexum. *Anus* retuſa, vix villoſa. *Volatile* non vidi, proin utrum Coccus, Aphis aut Chermes ſit, hæreo.

## Thrips.

1027. THRIPS *Phyſapus* elytris glaucis, corpore atro.
*De Geer. act. ſtockh.* 1744. *p.* 3. *t.* 4. *f.* 4. Phyſapus ater, alis albis.

Habi-

Habitat in floribus, præſertim luteis *compoſitis*, uti in Leontodonte, Chryſanthemo, Chamomilla, Buphthalmo etc. autumno frequentiſſima. Hæc forte unde Loti corniculatæ flores clauſi intumeſcunt & Secales ſpicæ ſæpe abortiunt.

*DESCR.* *Corpus* lineare, atrum eſt. *Antennæ* rectæ, filiformes, atræ, breves, ſex articulis. *Alæ* anguſtiſſimæ, rectæ, *Elytris* anguſtiſſimis, albido griſeis, tenuiſſimis, flexilibus, longitudine fere abdominis; margine, præſertim apice, hirſutis, baſi autem pallidioribus: hæ alæ tectæ elytris efficiunt in tergo lineam anguſtiſſimam, nudis utrinque relictis abdominis lateribus nigris. Currit celerrime; ſaltat; variis modis abdomen flectit & vibrat, non facile volitat. *Larva* coccinea, capite pedibus antennisque nigricantibus, in floribus Chamomillæ frequentiſſima inter floſculos, incedens ac ſi perfectum eſſet animalculum.

1028. THRIPS *minutiſſima* elytris corporeque glaucis, oculis fuſcis.
Habitat in Floribus.
*DESCR.* Inter congeneres omnium minima eſt.

1029. THRIPS *Juniperina* elytris niveis, corpore fuſco.
*De Geer act. ſtockh.* 1744. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 2. Phyſapus fuſcus, *alis* albicantibus.
Habitat in *Junipero*. De Geer.

1030. THRIPS *faſciata* elytris albis nigriſque faſciatis, corpore fuſco. *Fn.* 727.
Habitat in floribus, uti præcedentes, ſed rarior aliis.
*DESCR.* Omnia, ut in præcedenti, ſed faſciæ transverſæ albæ & nigræ alas diſtinguunt; Animal *totum* atrum, præcedenti majus, *Elytra* nigra faſciæ tres niveæ ſecant, quarum una in apice, altera in medio, tertia verſus baſin elytrorum.

# III. LEPIDOPTERA.

## Papilio.

### §. *EQUITES.*

1031. PAPILIO *Machaon* alis caudatis concoloribus flavis: faſciis fuſcis; angulo ani fulvo.
Papilio hexapus; alis flavo nigroque variegatis; ſecundariis angulo ſubulato maculaque fulva. *Fn.* 791.

*Mouff.*

*Mouff. angl. p.* 968.
*lat. p.* 99.
*Hoff. inſ.* 1. *t.* 12. *edit. alt. t.* 9. *f.* 10.
*Hollar. muſc. t.* 5. *f.* 2.
*Aldr. inſ. p.* 96. *n.* 5. 6. *f.* 1.
*Jonſt. inſ. p.* 40. *n.* 2. *t.* 5. 7.
*Jung. verm.* 134. Eruca rutacea.
*Merian. europ.* 1. *p.* 13. *t.* 38. Baſſe la Reine.
*Merret pin.* 198. Papilio diurna maxima 2:da.
*Miſc. nat. Curioſ. ann.* 2. *dec.* 2. *p.* 49. *f.* 9.
*Columm. ecphr.* 2 *p.* 85. *t.* 86. Papilio erucæ rutaceæ.
*Rob. ic.* 18. *male.*
*Reaum. gall.* 1. *t.* 30. *f.* 1.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 41. *t.* 10. Eruca anethi.
*Pet. muſ. p.* 35. *n.* 328. Papilio major caudatus ex nigro & luteo variegatus.
*Raj. inſ.* 110. *n.* 1. Papilio alis ampliſſimis, flavicante & nigro coloribus pulchre variegatis; interioribus caudatis.
Habitat in *Ruta*, *Anetho*, *Seſeli* (Fœniculo tortuoſo), *Pimpinella*, *Selino*.

*DESCR.* Alæ, pedes lingua nigra. *Antennæ* clavatæ. *Alæ primores* ovatæ, obtuſæ, integerrimæ, nigro flavoque variegatæ, ſeu nigras concipias, quibus juxta marginem craſſiorem maculæ tres, lunares, flavæ; juxta marginem vero poſteriorem maculæ 8, parvæ; & in medio inter ambos deſcriptos ordines, a margine interiore verſus angulum alæ, maculæ 7, juxta ſe collocatæ, quarum interiores majores. *Alæ poſticæ* denticulatæ, quarum poſterior angulus linearis productus & reliquis multo longior: margo hujus alæ 6 maculis flavis lunulatis pictus, præter ſeptimam maculam, quæ ano proxima eſt, & ocello fulvo cæruleo colore cincto ſpectabilis; diſcus hujus alæ flavus. *Larva* glabra, ſuaveolens, 16pus, tacta duo Tentacula fulva exſerens.

## §§. *HELICONII.*

1032. PAPILIO *Apollo* alis oblongis integerrimis albis: poſticis ocellis ſupra quatuor; ſubtus ſex baſique rubris.
Papilio hexapus; alis rotundatis integerrimis albis; ſecundariis ocellis quatuor ſuperne, ſeptem inferne. *It. gotl.* 230. *Fn.* 302.
*Mouff. lat. p.* 94. *f.* 3. Phalæna media 1.
*Pet. muſ.* 49. *n.* 502. Papilio alpinus ex albo nigroque variegatus, iride rubente oculatus.
*Pet. gaz.* 37. *t.* 23. *f.* 8. Papilio alpinus.
*Raj. inſ.* 139. *n.* Papilio alpina major, alis albicantibus; exterioribus maculis nigris notatis, interioribus ophthalmoidibus: iride rubra.
*De Geer. inſ. t.* 18. *f.* 8-13.

Habi-

Habitat in *Sedo Telephio* frequens.

*DESCR.* Mole cum maximis noſtris certat. *Corpus* nigricans lana cinerea. *Alæ* erectæ, rotundatæ, albæ, venis pallidis & farina cinereo-nebuloſa perfuſæ apice & margine poſtico membranaceo. *Alæ primariæ* 3 maculis nigris verſus marginem craſſiorem, unica nigra verſus interiorem, quæ omnes utraque ſuperficie adparent. *Alæ ſecundariæ* ocellos albo, (in medio) rubro, nigro, cæruleo conſtructos, duos utrinque conſpicuos habent, & juxta baſin ocellos 4 cœcos absque pupilla alba; & verſus anum unicum ocellum nigrum pupilla rubra: hi poſteriores ſubtus conſpicui. *Pedes* 6. *Antennæ* clavatæ apice ſubtus nigræ. Sub ano membrana craſſa, concava, carinata.

1033. PAPILIO *Mnemoſyne* alis oblongis integerrimis albis nigro nervoſis: primoribus maculis duabus nigris marginalibus.
*Udd. diſſ.* 55. Papilio hexapus alis rotundatis albis: primariis maculis quatuor venisque nigris.
Habitat in Finlandia.

*DESCR.* Simillimus præcedenti, ſed minor & absque ocellis. *Alæ* albæ venis nigris. *Primores* margine poſtico nudæ ſ. membranaceæ; in medio ad coſtam duæ maculæ nigræ. *Poſticæ* etiam maculis duabus nigris: priore ad marginem anteriorem minore; poſteriore in medio diſci majore. *Anus* organo majore cartilagineo ſingularis ſtructuræ in femina.

1034. PAPILIO *Cratægi* alis integerrimis rotundatis albis: venis nigris. *It. goth.* 182. *Fn.* 796.
*Aldr. inſ. p.* 245. *t.* 246. *f.* 6. *mala.*
*Hoffn. inſ. t.* 10. *f.* 14.
*Merr. europ.* 2. *p.* 38. *t.* 35. *f. ſuperiores.*
*gall. t.* 157. (*edit. alt.*) 85.
*Alb. inſ. t.* 2. *f.* 2.
*Pet. muſ. p.* 33. *n.* 301. Papilio alba, venis nigris.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 16. *t.* 5. Eruca hyemalis luteo alboque ſtriata.
*Raj. inſ.* 115. *n.* 5. Papilio alba, nervis alarum nigris, braſſicæ majoris figura & magnitudine.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 2. *f.* 9. 8.
*De Geer inſ. t.* 14. *f.* 13-19.
Habitat in *Pruno ſpinoſa*, *Cratægo Oxyacantha. Sorbo.*

*DESCR.* Alæ rotundatæ albæ venis nigris nervoſæ, margine denudatæ: concolores. Primores ad coſtam lunula nigra.
Forte & hujus ſpeciei ſit, *Papilio ex Eruca gregaria majore proveniens ſordide albicans venis nigricantibus. Raj. hiſt.* 17. & *Larva labyrintiformis It. œland.* 62.

1035. PAPILIO *Braſſicæ* alis integerrimis rotundatis albis: primoribus bimaculatis: apicibus nigris, major. *Fn.* 799.
*Mouff. lat. p.* 189. *f.* 1. Eruca in Braſſica.

*Gæd.*

*Gœd. belg.* 1. *p.* 59. *f.* 11.
*Liſt. gæd. p.* 16. *f.* 7.
*Mer. europ.* 1. *p.* 16. *t.* 45.
*Blank belg. p.* 24. *t.* 4. *f. A. B. C. D.*
*germ. p.* 19. *t.* 4. *f. A. B. C. D.*
*Alb. inſ. p.* 1. *t.* 1.
*Swam. quart. p.* 202. *t.* 13. *f.* 6.
*fol. t.* 37. *n.* 6.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 29. *f.* 1. & *t.* 10. *f.* 7.
*Pet. muſ. p.* 85. *n.* 825. Papilio albus vulgaris major.
*gaz. t.* 62. *f.* 3. Papilio alba major, apicibus nigris.
*Raj. cantab. p.* 134
*inſ. p.* 113 *n.* 1. Papilio braſſicaria alba major vulgatiſſima.
*Raj. inſ. p.* 348. *n.* 19. Eruca braſſicaria maxime vulgaris, nigro luteo & cæruleo coloribus variegata.
Habitat in *Braſſica.*

*DESCR.* Alæ ſupra albæ primorum apicibus nigris; ſubtus cineraſcentes; ſecundariarum margine exteriore baſeos flavo.
*MAS* maculis tribus nigris in *primore* prona ala; in *ſecundaria* prona vero unica; *FÆMINA* in prona parte nullam maculam nigram gerit excepto apice alæ.

1036. PAPILIO *Rapæ* alis integerrimis rotundatis albis: primoribus bimaculatis apice nigris, minor. *Fn.* 798.
*Mouff. angl. p.* 971. *f.* 9. 10.
*lat. p.* 103 *f. ultim.* Papilio diurnus medius.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 97. *f.* 27.
*Liſt. gœd. p.* 22. *f.* 8
*Mer. europ.* 2. *p.* 40. *t.* 39. *edit. gall. t.* 89.
*Blank. belg. p.* 29. *t.* 5. *f. A. B. C. D.*
*germ. p.* 23. *t.* 5.
*Rob. icon. t.* 6.
*Alb. inſ. t.* 51. *f. C. D.* (*Mas*) & E. *F.* (*Fæmina.*)
*Reaum. gall.* 1. *t.* 29. *f.* 7. 8. & *t.* 2. *f.* 3.
*Merr. pin.* 198. *n.* 5. Papilio corpore & antennis liveſcentibus, capite aliſque pallidis
*Pet. muſ. p.* 85. *n.* 826. Papilio vulgaris albus minor.
*gaz. p.* 10. *t.* 64. *f.* 4 Papilio alba vulgaris ſtriata, maculis duplicibus. (fæmina.)
*p.* 10. *t.* 49. *f.* 11. Papilio albus minor, apicibus nigris. (Mas.)
*Raj. inſ.* 114. *n.* 2. Papilio alba media, alis exterioribus albis, duabus maculis nigris infra mediam longitudinem ver-

verſus interiorem marginem notatis, interioribus ſubtus nigricantibus.

*p.* 349. *n.* 20. Eruca Braſſicam depaſcens viridis mediocris, linea in utroque latere e luteo albente.

*p.* 114. *n.* 3 Papilio alba media, alis omnibus albis cum macula (ſeu punctum mavis dicere,) leviter nigricante in exterioribus. (Mas.)

Habitat in *Braſſica* & *Tropæolo*.

DESCR. Simillimus præcedenti ſed dimidio minor. Alæ *primores* ſupra apice cinereæ & in *femina* maculis duabus nigris.
*Larva* viridis, a prioris diverſiſſima, licet utriusque Papiliones inter ſe adeo ſimiles, ut demta magnitudine vix diſtingui queant.

1037. PAPILIO *Napi* alis integerrimis rotundatis albis: ſubtus venis dilute vireſcentibus. *Fn.* 797.
*Mer. europ.* (*edit.* 1) *v.* 2. *p.* 77. *t.* 39.
*Alb. inſ. t.* 52. *f.* F. G.
*Pet. muſ. p.* 33. *n.* 302. Papilio albus medius: venis latis, ſubtus nigricantibus.
*gaz. t.* 62. *f.* 4. nomen idem.
*Raj. inſ.* 114. *n.* 4. Papilio braſſicaria media, alis albis ſecundum nervos lineis e viridi nigricantibus ſubtus ſtriatis.
[Habit]at in *Braſſica*.

[DE]SCR. Simillimus præcedenti, at ſubtus venis dilatatis obſcurioribus. Femina in alis anterioribus bimaculata.

1038. PAPILIO *Sinapis* alis integerrimis rotundatis albis immaculatis: apicibus fuſceſcentibus. *Fn.* 800.
*Pet. muſ.* 33. *n.* 303. Papilio albus minor.
Habitat in ſylvis.

DESCR. Simillimus præcedentibus. Alæ primores apice macula fuſca ſubrotunda.

1039. PAPILIO *Cardamines* alis integerrimis rotundatis albis: primoribus medio fulvis; poſticis ſubtus viridi-nebuloſis.
Papilio hexapus; alis rotundatis integerrimis: ſecundariis viridi-nebuloſis; primoribus lunula nigra. *Fn.* 801.
*Mouff. lat. p.* 106. *n.* 5. *f.* 2. 3. 4.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 9. *f.* 1.
*Jonſt. inſ. t.* 5.
*Bry. renov. t.* 22.
*Rob. ic. t.* 21.
*Valent. herb. t.* 183.
*Merian. europ. t.* 181.

Petiv.

*Petiv. muſ. p.* 33. *n.* 306. Papilio albus ſubtus viridi colore marmoreatus ſ. maculis croceis ornatus.

*Raj. inſ.* 115. *n.* 6. Papilio minor alba, alis exterioribus albis macula inſigni crocea ſplendentibus, inferioribus ſuperne albis, ſubtus viridi colore variegatis.

α *Raj. inſ. p.* 115. *n.* 7. Papilio minor alba, alis exterioribus ad imum marginem nigris aut fuſcis, macula in medio nigra.

*Pet. muſ. p.* 33. *n.* 305. Papilio alba ſubtus viridi colore marmoreata; fæmina.

Habitat Upſaliæ frequens.

DESCR. *Antennæ* clavatæ, exalbidæ. *Alæ* albæ, ſed *primores* extus apice fuſcæ, ſubtus flavo-cinereæ cum macula ſ puncto lunulato fuſco in medio alæ utriusque paginæ. *Alæ ſecundariæ* ſubtus viridi-nebuloſæ, ſupra albæ, verſus baſin fuſcæ. *Oculi* vireſcentes, maculati. *Mas* in ala ſuperiore, ejusque in medio a pagina exteriore, macula lata crocea diſtinctus.

1040. PAPILIO *Hyale* alis integerrimis rotundatis flavis; poſticis macula fulva: ſubtus puncto ſeſquialtero argenteo.

*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 11.

*Raj. inſ.* 112. *n.* 6.

*Edw. av. t.* 304. *f.* 1, 2.

Habitat in Scania rariſſime.

DESCR. Simillimus Palænoni, ſed Alæ magis flavæ. *Alæ primores* flavæ, apice nigræ, nigredine faſcia quaſi lutea in duas partes diſſecta. *Secundariæ* ſupra in medio puncto ſ. macula ferruginea, cui ſubtus oppoſita Puncta duo argentea approximata, annulo ferrugineo cincta: altero puncto valde parvo. *Antennæ* & margo ciliaris alarum rubra ut in ſequente.

1041. PAPILIO *Palæno* alis integerrimis rotundatis flavis apice nigris margineque fulvis; poſticis ſubtus puncto argenteo.

*Uddm. diſſ.* 56. Papilio hexapus, alis rotundatis albis ocello parvo fuſco oblongo; apicibus fuſcis.

Habitat in Pteride rariſſime Upſaliæ, frequentior in Finlandia.

DESCR. *Antennæ & Pedes* rubri. *Alæ* flaveſcentes aut albæ marginibus exterioribus rubris. *Primores* apice ſupra late nigræ, diſco utrinque puncto nigro. *Poſticæ* ſubtus cineraſcentes, in medio puncto argenteo lunato, imprimis in ſuperioribus; baſis alarum inferiorum ſubtus rubra.

1042. PAPILIO *Rhamni* alis integerrimis angulatis flavis: ſingulis puncto flavo; ſubtus ferrugineo.

Papilio hexapus; alis angulatis flavis puncto ferrugineo. *Fn.* 795.

*Mouff. angl. p.* 198.

*lat. p.* 103. *p.* 1. Papilio diurnus medius 1.

*Jonſt.*

*Jonſt. inſ.* 42. *n.* 1. *t.* 5. 6.
*Hoffn. inſ.* 1. *t. aut.* 12. *f.* 8. *t.* 2.
*Rob. ic. t.* 13.
*Alb. inſ. t.* 2. *f.* 3.
*Pet. muſ. p.* 1. *n.* 1. Papilio ſulphureus (Mas.)
*Raj. inſ.* 112. *n.* 4. Papilio præcox ſulphurea ſ. flavo-viridis, ſingulis maculis ferrugineis notatis.
*De Geer. inſ. t.* 15. *f.* 1-10.
β *Pet. muſ. p.* 1. *n.* 2. Papilio ſulphureus pallidus. (fæmina.)
*Vulgo* Papilio canicularis.
Habitat in *Rhamno* frequens.

DESCR. *Antennæ* ferrugineæ. *Alæ* flavæ: puncto in ſingulæ alæ medio utrinque ferrugineo, & ad marginem alarum primorum anteriorem puncta minutiſſima ferruginea. Alarum *ſecundariarum* apex acutus; diſcus utrinque puncto ferrugineo. *Pedes* albidi.

1043. PAPILIO *Hyperantus* alis integerrimis fuſcis: primoribus ſubtus ocellis tribus: poſticis utrinque quinque. *Fn.* 788.
*Pet. muſ. p.* 34. *t.* 313. Papilio medius, omnino fuſcus, plurimis ocellis nigris in circulis luteis ſubtus ornatus.
*Raj. inſ.* 129. *n.* 7. Papilio medius totus pullus, prona alarum parte ocellis aliquot e puncto albo duplici circulo nigro & ſordide luteo cincto compoſitis illuſtrata.
Habitat in ſylvis.

DESCR. *Alæ* concolores, fuſcæ; margine albido. *Primores ſupra* punctis 2 nigris, vix ocellatis; *Subtus* ocellis 3. poſtico minore. *Secundariæ ſupra* punctis 2; *ſubtus* ocellis 2 approximatis anterioribus & 3 poſterioribus diſtinctis.

1044. PAPILIO *Pamphilus* alis integerrimis fulvis: ſubtus primoribus ocello unico; poſticis faſcia alba. *Fn.* 789.
*Pet. muſ. p.* 34. *n.* 311. Papiliunculus aureus oculatus in ericetis frequens.
*Raj. inſ.* 125. *n.* 19. Papilio parva e fulvo & fuſco bicolor, fulvo mediam alam, fuſco oras extremas occupante, cum ocello ad extimum angulum alarum exteriorum.
Habitat in Ericetis.

DESCR. Raji deſcriptio bona eſt. *Alæ ſupra* fulvæ margine ſubfuſco, *ſubtus* cineraſcentes: Ocellus in ala primaria ſubtus unicus eſt & niger puncto albo annuloque nigro. *Alæ ſecundariæ ſubtus* cinereæ: antice obſcuriores: in medio faſcia pallida & ocellis obliteratis quatuor notatæ.

1045. PAPILIO *Arcania* alis integerrimis ferrugineis: ſubtus primoribus ocello unico; poſticis quinis.
Habitat in Pratis & Sylvis.

*DESCR.* Parvus. *Alæ Primores ſupra* antice ferrugineæ, poſtice nigricantes margine albido; *Subtus* ferrugineæ, verſus apicem ocello minutiſſimo. *Poſticæ ſupra* fuſcæ margine albido; *ſubtus* griſeæ: poſtice linea argentea; medio faſcia lata alba; ocellus ante faſciam, ad marginem exteriorem, niger; ocelli quatuor ad poſtica faſciæ albæ, pupilla argentea; horum ocelli duo ano propiores majores. Præcedenti facie accedit.

1046. PAPILIO *Hippothoë* alis integerrimis: ſupra fulvis immaculatis, ſubtus cineraſcentibus punctis ocellaribus numeroſis.

Habitat apud nos rariſſime.

*DESCR.* Statura P. virgaureæ. *Alæ ſupra* omnino fulvæ immaculatæ; *Subtus* luteo-cineraſcentes. *Primores ſubtus* punctis nigris iride alba: 3. majoribus intra marginem exteriorem; 7 minoribus fere transverſim poſitis; 6 minutiſſimis ad marginem poſticum. *Secundariæ ſubtus* cineraſcentes punctis ocellaribus circiter 17, præter faſciam ad marginem poſticum fulvam, antice nigro-punctatam.

1047. PAPILIO *Hero* alis integerrimis fuſcis: ſubtus primoribus ocellis duobus; poſticis ſenis.

Papilio tetrapus, alis rotundatis fulvis: ſubtus cineraſcentibus: faſcia alba ocellisque quinis. *Fn.* 790.

Habitat in Dalekarlia frequentius *C. Blom.* Upſaliæ rarius.

*DESCR. Corpus* præcedenti paullo majus. *Alæ Primores ſupra* fuſcæ, verſus apicem ocello ferrugineo coeco. *Subtus* fuſcæ verſus apicem, faſciola albida, margine lutes extra lineam argenteam; ocelli duo inter marginem & faſciolam albidam, quorum exterior iride nigra pupillaque nivea; interior coecus iride lutea punctoque nigro. *Poſticæ ſupra* fuſcæ, verſus poſtica ocellis ſex coecis; iride lutea pupillaque nigra. *Subtus* fuſcæ, verſus poſteriora faſcia alba, margine luteo extra lineam argenteam; Ocelli ſex inter faſciam albam & marginem: omnes iride lutea, medio atri pupilla nivea. *Antennæ* nigræ annulis albis.

## §. §. §. §. *NYMPHALES.*

1048. PAPILIO *Io* tetrapus, alis angulato-dentatis fulvis nigromaculatis: ſingulis ſupra ocello cæruleo. *Fn.* 776.

*Mouff. angl. p.* 968.
*lat. p.* 99. *f. infim.* Regina omnium.
*Hofn. inſ. t.* 12. *f.* 9.
*Jonſt. inſ. p.* 40. *n.* 4. *t.* 5.
*Bry. renov. t.* 27.
*Mer. europ.* 1. *p.* 10. *f.* 26.
*Gœd lat.* 1. *p.* 23. *f.* Oculus pavonis.
*Liſt. gœd. p.* 1. *f.* 1.
*Pet. muſ. p.* 34 *n.* 314 Papilio oculus Pavonis dictus.
*Alb. inſ. t.* 3. *f.* 4.
*Valent. herb. t.* 57.
*Anon. angl. p.* 291. *f.* 1.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 25. *f.* 2. 1.

*Raj.*

*Raj. inſ.* 122. *n* 13. Papilio elegantiſſima ad urticariam accedens, ſingulis alis maculis oculos imitantibus.

Habitat in *Humulo & Urtica dioica.*

*DESCR. Alæ ſupra* purpuraſcentes: primores antice nigræ cum litura flava & ocello majore flavo-cæruleſcente punctis 2 albis. *Secundariæ* ocello majuſculo nigro cæruleſcente. *Subtus* omnes atro nebuloſæ: *Primores* punctis 6 obſoletis, albidis, verſus marginem exteriorem. *Secundariæ* puncto pallido in medio.

1049. PAPILIO *Mæra* alis ſubdentatis fuſco nebuloſis; utrinque primoribus ſeſquiocello; poſticis ocellis ſupra tribus.

Papilio tetrapus, alis rotundatis fuſco-nebuloſis: primariis ſeſquiocello; ſecundariis quinis ocellis. *Fn.* 785.

*Mouff. angl.* 972.

*lat. p.* 104. *n.* 9. *f.* 10.

*Jonſt. inſ. p.* 58. *n.* 9. *t.* 6.

*Merret. pin.* 198. *n.* 10. Papilio ultima parte alæ exterioris clypeolo nigro, quem medium punctum eburneum ornat, decorata.

*Merian. europ.* 2. *p.* 10. *t.* 4. (*edit. ult.*) *t.* 54.

*Robert. ic.* 15. *f.* 2.

*Aldr. inſ. p.* 245. *t.* 244. *f.* 12.

*Raj. inſ.* 123. *n.* 15. Papilio media, alis fulvo ſ. rufo & nigricante colore variis cum ocello prope extimum angulum alarum exteriorum.

*Petiv. muſ. p.* 34. *n.* 312. Papilio oculatus ex aureo & fuſco marmoratus.

Habitat in *Poa*, inſidet ſæpe petris & ſaxis.

*DESCR. Alæ* rotundatæ, integerrimæ, omnes *ſupra* fuſcæ, ocellis nigris pupilla alba, & margine extimo rufo notatæ; horum ocellorum unicus ſupra alas in alis primoribus: tres minores vero ſupra in ſecundariis alis; alæ etiam primores plicatæ ſunt ſtriis profundis; At alæ *ſubtus*, licet fuſcæ ſint, primores tamen obſcurioribus lineis undulatæ & ſingulæ notatæ ocello glauco, in medio nigro, pupilla alba: juxta hunc ocellum verſus angulum alæ ocellus minimus glaucus pupilla alba. *Alæ ſecundariæ* fuſcæ, cano-undulatæ, ſingulæ ocellis ſeptem notatæ, quorum pupilla nigra in medio alba circulo duplici glauco circumdata; horum ocellorum duo abdomine proximi in unum coaliti ſunt.

1050. PAPILIO *Ligea* alis ſubdentatis fuſcis faſcia rufa: utrinque primoribus ocellis quatuor, poſticis tribus.

Papilio tetrapus, alis rotundatis fuſcis: faſcia transverſali rufa: ocellis utrinque ſeptem. *Fn.* 787.

*Alb. inſ. t. V. f.* 1. Papilio fuſca pratenſis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR. Alæ* ſupra fuſcæ, ſubtus dilutius fuſcæ: *Primores* infra & ſupra faſcia ruffa transverſa, ocellis 4 nigris; margine maculis 5 albis. *Secundariæ*

*dariæ* ſupra & infra ocellis 3 nigris ruffo cinctis: ſubtus minoribus, & duabus inſuper maculis albis. *Antennæ* nigræ, ſubtus albæ.

1051. PAPILIO *Semele* alis dentatis fulvo nigroque nebuloſis: primoribus ocellis utrinque duobus; poſticis ſupra unico.
*Fn.* 784.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 8.
*Pet. muſ. p.* 34. *n.* 307. Papilio oculis nigris ſubtus marmoreus.
*gaz. p.* 22. *t.* 14. *f.* 9. idem nomen.
*Raj. inſ.* 128. *n.* 6. Papilio majuſcula, alis pullis cum duplici in exterioribus macula lutea, & duplici oculo nigro.
Habitat in ſylvis petroſis, non infrequens.

*DESCR.* *Alæ* ſupra fuſcæ ſunt cum faſciis obſolete flavis; *Alæ primariæ* ſubtus flavæ, verſus margines nebuloſæ. *Alæ ſecundariæ* ſubtus albo & nigro nebuloſæ ſunt. Ocelli duo nigri puncto albo in majoribus alis utrinqne; in ſecundariis ſupra ocellus cæcus verſus angulum ani.

1052. PAPILIO *Jurtina* alis ſubdentatis fuſcis: primoribus ſupra litura flava: ocello utrinque unico.
Papilio tetrapus, alis rotundatis lævibus fuſcis: primoribus ſubtus fulvis ocello unico. *Fn.* 786.
*Aldr. inſ.* 245. *t.* 246. *f.* 13.
*Hoffn. inſ.* 1. *t.* 1. *f.* 1. & *edit. alt.* 4. *t.* 10.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 309. Papilio pratenſis oculatus fuſcus.
*Raj. inſ.* 124. *n.* 16. Papilio media, alis ſupina facie pullis, prona ex rufo ſ. fulvo & fuſco variis cum ocello ad extimum alarum exteriorum angulum.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 11. *f.* 1.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Similis P. Semeli. *Alæ primores ſupra* ſubfuſcæ area flaveſcente, in qua ocellus niger pupilla alba. *Subtus* concolores, ſed pallidiores & fere flaveſcentes. *Secundariæ ſupra* ſubfuſcæ, *ſubtus* caneſcentes cum puncto fuſco.

1053. PAPILIO *Janira* alis dentatis fuſcis: primoribus ſubtus luteis ocello utrinque unico; poſticis ſubtus punctis tribus.
Habitat in Sylvis, rarius.

*DESCR.* Simillimus præcedenti. *Alæ* omnes *ſupra* fuſcæ. *Primores* verſus apicem ocello nigro. *Subtus* Primores ferrugineo-luteæ ocello, ut ſupra. *Poſticæ* griſeæ punctis 3. nigro-ferrugineis: quorum 1 anterius; 2 poſterius.

1054. PAPILIO *Cardui* alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis; poſticis utrinque ocellis quatuor.

Papi-

Papilio tetrapus, alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis; ſecundariis ocellis quinque. *Fn.* 778.
*Mouff. angl. p.* 169.
*lat. p.* 101. *n.* 8. 9. *f.* 1. 2.
*Hoffn. inſ. t.* 7. *f.* 3. *edit. alt,* 4. *t.* 5.
*Goed. lat.* 3. *p.* 1. *f.* 1.
*Liſt. goed. p.* 14. *f.* 6.
*Blank. belg. p.* 21. *t.* 3. *A. B. C. D.*
*germ. p.* 17. *t.* 3. *C. D.*
*Mer. europ.* 3. *p.* 52. *t.* 15. *edit. ult.* 88.
*Albin. inſ. LVI.*
*Reaum. gall.* 1. *t.* 26. *f.* 11. 12.
*Pet. muſ. p.* 35. *t.* 326. Papilio eleganter variegatus agilis, Bella donna dictus.
*Raj. inſ.* 122. *n.* 13. Papilio major pulchra, nigro rufo albo coloribus varia.
Habitat in *Carduis.*
*DESCR.* Alæ *Primores* ſubconcolores, ſubtus pallidiores, verſus baſin rufæ nigro-variegatæ, verſus apicem nigræ albo variegatæ. *Secundariæ ſupra* rufæ, nigro variegatæ, punctis 5 nigris verſus poſteriora. *Subtus* flaveſcenti-nebuloſæ, ocellis verſus marginem poſticum 4, quorum intermedii minores.

1055*PAPILIO *Populi* alis dentatis fuſcis albo faſciatis maculatisque; ſubtus luteis albo faſciatis: maculis cæruleſcentibus.
*Uddm. diſſ.* 54. *t.* 15. Papilio hexapus ſupra niger, alis omnibus ordine macularum transverſali albo; inferioribus dentatis.
*Clerck. act. Holmenſ.* 1753. *p.* 278. *t.* 7.
Habitat in *Populi tremulæ* ſummitatibus, rarius.
*DESCR.* Maximus facile noſtratum. *Alæ* fere concolores, modo ſupra nigricantes, ſubtus teſtaceæ. *Primores* maculis aliquot albis ſparſis. *Secundariæ* faſcia alba interrupta ex 7 maculis; poſterius ſupra ordo ocellorum dimidiatorum iride ferruginea pupilla atra intima duplici. Subtus 7 puncta lunaria, nigra, in ordine; margo poſticus ſubtus cæruleſcens linea nigra dimidiatus.

1056. PAPILIO *Antiopa* alis angulatis nigris: limbo albido. *Fn.* 772.
*Hoffn. inſ. t.* 3. *f.* 2. & *t.* 6. *f.* 3.
*Jonſt. inſ. t.* 9. & 11.
*Raj. inſ.* 135. Papilio maxima nigra, alis utrinque, tam exterioribus, quam interioribus, limbo lato albo cinctis.
136. Papilio maxima nigra, alis utrisque limbo albo lato cinctis.
*De Geer. inſ. t.* 21. *f.* 8, 9.
Habitat in *Betula* frequentiſſimus; Larva foliis Betulæ victitat.

*DESCR.* E maximis noſtris Papilionibus hic eſt; *Alæ* angulato-dentatæ, utrinque nigræ, ſed margine latera & poſteriora reſpiciente albo, at margo craſſior alarum ſuperiorum antice duplici macula alba inſignitus. *Supra* intra limbum album ordo punctorum cæruleſcentium. *Subtus* in poſticarum diſco punctum album adeſt. *Antennæ* & *Corpus* nigrum.

1057. PAPILIO *polychloros* alis angulatis fulvis nigro-maculatis: prioribus ſupra punctis quatuor nigris. *Fn.* 773.
*Aldr. inſ.* 245. *t.* 246. *f.* 7. Polychloros.
*Merr. europ.* 2. *p.* 1. *t.* 52.
*Gœd. lat.* 1. *p.* 175. *t.* 77.
*Liſt. gœd.* 5. *f.* 3.
*Raj. inſ.* 118. *n.* 2. Papilio urticariam referens major, alis amplioribus, quam Ulmariam vocitare ſoliti ſumus.
306. *n.* 14. Eruca mediæ magnitudinis, corpore e cinereo nigricante, ſpinulis raris in quolibet annulo ramoſis fulvis.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 315. Papilio teſtudinarius major.
*Alb. inſ.* 56.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 23. *f.* 2.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 7. *f.* 3. Eruca cæruleſcens, ſpinis luteis.
Habitat in *Salice*, *Ceraſo*, *Pyro rarius.*

*DESCR.* Sequenti vulgatiſſimo ſimillimus eſt, ſed paullo major. *Alæ* angulatæ, dentatæ, fulvæ *Superior* ala anteriore margine quatuor faſciis nigris & in diſco punctis majuſculis quatuor; Superiorum exterior margo, ut & alarum inferiorum margo exterior, nigra faſcia cinctus; *inferioris* alæ baſis nigra eſt.

1058. PAPILIO *Urticæ* alis angulatis fulvis nigro-maculatis: primoribus ſupra punctis tribus nigris. *Fn.* 774.
*Mouff. angl. p.* 188. *c.* 3.
*lat. p.* 101. *n.* 11. *f.* 5. 6.
*Hoffn. inſ.* 1. *t.* 4.
*Gœd. inſ.* 1. *p.* 90. *f.* 21.
*Liſt. gœd.* 3. *f.* 2.
*Blank. belg.* 13. *t.* 1. *L. M. N. O. P. Q.*
*germ.* 11. *t.* 1. *N. O. P. Q.*
*Merian. europ.* 1. *p.* 15. *t.* 44.
*Rob. ic. t.* 5.
*Bry. renov. t.* 15.
*Bradl. natur. t.* 27. *f.* 2.
*Anon. angl. p.* 34. *n.* 316. Papilio teſtudinarius major.
*Raj. inſ.* 117. *n.* 1. Papilio urticaria vulgatiſſima, rufo nigro cæruleo & albo coloribus varia.
*p.* 117. Eruca nigra ſ. pulla ſetigera urticaria.
*p.* 348. *n.* 18. idem.

*Alb.*

*Alb. inſ.* 4. *f.* 6.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 26. *f.* 6. 7.
Habitat in *Urtica urente* omnium vulgatiſſimus.
*Larva* ſpinoſa, ſpinis ſpinoſis.
*Puppa* eſt Chryſalis communiter deaurata.

DESCR. Præcedenti ſimillimus, ſed diſcus alæ ſuperioris duobus punctis minoribus & uno majore nigris notatus, & hæc ala etiam baſi nigra eſt.

1059. PAPILIO *C album* alis angulatis fulvis nigro-maculatis; poſticis ſubtus c albo notatis. *Fn.* 775.
*Aldr. inſ.* 245. *t.* 244. *f.* 3. 4. *mala.*
*Mouff. lat.* 103. *n.* 2. *f.* 2. Papilio diurna media 2:da.]
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 7.
*Mer. inſ.* 1. *p.* 6. *t.* 14. & 159.
*Pet. muſ.* Papilio teſtudinarius, alis laceris.
*Alb. inſ. t.* 4. *f.* 5. Papilio alis laciniatis.
*Raj. inſ.* 118. *n.* 3. Papilio ulmariæ ſimilis, ſed minor; alis laciniatis: interioribus linea alba incurva notatis.
*p.* 349. *n.* 21. & *p.* 119. Eruca lupulacea hirſuta e rufo nigricans, macula ſ. areola alba longa in medio dorſo notata.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 6. *t.* 4. Eruca ſpinoſa ſemialba, ſemique lutea, papilione ypſilo græco in ala.
*Reaum gall.* 1. *t.* 27. *f.* 9. 10.
*Rob. icon. t.* 23.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 20. *f.* 1-10.
Habitat in *Urtica*, *Humulo*, *Ribe aculeata.*

*DESCR. Alæ* ſinuatæ, extus fulvæ, nigro maculatæ, punctis quatuor ad minimum diſtinctis, nigris; *inferiores* fere exteriorum ſimiles, *ſubtus* alæ omnes griſeo-cinereæ, undulatæ, cum litera alba C alis inferioribus in medio adſcripta. *Tibiæ* albæ.

1060. PAPILIO *Atalanta* alis dentatis nigris albo maculatis: faſcia communi purpurea primoribus utrinque, poſticis marginali.
Papilio tetrapus, alis denticulatis nigris albo-maculatis: omnibus faſcia arcuata coccinea. *Fn.* 777.
*Aldr. inſ. p.* 239. *t.* 240. *f.* 4. 5.
*Hoffn. inſ.* 1. *t.* 2. & *edit. alt. t.* 2. *f.* 15.
*Mouff. lat. p.* 100. *f.* 3. 4. Papilio diurna VI.
*Gœd. lat.* 1. *p.* 96. *f.* 26.
*Liſt. gœd. p.* 10. *f.* 4.
*Mer. europ.* 2. *p.* 41. *t.* 91.
*Anon. angl. p.* 203. *f.* 4.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 10 *f.* 9. 8.
*Petiv. muſ. p.* 35. *n.* 327. Papilio major nigreſcens, alis maculis rubris & albis pulchre illuſtratis.
*Blanck. belg. p.* 18. *t.* 2. *f. A, B, C, D.*
*germ. p.* 15. *t.* 2. *f. C, D.*
*Jonſt. inſ. t.* 7. *f.* 6. 7. Phalæna diurna maxima.
*De Geer. inſ. t.* 22. *f.* 1-5.
Habitat in *Urtica.*

*DESCR.* Alæ omnes *ſupra* nigræ. *Primores* faſcia in medio rubra; maculis albis inter faſciam & apicem. *Secundariæ* faſcia terminali rubra cum punctis quatuor nigris & macula cærulea didyma ad angulum ani. *Subtus primores* nigricantes, faſcia rubra in medio; litura cærulea maculisque albis inter faſciam & apicem. *Secundariæ ſubtus* fuſco-nebuloſæ cum macula pallida ad marginem anteriorem & duabus faſciis ſubocellatis cordatis verſus poſteriora.

1061. PAPILIO *Lucina* alis dentatis fuſcis teſtaceo maculatis, ſubtus faſciis duabus macularum albidarum.
Habitat apud nos minus frequens.

*DESCR.* Magnitudo Argi. *Alæ ſupra* fuſcæ maculis parvis, flaveſcentibus, pluribus, ſparſis, quarum margini poſtico adjacentes puncto nigro acuto poſtice albo notatæ; *Subtus* omnes flaveſcentes, maculatæ. *Secundariæ* faſciis duabus ex maculis albis & poſtice ad marginem punctis nigris acutis, baſi albis.

1062. PAPILIO *Maturna* alis ſubdentatis purpuraſcentibus nigro alboque maculatis, ſubtus faſciis tribus flavis: prima interrupta.
Habitat apud nos rariſſime.

*DESCR.* Magnitudo ſequentis. *Alæ ſupra* rubicundæ, nigro alboque maculatæ & fere reticulatæ. *Subtus* croceo-rutæ faſciis tribus flavis: prima interrupta ex maculis inæqualibus ſitu & figura, 4, ſ. 5; Secunda quaſi poſtice aucta vireſcentibus maculis ſ. linea latiore; ultima margini adjacet ex 7 ſ. 8. lunulis.

1063. PAPILIO *Cinxia* alis dentatis fulvis nigro-maculatis; ſubtus faſciis tribus exalbido-flavis. *Fn.* 733.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 22. *n.* 24. Papilio alis erectis ſubrotundis teſtaceis; punctis pallidis: lineolis undulatis fuſcis, ſubtus albo-variegatis.
*Pet. gaz.* 28. *t.* 18. *f.* 10. Papilio fritillarius lincolnienſis, faſciis ſubtus pallidis.
*Raj inſ.* 121. *n.* 9. nomine Petiueri.
Habitat ſat frequens in horto academico.

*DESCR.* Facies eadem cum præcedentibus, magnitudo cum ultima convenit. *Alæ* omnes luteæ, ſupra nigro undulatæ ſ. potius reticulatæ. *Alæ primariæ ſubtus* flavæ, parum nigro undulatæ, apicibus flavis. *Secundariæ*

*dariæ alæ* ſubtus flavæ & nigro undulatæ, faſciis duabus fulvis undulatis: caret hæc maculis omnibus argenteis.

1064. PAPILIO *Paphia* alis dentatis fulvis nigro-maculatis: ſubtus viridibus lineis argenteis transverſis. *Fn.* 779.

*Pet. muſ.* 35. *n.* 321. Papilio fritillarius major, lineis ſubtus argenteis.

*Raj. inſ. p.* 119. *n.* 4. Papilio major, alis fulvis: maculis nigris in ſupina parte, prona transverſis: areis argenteis depictis,

Habitat in hortis.

DESCR. E majoribus hic eſt. *Alæ ſupra* luteæ: *Primores* ſtriis punctisque nigris. *Secundariæ* venis & poſtice duplici ordine punctorum nigrorum majorum. *Subtus Primores* luteæ lituris & punctis nigris. *Secundariæ* verſus baſin vireſcentes falciis undatis argenteis; poſtice luteſcentes duplici ordine punctorum majorum nigricantium.

1065. PAPILIO *Aglaja* alis dentatis fulvis nigro-maculatis: ſubtus maculis 21 argenteis. *Fn.* 780.

*Mouff. angl. p.* 969.

*lat. p.* 101. *f.* 3. 4. *n.* 10.

*Aldr. inſ. p.* 245. *t.* 246. *f.* 8. 9.

*Pet. muſ. p.* 35. *n.* 320. Papilio fritillarius, major, maculis ſubtus argenteis.

*Raj. inſ. p.* 119. *n.* 5. Papilio major, alis fulvis, ſupina parte maculis crebris, prona etiam argenteis eleganter pictis.

Habitat in hortis.

DESCR. *Alæ poſticæ* ſubtus anterius vireſcentes & poſtico margine vireſcente; maculæ argenteæ in ſingula ala 27, quorum prima falcata eſt.

1066. PAPILIO *Cydippe* alis dentatis luteis nigro maculatis, ſubtus maculis 23 argenteis.

Habitat in pratis.

DESCR. Simillimus omnino P. Aglajæ in pagina ſuperiore, at *Alæ poſticæ ſubtus* maculis circiter 6 argenteis ſparſis; dein quaſi faſcia ex 7 maculis argenteis; demum quaſi faſcia ex maculis rotundis rubro-ferrugineis 6 f. 7, quarum 2, 4, 5 pro pupilla punctum argenteum habent; ultimo ad marginem poſticum maculæ argenteæ ſeptem.

1067. PAPILIO *Niobe* alis dentatis luteis nigro maculatis, ſubtus pallido maculatis, punctisque tribus argenteis ocellatis.

Habitat in pratis.

DESCR. Simillimus præcedenti in pagina ſuperiore. *Secundariæ ſubtus* luteæ fuſco transverſe venoſæ, maculis pluribus; pone has maculas ordo transverſalis macularum ex maculis rufo-ferrugineis 6 f. 7, quarum

2, 4, 5 pupilla ſ. puncto argenteo gaudet. An ſexu tantum a præcedenti diverſus?

1068. PAPILIO *Lathonia* alis dentatis fulvis nigro-maculatis: ſubtus maculis 37 argenteis. *Fn.* 781.
*Hoffn. t.* 12. *f.* 11.
*Merian. europ.* 2. *t.* 157. *f. ſuperior.*
*Rob. icon. t.* 12.
*Pet. muſ. p* 51. *n.* 520. Papilio rigenſis aureus minor, maculis argenteis ſubtus perbelle notatus.
*Raj. inſ. p.* 120. *n.* 6. nomine Petiueri.
Habitat frequens Upſaliæ

DESCR. *Alæ* omnes ſupra fulvæ: maculis punctiformibus, multis, diſtinctis, nigris. *Alæ majores ſubtus* luteæ multis maculis ſ. punctis nigris; verſus apices notatæ punctis 7 argenteis, quorum tria majora ſunt. *Alæ ſecundariæ* ſubtus habent maculas argenteas plures: quarum 19 majores, 11 vero minores, ſeu potius puncta ſunt; nam verſus marginem poſteriorem ſeptem maculæ argenteæ ſubovatæ; intra has ſeptem puncta argentea; verſus marginem interiorem alæ, duæ lineæ argenteæ; præter has in diſco ſeptem maculæ majores argenteæ, exceptis minoribus reliquis.

1069. PAPILIO *Euphroſyne* alis rotundatis dentatis fulvis nigromaculatis: ſubtus maculis 9 argenteis. *Fn.* 782.
*Pet. muſ. p.* 35. *n.* 322. Papilio fritillarius maculatus præcox.
*Raj. inſ.* 120. *n.* 7. Papilio fritillarius major (rectius minor) alis fulvis ſuperne maculis nigris teſſellatis.
Habitat in pratis minus frequens.

*DESCR.* Inter eos, qui argenteis punctis gaudent, hic certe minimus eſt. *Alæ* luteæ, ſubtus nigro-undulatæ, ſupra nigro-reticulatæ; *Poſticæ* alæ in margine habent 7 maculas albas ſubrotundas, æquales; in medio diſci ſubtus macula una argentea, reliquis major, oblonga, utrinque obtuſa, collocata in faſcia pallidiore; nona demum macula in eodem latere verſus baſin alæ reperitur argentea.

### §. §. § §. §. *PLEBEJI.*

1070. PAPILIO *Betulæ* alis ſubcaudatis fuſcis: primoribus macula reniformi fulva; ſubtus luteis faſcia fulva.
Papilio hexapus, alis ſecundariis angulato-dentatis: ſubtus flavo alboque flammeis. *Fn.* 792.
*Hoffn. inſ. t.* 12. *f.* 1.
*Pet. gaz. p.* 18. *t.* 11. *f.* 10. Papilio minor fuſcus, duplici linea inferne præditus. (Mas.)
*f.* 11. Papilio minor fuſcus: campo aureo, linea gemina ſubtus ornatus. (Fæmina.)

*Raj.*

*Raj. inſ. p.* 120. *n.* 10. Papilio minor, alis exterioribus nigricantibus, macula in medio lata arcuata fulva.
Habitat in *Betula*; præſertim in Smolandia obvius.
DESCR. *Alæ ſubtus* notatæ faſcia poſtice attenuata linea alba incuſa.

1071. PAPILIO *Pruni* alis ſubcaudatis ſupra fuſcis; ſubtus faſcia marginali fulva utrinque nigro punctata.
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 10.
*Raj. inſ.* 130. *n.* 9?
Habitat in *Pruno.*
DESCR. *Alæ* omnes ſupra fuſcæ; *Poſticæ* caudatæ & ante caudam maculis 2. ſ. 3. ferrugineis lunatis. *Subtus* omnes obſcure cinereæ: linea transverſa. *Secundariæ* intra marginem poſticum faſcia fulva, utroque margine nigro punctata.

1072. PAPILIO *Quercus* alis ſubcaudatis ſupra cæruleis; ſubtus cinereis linea alba punctoque ani gemino fulvo.
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 9.
*Raj. inſ.* 129. *n.* 8.
Habitat in *Quercu Robore.*
DESCR. *Alæ* omnes *ſupra* fuſcæ diſco cæruleſcente. *Subtus* omnes caneſcentes: linea transverſa repanda alba; poſterius caudatæ & ante caudam ocello gemino fulvo: pupilla nigra.

1073. PAPILIO *Arion* alis ecaudatis: ſupra fuſcis diſco cæruleo maculisque atris; ſubtus canis punctis ocellaribus.
Habitat apud nos rariſſime.
DESCR. Facies P. Argi, ſed duplo major. *Alæ ſupra* fuſcæ diſco cæruleo. *Primores ſupra* in diſco punctis nigris, ſeptem, confertis. *Subtus* omnes cineraſcentes, baſi vireſcentes & poſtice duplici ordine punctorum nigrorum; inſuper puncta nigra ocellaria, iride alba, 7 in primoribus, 10 in ſecundariis, præter lunulam nigram.

1074. PAPILIO *Argus* alis caudatis cæruleis: poſticis ſubtus limbo ferrugineo: ocellis cæruleo-argenteis.
Papilio hexapus: alis rotundatis integerrimis cæruleis: ſubtus ocellis numeroſis. *Fn.* 803.
*Hoffn. inſ.* 1. *t.* 4.
*Mouff. lat. p.* 105. *f. ult. duæ & p.* 106. *f.* 1. Papilio diurnarum minima quarta.
*Jonſt. inſ. t.* 6. *f. penult.*
*Merr pin.* 144. Papilio alis oculatis cyaneum cœleſtem ſpirantibus.
*Mer. europ.* 153.
*Rob. ic. t.* 17.
*Pet. muſ. p.* 34 *n.* 318. Papiliunculus cæruleus, ocellis pluri-

plurimis ſubtus eleganter adſperſus.

*gaz. p.* 55. *t.* 35. *f.* 1. Papiliunculus cæruleus vulgatiſſimus.

*Raj. inſ. p.* 31. *n.* 11. Papilio parva, alis ſuperne purpuro-cæruleis, ſubtus cinereis: maculis nigris circulo purpuraſcente cinctis, punctisque nigris pulchre depictis.

*De Geer. inſ. t.* 4. *f.* 14, 15.

Habitat in *Rhamno.*

*DESCR. Alæ* ſupra cæruleæ, ſubtus ocellis numeroſis nigris, & in alis ſecundariis ſubtus maculis marginalibus fulvis confertis in faſciam pupillis cæruleo-argentatis.

1075. PAPILIO *Idas* alis ecaudatis cæruleis: poſticis faſcia terminali rufa ocellari: ſubtus pupillis cæruleo-argenteis.

Papilio hexapus, alis rotundatis integerrimis nigro fuſcis: ſubtus ocellis numeroſis. *Fn.* 804, 805.

*Raj. inſ.* 131 *n.* 12. Papilo parva, alis ſupinis pullis cum linea ſ. ordine macularum lutearum ad imum marginem.

Habitat in *Ericetis.*

*DESCR.* Facies, magnitudo & color omnino præcedentis, a quo differt alarum lateris ſuperioris colore, qui non, ut in illo, cæruleus, ſed omnino nigro-fuſcus; *Alæ ſecundariæ* poſtice *ſupra* faſcia obſoleta ex ocellis ferrugineis pupilla nigra. *Subtus* omnes alæ ſimiles præcedenti, ſed pallidiores & faſcia albida ante poſticam ruffam ex ocellis cæruleo argenteis. An ſolo ſexu a priori diverſus?

1076. PAPILIO *argiolus* alis ecaudatis ſupra cæruleis margine nigris, ſubtus cæruleſcentibus punctis nigris diverſis.

Habitat in Ericetis.

*DESCR.* Statura duorum præcedentium. *Alæ* omnes ſupra cæruleæ limbo nigro; omnes *ſubtus* cano cæruleſcentes abſque ocellis; *Primores* poſtice ordine e punctis 5, oblongiuſculis, nigris, minutis; *Secundariæ* punctis nigris, parvis, decem, ſparſis.

1077. PAPILIO *Rubi* alis dentato-ſubcaudatis: ſupra fuſcis, ſubtus viridibus.

Papilio hexapus, alis rotundatis integerrimis: ſubtus viridibus immaculatis. *Fn.* 806.

*It. œl.* 7. Papilio argo ſimilis, alis immaculatis ſupra cyaneis.

*Pet. gaz. p.* 6. *t.* 2. *f.* 11. Papilio minor: ſuperne fuſcus, inferne viridis.

Habitat in *Rubo* aculeato.

*DESCR. Corpus* cinereum. *Antennæ & Pedes* nigri annulis numeroſis albis. *Alæ* ſupra fuſco-nigricantes, ſubtus virides; in *alis ſecundariis*, juxta marginem ſuperiorem, punctum album. *Oculi* ante & poſtice lineola alba notati. Magnitudo argi.

1078. PAPILIO *Phlæas* alis ſubangulatis fulvis nigro punctatis, ſubtus albo marginatis; ſecundariis caneſcentibus

Papilio hexapus; alis rotundatis fulvis: utrinque punctis nigris. *Fn.* 807.

*Merian. gall. t.* 164.

*Pet. muſ. p* 34. *n.* 317. Papilio minor aureus ex nigro permaculatus.

*Raj. inſ.* 125. *n.* 20. Papilio parva, alis exterioribus circa margines nigricantibus, media parte rufis, ſerici inſtar ſplendentibus, maculis longis nigris pictis.

Habitat in pratis *Weſtmanniæ.*

DESCR. *Corpus* ſequenti minus. *Alæ primores* ſupra fulvæ margine nigro, diſco punctis nigris paſſim confluentibus. *Subtus* diſco luteæ, punctis nigris annulo albo cinctis. *Secundariæ ſupra* fuſcæ; poſtice faſcia fulva poſterius dentata; *Subtus* caneſcentes punctis parvis, fuſcis; poſtice faſcia lineari rubra. Ad angulum ani alæ poſticæ emarginatæ ſunt, omnino ut in ſequente.

1079. PAPILIO *Virgaureæ* alis ſubangulatis fulvis margine fuſco: ſubtus punctis nigris ſecundariisque aliquot albis.

Papilio hexapus; alis rotundatis fulvis: infra albo punctatis. *Fn.* 808.

*Pet. gaz.* 22. *t.* 14. *f.* 3. Phalæna minor noſtras fulva, alis limbo nigro inſignitis?

Habitat cum præcedente in pratis *Weſtmanniæ.*

DESCR. Figura *Petiveri* quadrat, ni antennæ differrent. Facies & magnitudo omnino præcedentis, ſed Alæ ſupra fulvæ ſ. ignei coloris, nitidæ, immaculatæ, margine tantum nigro. *Alæ primores* ſubtus aliquot nigris punctis notatæ, quorum duo in medio coalita ſunt. *Alæ ſecundariæ* ſubtus magis griſeæ, punctis nigris & aliquot majoribus albis; ad marginem poſteriorem verſus anum alæ denticulatæ ſunt, & maculis ſemicircularibus fulvis notatæ. *Mas* ſupra maculis caret nigris. *Femina* vero copioſiſſimis adſperſa eſt.

1080. PAPILIO *Comma* alis integerrimis divaricatis fulvis: punctis albis, lineaque nigra. *Fn.* 793.

*Act. upſ.* 1736 *p.* 23. *n.* 33. Papilio alis erectis ovatis integerrimis teſtaceo-griſeis, teſſerulis albis linea nigra ſub ſuperioribus.

Habitat in Pratis.

DESCR. *Alæ primores* concolores, flavæ, apice fuſceſcentes maculis pallidis: litura nigra linearis margine nuda ſubargentea in medio paginæ ſuperioris. *Secundariæ ſupra* flavæ, pallidius maculatæ margine fuſceſcentes. *Subtus* griſeæ maculis albidis, quadratis.

1081. PAPILIO *Malvæ* alis denticulatis divaricatis nigris albopunctatis. *Fn.* 794.

*Hoffn. inſ.* 4. *t.* 2 *f. alt.* *Pet.*

*Pet. muſ.* 35. *n.* 325. Papiliunculus fuſcus punctis plurimis albicantibus.

*gaz.* 56. *t.* 36. *f.* 6. Papilio fuſcus &c.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 34 Papilio alis erectis obtuſis dentatis nigris: punctis albis teſſelatis.

*It. œland* 3. Papilio hexapus, alis divaricatis denticulatis nigris albo-punctatis.

Habitat primo vere in Pratis.

*DESCR.* Magnitudo Argi. *Corpus* totum & alæ ſupra nigro fuſcæ; *Alæ* maculis parvis ſeu punctis quadratis, albis, numeroſis adſperſæ ſunt a parte exteriori, margine quaſi dentato, interjacentibus maculis albis. *Corpus* & Alæ ſubtus griſeo-cinereæ; alæ ipſæ ſubtus maculis albis difformibus inæqualis magnitudinis. *Antennæ* clavatæ, ſupra fuſcæ, ſubtus albidæ, annulis minimis albis. Alæ erectæ non ſunt, ſed divaricatæ, fere uti Phalænæ quercifoliæ.

1082. PAPILIO *Tages* alis ſubdenticulatis divaricatis fuſcis obſolete albo punctatis.

Habitat in Pratis rarius.

*DESCR.* Parvus præcedentis magnitudine. *Caput* piloſum. *Alæ* fuſcæ, utrinque adſperſæ punctis albidis obſoletis.

## Sphinx.

1083. SPHINX *ocellata* alis angulatis; poſticis ocellatis.

*Raj. inſ.* 148. *n.* 2. Phalæna major, corpore craſſo, alis amplis: interioribus macula ophthalmoide.

*Raj. inſ.* 149. *n.* 3. Phalæna magna cinereo dilute rubente & nigro coloribus varia, cum maculis oculos referentibus in interioribus alis.

*Uddm diſ.* 58. *f.* 11. Phalæna ſubulicornis elinguis, alis planiuſculis cinereis, maculis fuſcis, inferioribus ocello nigro iride cæcia, pupilla nigro-cærulea

Habitat in *Spiræa*, *Salice*.

*DESCR.* *Thorax* cinereus dorſo macula fuſco-ferruginea. *Alæ ſuperiores* nebuloſæ, margine poſtico ſubfuſcæ; ſubtus verſus baſin rubræ. *Inferiores* ſupra rubræ; ocello cæruleo iride nigra verſus angulum ani. *Antennæ* albæ.

1084. SPHINX *Populi* alis dentatis reverſis: poſticis baſi ferrugineis; anticis puncto albo.

Phalæna priſmicornis ſpirilinguis, alis planiuſculis eroſis griſeis; antennis albis. *Fn.* 810.

*De Geer. inſ.* 1. *t.* 8. *f.* 5.

Habitat in *Populo*, *Salice rubra*.

DESCR.

DESCR. *Alæ* omnes cinereæ, poſtice dentatæ. *Superiores* faſciis obſcurioribus & puncto albo in medio. *Inferiores* ſupra ad baſin ferrugineæ.

1085. SPHINX *Tiliæ* alis angulatis vireſcenti-nebuloſis ſaturatius ſubfaſciatis; poſticis ſupra luteo teſtaceis.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 2.
Habitat in *Tilia.*

DESCR. *Corpus* & *Alæ ſuperiores* ſupra vireſcentes, in medio faſcia ſ. maculis duabus obſcurioribus; hæ alæ poſtice repandæ ſ. trilobæ. Alæ *Poſticæ* ſupra luteo-teſtaceæ angulo ani obſcuriore. Margo poſticus omnium alarum, tam ſupra quam ſubtus, ferrugineus.

1086. SPHINX *Euphorbiæ* alis integris fuſcis: vitta ſuperioribus flava, inferioribus rubra.
Phalæna larvæ Sphingis caudæ corniculo ſcabro. *Fn.* 1356.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 8. *f.* 6-11.
*Uddm. diſſ.* 57. Phalæna priſmicornis ſpirilinguis, alis planiuſculis fuſcis: faſcia longitudinali albida.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 11.
Habitat in *Euphorbia*, *Galio.*

DESCR. *Alæ ſuperiores* ſubgriſeæ, area longitudinali inæquali pallida ſ. flaveſcente; margine poſtico rufeſcentes. Alæ *Poſticæ* ſanguineæ, baſi atræ & faſcia lineari atra ante marginem poſticum. Subtus Alæ omnes ſanguineæ cum macula nigra in diſco primorum. *Antennæ* albæ.

1087. SPHINX *Liguſtri* alis poſticis incarnatis faſciis nigris, abdomine rubro: cingulis nigris.
Phalæna priſmicornis ſpirilinguis fuſca; alis inferioribus abdomineque faſciis transverſis rubris. *Fn.* 809.
*Mouff. lat. p.* 91. *f.* 2. & *p.* 182. *f.* 1. Eruca glabra viridium nobiliſſima.
*Jonſt. inſ. t.* 19. *n.* 1. 2. Eruca viridis Liguſtrina.
*Jacob. muſ. dan.* 1. *f.* 5. *n.* 24. *t.* 1. *f.* 24. *exterior.* Eruca glabra & cornuta prima.
*Jung. verm.* 108. Eruca virgata ſ. calcariſata.
*Swam. bibl. t.* 29 *f.* 1. 2. 3.
*Merian. europ.* 3. *p.* 54. *t.* 23. *gallic. t.* 124.
*Alb. inſ. t. VII.*
*Gœd. belg.* 1. *p.* 93. *f.* 24. (Papilio. non larva)
*Liſt. gœd. p.* 71. *t.* (Papilio. non larva.)
*Reaum. gall.* 2. *t.* 20. *f.* 1. 2. 3. 4. Sphinx.
*Raj. inſ.* 144. *n.* 1. Phalæna maxima cauda, alis anguſtis longis acutis, abdomine roſeo: ſex ſeptemve areolis transverſis nigris.
*p.* 362. *n.* 62. Eruca glabra maxima, viridium nobiliſſima mouffeto.

De

*De Geer. inſ.* 1. *t. f.* 6.
Habitat in *Liguſtro*, *Syringa*, *Fraxino*, *Lonicera*, *Salice.*
*Larva* XVIpus, glabra, cauda cornuta.
*DESCR. Thorax* ſupra niger. *Alæ ſuperiores* fuliginoſæ. Plaga alba a roſtro per latera thoracis & marginem exteriorem alarum albida; ſtriæ plures nigræ; apex alæ litura alba; margo poſticus albo-undatus. *Inferiores* ſubincarnatæ faſciis duabus nigris. Latera *abdominis* rubra faſciis nigris præter lineam dorſalem & tres ventrales nigras. *Antennæ* albæ.

1088. SPHINX *Pinaſtri* alis integris canis: ſuperioribus lineolis tribus quatuorve nigris ſparſis, abdomine caneſcente cincto.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 10. *f.* 1, 2, 3.
*Gadd. diſſ.* 28. Phalæna fuſco-cinerea ſubulicornis, thorace hirſuto griſeo: lineis duabus nigris longitudinalibus.
Habitat in *Pino.*
*DESCR. Corpus* canum. *Thoracis* latera linea nigra. *Abdomen* canum lateribus cinctum cingulis albis nigriſque alternis. *Alæ ſuperiores* canæ; notatæ in medio lineolis tribus nigris confertis; præterea litura nigra ad baſin & apicem. *Alæ inferiores* ſupra & omnes ſubtus cinereæ; margo alarum poſticus albus, fuſco interruptus.

1089. SPHINX *Elpenor* alis integris vireſcente-purpureoque variis: poſticis baſi atris.
Phalæna priſmicornis ſpirilinguis, alis viridi fulvo purpureoque variis. *Fn.* 811.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 9. *f.* 8, 9.
*Friſch. inſ.* 12. *t.* 1.
Habitat in *Epilobio anguſtifolio*, *Impatiente Nolitangere.*
*DESCR.* Simillima ſequenti, at huic *Corpus* duplo majus. Lineæ *Thoracis* 4 longitudinales, rubræ, arcuatæ. *Abdominis* dorſum linea longitudinali rubra. Punctum niveum in medio alæ ſuperioris, cui etiam margo interior albus.

1090. SPHINX *Porcellus* alis integris flavicante purpureoque variis; poſticis baſi fuſcis.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 1. *t.* 5.
Habitat in *Epilobio*, *Impatiente* ut prior, ſed hujus Larva corniculo caret.
*DESCR.* Differentia in Præcedenti data eſt. Huic margo exterior alarum ſuperiorum rubro pictus.

1091. SPHINX *Stellatarum* abdomine barbato: lateribus albo nigroque variis, alis poſticis ferrugineis.
*Raj. inſ.* 133. Papilio velociſſima, alis brevibus, corpore craſſo, inter volandum ſtridorem edens.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 12. *f.* 5, 6.

Ha-

Habitat in *Galio*; volitando lingua nectar florum haurit citatiſſima.

*DESCR.* Magnitudo Bombylii. *Corpus* nigrum: *Latera* abdominis barbata: barba atra apice alba. *Anus* barba nigra, faſtigiata. *Alæ ſuperiores* fuſco-cinereæ; ſtriga una alterave nigra; *Inferiores* ferrugineæ. *Antennæ* albæ.

1092. SPHINX *fuciformis* abdomine barbato nigro: faſcia flaveſcente, alis hyalinis margine nigro.
*Roeſ. inſ.* 3. *t.* 38. & 4. *t.* 34. *f.* 1-4.
Habitat in *Lonicera.*

*DESCR.* Magnitudo Bombylii. *Corpus* griſeum. *Abdomen* cingulo nigro; barba laterali pone cingulum albida. *Anus* barba nigra. *Antennæ* nigræ.

1093. SPHINX *apiformis* abdomine flavo inciſurarum marginibus atris, thorace nigro maculis duabus flavis.
Papilio ſubulicornis elinguis, alis lanceolatis albis: venis nigris. *Fn.* 813.
Papilio apiformis, abdomine aureo. *Act. upſ.* 1736. *p.* 26. *n.* 81.
Habitat in Lucis paſſim.

*DESCR.* Magnitudo & facies Apis ſ. Veſpæ. *Alæ* hyalinæ venis luteſcentibus ſ. fuſcis, margine poſtico nigræ. *Antennæ* nigræ, ſubtus albæ. *Abdomen* luteum ſegmentorum, excepto primo & quarto, quæ tota nigra, marginibus nigris. *Thorax* niger maculis lateralibus flavis. *Pedes* ſpinoſi.

1094. SPHINX *culiciformis* abdomine barbato: cingulo fulvo, alis hyalinis margine faſciaque nigris.
Phalæna pectinicornis alis ſublinearibus fuſcis. *Fn.* 817.
Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* Facies & magnitudo Apis. *Antennæ* nigræ, breves, pectinatæ. *Corpus* fuſcum. *Abdominis* ſegmentum 4 fulvum; a lateribus litura fulva. Baſis Alarum & Palpi fulvi. *Litura* nivea ante eſt poſt oculos.

1095. SPHINX *veſpiformis* abdomine barbato nigro: inciſuris tribus poſterioribus margine flavis, capite annulo flavo.
Habitat in Lucis.

*DESCR.* Magnitudo ſequentis, ſed duplo major. *Corpus* totum nigrum, ſed abdominis tria ſegmenta poſteriora margine flava. *Alæ* ſequentis, ſed macula flaveſcente. *Caput* annulo luteo cinctum.

1096. SPHINX *tipuliformis* abdomine barbato nigro: inciſuris alternis margine flavis.
Habitat in Lucis & Hortis.

*DESCR.* Magnitudo Culicis pipientis. *Thorax* ſubtus luteus & ſupra, ante

ante alas, linea lutea. *Alæ* hyalinæ venis apice & faſcia nigris. *Corpus* nigrum; at *Abdominis* ſegmenta alterna margine flava: ultimo annulo flavo ſæpe duplici.

1097. SPHINX *Filipendulæ* alis ſuperioribus cyaneis: punctis ſex rubris; inferioribus rubris immaculatis.
Phalæna ſubulicornis ſpirilinguis; alis ſuperioribus ſubcæruleis: punctis ſex rubris; inferioribus omnino rubris.
*Mouff. angl. p.* 966.
*lat. p.* 97. *f. infim.* Phalæna pratenſis 1.
*Jonſt. inſ. t.* 7. *ord.* 3. Phalæna minima pratenſis 1.
*t.* 6. *Papil. tab.* 9. *aldr. n.* 7.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 126. *t.* 31. *f.* 1. 3. 4. Rara.
*Liſt. goed. p.* 100. *f.* 37.
*Mer. eur.* 2. *p.* 27. *t.* 17. *gallic. t.* 67.
*Alb. inſ. t.* 82. *f. C. D.* Leopardus ſylveſtris.
*Reaum gall.* 1. *t.* 12. *f.* 14. 15. 16. 17.
2. *t.* 2. *f.* 2.
*Petiv. muſ. p.* 36. *n.* 330. Papilionoides vireſcens, maculis quinque miniatis ornatus.
*Raj. inſ.* 134. *n.* 2. Papilio pratenſis, alis pendulis, minor, corpore craſſo nigro, alis externis ex cæruleo nigricantibus cum maculis ſanguineis.
*Merr. pin.* 198. Papilio minor cum alis externis nigris quinque maculis, internis rubris.
*Vulgo* Leopardus.
Habitat in *Filipendula*, volitans de die, licet tarde.

DESCR. *Puppa* intra folliculum membranaceum flavum latitat.
*Sphinx mas* gaudet maculis ſex rubris in ala exteriore;
*fæmina* vero maculis quinque, connatis ſcilicet duabus baſeos.
DESCR. *Corpus* & artus nigra, veſtita lana nigra. *Antennæ* antrorſum adſcendentes, verſus ſummitatem ſenſim latiores (non tamen clavatæ), ad apicem attenuatæ ac depreſſæ. *Alæ ſuperiores* ex viridi-cæruleo nitentes: punctorum tribus paribus ovatis coccineis. *Alæ inferiores* coccineæ margine cæruleo nitido.

1098. SPHINX *Statices* viridi-cærulea, alis inferioribus fuſcis.
Phalæna pectinicornis ſpirilinguis viridi-cærulea nitens, alis inferioribus fuſcis. *Fn.* 838. *It. W.goth.* 27.
*Raj. inſ.* 134. *n.* 3. Papilio parva, alis pendulis.
Habitat in campis ubi *Statice Armeria* frequens, uti Upſaliæ ad Lilieholmen.

DESCR. *Corpus* magnitudine majoris Tabani, viridi-cæruleum, nitens. *Alæ ſuperiores* ſubtus & *inferiores* utrinque fuſcæ. *Antennæ* in mare pectinatæ.

1099.

# PHALÆNA.

1099. PHALÆNA BOMBYX *pavonia* elinguis, alis patentibus rotundatis griſeo nebuloſis: ocello nictitante ſubfeneſtrato

Phalæna pectinicornis elinguis, alis planiuſculis cinereis: ſingulis ocello faſciaque fuſca. *Fn.* 835.

*Jonſt. inſ. t.* 8. *f.* 7.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 49. *f.* 7.

*Mouff. lat.* 20. Phalæna tertia.

*Raj. inſ.* 146. Phalæna major pulchra, maculis ophthalmoidibus in ſingulis alis ſingulis.

147. Eruca viridis rarius piloſa, fulvis ſ. rubentibus in medio annulis, geranicola. Mouffet 180.

*Pet. gaz.* 53. *t.* 33. *f.* 12. Phalæna nigreſcens, maculis majoribus, ſubtus flaveſcens.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 19. *f.* 7. 8.

Habitat in *Roſa*, *Rubo*, *Malo*.

DESCR. *Corpus* craſſiuſculum. *Antennæ* pectinatæ lanceolatæ, cinereæ, latæ, radiis duplicatis. *Alæ* omnes luteo ferrugineoque variæ: ſingulæ utrinque in medio ocello magno nigro cum annulo griſeo, eique inducta lineola alba. Infra ocellos faſcia griſeo fuſca linearis undulata verſus marginem poſticum.

1100. PH. BOMBYX *Tau* elinguis, alis patulis teſtaceis: ocello ſubviolaceo, pupilla haſtata alba.

*Uddm. diſſ.* 61. Phalæna alis ſupra flavis: ocellis cæruleis, pupilla alba angulata.

*Act. ſtockh.* 1749. *p.* 130. *t.* 4. *f.* 8.

Habitat in *Betula*.

DESCR. Inter noſtrates maximas numeranda. *Thorax* craſſus, hirſutus. *Antennæ* ferrugineæ, breves, parum pectinatæ. *Alæ* griſeæ ſ. teſtaceæ, inque earum medio ocellus majuſculus niger pupilla T album referente; *inferiores ſubtus* nebuloſæ: Faſcia ferruginea & poſterius linea transverſali curva albida.

1101. PH. BOMBYX *Populi* elinguis fuſca, fronte pallida, alis reverſis immaculatis fuſceſcentibus: ſtriga ſeſquialtera albido-repanda.

*Roeſ. inſ.* 2. *phal.* 2. *t.* 60.

Habitat in *Populo*, *Corylo*, Pomiferis.

DESCR. Hæc vix Tabano major, hirſutiſſima, tota fuſca. *Thorax* antice exalbidus, unde quaſi fronte exalbida eſt. *Alæ ſuperiores* concolores: ſtriga albida, repanda, valde flexuoſa verſus poſteriora, & alia minuta transverſa ad ipſam baſin alæ. *Inferiores* concolores, etiam fuſcæ faſcia albida; Alarum margo poſticus ciliaris in omnibus albo punctatus.

1102. PH. BOMBYX *Neuſtria* alis reverſis luteſcentibus: faſciis duabus albidioribus; ſubtus unica. *Fn.* 825. *Syſt. nat.* 10. *p.* 500. *n.* 19.
*Goed. belg.* 1. *p.* 36. *t.* 10.
*Liſt. goed.* 204. *t.* 89. Bibax.
*Mouff. lat.* 188. Neuſtria major.
*Blank. belg.* 48. *t.* 8. *f.* *J. M.*
*Reaum gall.* 2. *t.* 4. *f.* 1-11.
β Bombyx elinguis alis reverſis griſeis, ſtrigis duabus pallidis; ſubtus unica. *Fn.* 824. & 831. *Syſt. nat.* 10. *p.* 500. *n.* 20.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 13. *f.* 4-6.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 8.
Habitat in Arboribus & campis polyphaga, victitans *Salice*, *Piloſella*, *Jacea*, *Alchemilla*, *Euphorbia*, gregaria ſub tentorio. Ova ponit confertiſſime copioſiſſima circum ramulos arborum inſtar annuli; nobis vulgatiſſima *It. oel.* 62.
*DESCR.* Duplex eſt varietas, utraque ejusdem ſpeciei, ut ex iis, qui metamorphoſin examinarunt, n. De Geereo, Schrebero, Filio. *Prior* eſt Alis griſeis, faſciis duabus obliquis flavis. *Poſterior* eſt Alis flavis: faſcia lata ſubgriſea in medio, & alia anguſta ad baſin & ante marginem poſticum.

1103. PH. BOMBYX *Rubi* elinguis, alis reverſis cervinis immaculatis: ſtrigis duabus albidis; ſubtus nullis.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis cinereis: exterioribus lineis binis oblique transverſis albidis. *Fn.* 830.
*Roeſ. inſ. app.* *t.* 49.
Habitat in *Rubo.*
*DESCR.* Majoribus adnumeranda. *Corpus* totum cervini coloris; in aliis magis ſubgriſeus. *Alas* oblique ſecant lineæ albidæ duæ, & poſtice in alis ſuperioribus eſt obſoleta lineola obſcurior valde repanda & flexuoſa.

1104. PH. BOMBYX *Pini* elinguis, alis reverſis griſeis: ſtrigis duabus cinereis punctoque albo triangulo.
*Uddm. diſſ.* 60. Phalæna *Pithyocampus* pectinicornis elinguis ferrugineo-cinerea, alis depresſis puncto cordato albo.
*Friſch. germ.* 10. *t.* 10.
Habitat in *Pini Sylveſtris.* foliis.
*DESCR.* Hæc e maximis noſtratibus hujus phalangis. *Corpus* griſeum. *Alæ ſuperiores* faſciis duabus paullo magis cineraſcentibus, quarum prior in medio alæ, poſterior alam terminat; utraque margine obſcuriore valde flexuoſo diſtincta. Ante priorem aream in ala ſuperiore punctum niveum, cordatum ſ. triangulare.

1105. PH. BOMBYX *laneſtris* elinguis, alis reverſis ferrugineis: ſtriga alba; ſuperioribus puncto baſique albis.

*Roeſ.*

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 62.
Habitat in *Tilia*, *Pruno ſpinoſa*, *Salice*.

*DESCR.* *Corpus* griſeum ſ. cervinum. *Alæ primores* ſtriga alba poſtice ſubdentata; Puncto albo in medio alæ verſus marginem inferiorem; macula alba ad baſin alæ. *Inferiores* alæ ſtriga albida & margine reverſo niveo. *Anus* lanatus, albidus. *Sexus* alter macula baſeos & faſciis alarum flavis gaudet.

1106. PH. BOMBYX *Quercus* elinguis, alis reverſis ferrugineis: ſtriga flava punctoque albo.
*Uddm. diſſ.* 59 Phalæna pectinicornis elinguis, alis fulvis: faſcia flava punctoque albo.
*Goed. belg.* 1. *t.* 7.
*Raj inſ.* 142 *n.* 2. Phalæna maxima fulva, alarum exteriorum ſuperiore medietate intenſius colorata.
Habitat in *Quercu*.

*DESCR.* Magnitudine ad majores accedit. *Color* aliis pallide ferrugineus, aliis obſcure ferrugineus. *Alæ* omnes utrinque faſcia arcuata flava; Punctum album in medio alæ; litura flava ad baſin alarum ſuperiorum. *Corpus* ſubtus pallide flavum.

1107. PH. BOMBYX *dumi* elinguis, alis reverſis fuſceſcentibus; ſuperioribus puncto faſcia margineque poſtico luteis.
Habitat in Sylvis rarius. Dan. Theel.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis. *Corpus* luteum. *Alæ* omnes ſupra fuſcæ: faſcia flexuoſa lutea, antice repanda. *Superiores* puncto ſubtrigono luteo ante faſciam. Margo poſticus omnibus luteus. Omnes alæ *ſubtus* luteæ.

1108. PH. BOMBYX *Catax* elinguis, alis reverſis flavis unicoloribus: puncto albo. *Syſt. nat.* 10. *p.* 822.
Habitat in Blekingia.

*DESCR.* Magnitudo Tabani ſ. Neuſtria minor. *Tota* flava, ſed alarum margo vix manifeſte rufus. Punctum album in medio alæ ſuperioris. Margo reverſus alæ inferioris albus.

1109. PH. BOMBYX *ilicifolia* elinguis, alis reverſis ſemitectis ſerratis griſeis: margine poſtico albo variegato.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 14. *f.* 7-9.
Habitat in *Salice*.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis, ſtatura ſequentis, ſed quadruplo minor. *Color* griſeo varius. Inter dentes omnium alarum margo albus eſt.

1110. PH. BOMBYX *quercifolia* elinguis, alis reverſis ſemitectis dentatis ferrugineis: margine dentium nigro.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 23.

 *Friſch.*

*Friſch. germ.* 3. *t.* 1. *f.* 3.
Habitat in *Salice*, *Pruno ſpinoſa*, *Gramine*.

*DESCR.* Structura præcedentis. *Antennæ* nigricantes, thorace breviores. *Alæ* ferrugineæ ſtrigis 3 ſ. 4, nigris, undularis. *Subtus* alæ inferiores obſcure ferrugineæ: ſtriga nigra transverſa.

1111. PH. BOMBYX *verſicolor* elinguis, alis reverſis griſeis: ſtrigis nigro albis, fronte alba.
*Gadd. ſatag.* 82. Phalæna alis lineis albis & nigris undulatis.
*Roeſ. inſ. app.* 39. *f.* 3.
Habitat apud nos rarius. *D. D. Wahlbom.*

*DESCR.* Ad majores accedit ſpecioſiſſima. *Corpus* griſeum, villoſum. *Antennæ* nigræ. *Thorax* ferrugineus, antice albus, albedine linea nigra terminata. *Alæ* omnes ferrugineæ, at ſupra magis griſeæ. *Superiores* faſcia lineari, nigra, antice alba, transverſa, verſus baſin; altera faſcia poſteriore, flexuoſa, alba, antice nigra; maculæ tres albæ ad angulum poſticum, & ad marginem anguli ani. *Inferiores* alæ ſubtus luteæ ſtrigis duabus nigris punctoque nigro intermedio; macula alba diaphana ad angulum exteriorem alæ.

1112. PH. BOMBYX *Vinula* elinguis albida nigro-punctata, alis ſubreverſis fuſco venoſis ſtriatisque.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis albidis diaphanis: vaſis obſcuris. *Fn.* 819.
*Mouff. lat. p.* 183. *f.* 10. Vinula.
*Aldr. inſ. p.* 268. *f.* 1. 3. 6. 7. 8.
*Merr. europ.* 3. *p.* 59. *t.* 39. *gallice, t.* 140.
*Gæd. belg.* 3. *p.* 4. *t.* C.
1. *p.* 121. *t.* 65.
2. *p.* 158. *t.* 37.
*Liſt. gæd. p.* 59. *t.* 20. *n.* 6. *c.*
*Alb. inſ. t.* 11. *f.* 15.
*Friſch germ.* 6. *p.* 18. *t.* 8. Eruca cauda furcata.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 21.
*Raj. inſ.* 153. *n.* 5. Phalæna major pulcherrima, alis amplis: exterioribus cinereis maculis & lineis nigris eleganter depictis.
*n.* 3. Eruca bicauda elegantiſſima, Vinula dicta.
Habitat in *Salice*, *Quercu*. *Populo*, præſertim *nigra*.

*Larva* e propria veſicula exſpuit liquorem laceſſita longiſſime; caput intra thoracem quadrangulum retrahere poteſt.
*DESCR.* *Thorax* albus punctis plurimis nigris. *Abdominis* dorſum linea e maculis quadratis albis nigro incluſis. *Alæ* cinereo-exalbidæ venis obſcurioribus & ſtrigis obſoletis undatis; baſi vero punctis nigris & flavis adſperſæ.

1113. PH. BOMBYX? *Fagi* elinguis, alis reverſis rufo-cinereis: faſciis linearibus duabus luteis flexuoſis.
*Uddm. diſſ.* 61.
*Act. holm.* 1749. *p.* 132. *t.* 4. *f.* 10-14.
*Mouff. inſ.* 198.
Habitat in *Fago*; rarius in Suecia auſtrali.
*Antennæ* viſæ ſunt Noctuæ in Speciminibus lectis, forte feminis, tamen ob habitum eam inter Bombyces retuli, done certiora innoteſcant de inſecto, niſi fugitivis oculis, a me non viſo.

1114. PH. BOMBYX *Coſſus* elinguis, alis deflexis nebuloſis, thorace poſtice faſcia atra.
Phalæna ſubulicornis elinguis; alis depreſſis nebuloſis, abdomine annulis albis. *Fn.* 812.
*Plin. hiſt. l.* 17. *c.* 24. Coſſus.
*Mouff. lat. p.* 196. *f.* 1. Sphondyla rubra.
*Mer. eur.* 3. *p.* 58. *t.* 36. *gallice t.* 137. & 171.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 112. *f.* 33.
*Liſt. gœd. p.* 105. *f.* 39.
*Alb. inſ. t. XXXV. f.* 56.
*Reaum. gall. VI. t.* 17. *f.* 1. 3. 4. 5.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 1. *t.* 1. Eruca terreſtris magna.
*Raj. inſ.* 150. *n.* 2. Phalæna grandis, alis cineraſcentibus: lineolis creberrimis nigricantibus variis, abdomine annulis transverſis nigris & albis verſicolore.
*p.* 351. *n.* 25. Eruca maxima ſubterranea raris pilis obſita ſupina parte tota, excepto capite, rubra, prona flava.
*Vulgo* Coſſus.
Habitat in *Ligno antiquo.*
*Larva* XVIpus pilis raris.
*Puppa* intra folliculum ſub terra; inciſuris puppæ dentatis.
DESCR. *Corpus* magnum. *Thorax* antice exalbidus, poſtice lunula atra. *Alæ* cinereæ nigro tenuiſſime undulatæ utrinque.

1115. PH. BOMBYX? *bucephala* ſubelinguis, alis deflexis cinereis apice macula ſubocellari flava.
*Raj. inſ.* 162. *n.* 14.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 4.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 13. *f.* 14-19.
Habitat in *Alno*, *Tilia.*
DESCR. Magnitudo & ſtatura Ph. Coſſi. *Thorax* craſſus, luteo-ferrugineus. *Alæ* ſuperiores cinereæ, antice ſtriga ferruginea, poſtice nigro ferruginea flexuoſa, præter terminalem. *Macula* magna, flava ad apicem alæ. *Subtus* alæ flaveſcentes; ſuperioribus margine interrupto brunneo; inferioribus faſcia ferruginea. *Antennæ* anguſtæ.

1116. PH. BOMBYX *Ziczac* ſubelinguis, alis deflexis dorſo dentatis apicibusque macula griſea ſubocellari.
*De Geer. inſ.* 2. *t.* 22. *f.* 9-16.
*Friſch. germ.* 3. *t.* 2.
Habitat in *Salice*.

*DESCR.* Statura præcedentis. *Thorax* utrinque poſtice lobum exſerens. *Alæ ſuperiores* colore fere uſtulato ſtriga transverſa brunnea & poſtice macula magna ſubviolacea margine brunneo; margo interior ad medium dorſum exſerit denticulum erectum.

1117. PH. BOMBYX *cæruleocephala* elinguis criſtata, alis deflexis griſeis: macula albida duplicato-didyma.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis griſeis: macula duplici albido-flaveſcente geminata. *Fn.* 836.
*Merian. eur. t.* 9.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 116 *t.* 61. Cæruleo-cephalus.
*Liſt. gœd.* 121. *t.* 47.
*Friſch germ.* 10. *p.* 5. *t.* 3. *f.* 4. Eruca cæruleo viridis: ſtriis luteis.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 18. *f.* 7. 8. 9.
*Raj. inſ.* 163. *n.* 17. Phalæna media habitior, alis exterioribus pullis, duabus tribusque maculis albis, e duobus circellis compoſitis contiguis notatis.
Habitat in *Pyro*, *Cratægo*, *Ceraſo*, Hortorum peſtis, flores corrumpens.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis. *Thorax* villoſiſſimus, apice dorſi penicillatus, antice terſus. *Antennæ* ferrugineæ. *Alæ ſuperiores* ſubgriſeæ faſciis duabus fuſcis repandis; inter faſcias magis nitentes, ad marginem craſſiorem duo paria macularum albidarum. *Inferiores ſupra* ſubalbidæ; *ſubtus* cineraſcentes puncto centrali nigro. Affinis Coſſo ob antennas, uti etiam Ziczac, quæ omnes gerunt antennas ſerratas lamelloſas.

1118. PH. BOMBYX *pudibunda* elinguis criſtata, alis albo-cineraſcentibus: faſciis linearibus tribus fuſcis undatis.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis cinereo undulatis: faſciis transverſis obſcurioribus, capite inter pedes porrectos. *Fn.* 828.
*Merian eur.* 47.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 33. *f.* 4. 5. 10. 11. 12.
*Gœd. belg.* 3. *p.* 33. *t.* 5.
*Liſt. gœd. p.* 191. *f.* 81.
*Raj. inſ.* 185. *n.* 7. Phalæna media cinerea, alis oblongis, exterioribus quatuor lineis nigricantibus transverſis diſtinctis.
344. *n.* 9. Eruca major pulcherrima piloſa e viridi flavi-

flavicans, quatuor in medio dorſo ſcopulis e flavo albicantibus, cum purpureo penicillo longiore ſupra caudam.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 11, 12.
Habitat in *Pruno Armeniaca*, *Malo*, *Caſtanea*, *Pyro*.
*DESCR.* Larva ſcopulis 4 in medio dorſo flavo-albentibus, & penicillo caudæ purpureo.
*DESCR.* *Corpus* albidum. *Alæ* albidæ: *Superiores* ſupra albido-cinerascentes: ſtrigis tribus nigricantibus repandis, quarum poſtica valde undulata.

1119. PH. BOMBYX *faſcelina* elinguis criſtata cinerea, alis ſuperioribus faſciis duabus anguſtis fulvo-fuſcis, ſcutello bipunctato fulvo.
Phalæna pectinicornis elinguis villoſiſſima cinerea, alis exterioribus lineolis obſoletis nigris maculaque duplici pallida. *Fn.* 819.
*Mouff. lat.* 189. Antennulata.
*Merian. eur. t.* 18. Taraxacum.
*Liſt. gœd.* 192. *t.* 80.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 84. *t.* 36. Eruca faſciculata.
*Raj. inſ.* 186. *n.* 8. Phalæna obſolete cinerea, alas corpori velut circumvolvens, pedes primores longa & denſa lanugine hirſutos antrorſum longiſſime porrigens.
334. Phalæna e cinereo albicans, corpore habitiore, antennis plumoſis rubentibus, primores pedes cum ſedet protendens & alas corpori velut circumvolvens.
344. Eruca nigra media, longis pilis hirſuta, quinque medio dorſo innaſcentibus pilorum longiorum ſcopulis nigro albo & ex luteo viridi coloribus variis.
Habitat in *Leontodonte*, *Trifolio*, *Rubo idæo*, *Populo*.
*Larva* piloſa, faſciculis quinque in dorſo, ad aures & caudam ſolitariis.
*DESCR.* *Corpus* cinereum; Faſciculi dorſales tres: uno ad apicem thoracis nigricante lateribus fulvo; duobus ſupra baſin abdominis nigris. *Alæ* ſubdeflexæ, cinereæ lineis duabus transverſis (etiam tertia ad baſin), undatis, nigricantibus, luteo adſperſis; lunula nigricans inter lineas. Pedes, præſertim anteriores villoſiſſimi: Plantæ nigræ, albo undulatæ.

1120. BOMBYX *antiqua* elinguis; alis planiuſculis: ſuperioribus lunula alba anguli ani; fæmina aptera. *Fn.* 827.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 113. *t.* 59. Antiik peregrinum.
*Liſt. gœd. p.* 191. *t.* 79. *fæmina.*
*Swam. quart.* 183. *t.* 10. *mas & fæmina.*
*Act. upſ.* 1736. *p.* 25. *n.* 74. Papilio alis depreſſis cinereo-fuſcis, antennis pectinatis.
*Mer. eur.* 84.
*Raj. inſ.* 173. *n.* 24. Phalæna cinerea ventricoſa, corpore brevi, alarum expers.

 344.

344 Eruca ſublutea piloſa, quatuor in medio dorſo agminulis ſeu penicillis pilorum longiorum luteorum, & longo pilorum nigrorum penicillo in cauda.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 19. *f.* 12. 13. 17.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 17. *f.* 13-15.
Habitat in *Pruno*, *Tilia*. Mas copula junctus defert feminam apteram ex arbore in arborem.

*DESCR. Mas* alis gaudet amplis, cinereo-nebuloſis.
*MAS antennis* fuſcis, plumoſis. *Alæ ſuperiores* ſupra flaveſcentes, fuſco-nebuloſæ; in ſingula ala verſus angulum ani macula alba lunulata: alæ hæ ſubtus luteſcentes ſ. ferrugineæ, uti & alæ inferiores utrinque. *FÆMINA* pectinicornis cinerea, alis vix manifeſtis, pallidis.
*Larva* pedibus XVI, hirſuta, faſciculis 4 dorſalibus albidis, faſtigiatis & ſcopis ad latera ſolitariis oppoſitis, ut & in cauda unica; ſcopæ loco antennarum, brachiorum & caudæ conſtant pilis apice penicilliformibus longioribus.

1121. PH. BOMBYX *Tremula* elinguis ſubcriſtata, alis ſuperioribus exuſtis margine interiore denticulo notatis, antennis ferrugineis.
*Clerck phal.* Phalæna tremula.
Habitat in *Populo*. C. Clerck.

*DESCR.* Magnitudo media. *Antennæ* parum pectinatæ, ferrugineæ, thorace duplo longiores. *Lingua* vix ulla. *Thorax* cinereus, poſtice ſubtrilobus, vix manifeſte faſciculatus. *Alæ ſuperiores* deflexæ, colore exuſto, margine utroque nigricantes; in margine tenuiore, verſus thoracem, denticulus ſubulatus pilis faſciculatis. *Inferiores* alæ albidæ. *Tibiæ* antice valde hirſutæ.

1122. PH. BOMBYX *furcula* elinguis, thorace variegato, alis griſeis baſi apiceque albis nigro punctatis.
Habitat heic rarius.

*DESCR.* Magnitudo minor. *Thorax* antice pallidus, cæterum fuſcus, luteo punctatus. *Alæ ſuperiores* baſi pallidæ punctis aliquot nigris: dein faſcia lata cinerea, quæ poſtice pallidior fuſco undata & verſus apicem purpuraſcens; tum margo poſticus alæ late albidus ſerie marginali punctorum nigrorum. *Inferiores* alæ albidæ, ſubtus puncto nigricante.

1123. PH. BOMBYX *Coryli* elinguis, alis antice griſeo-nebuloſis; poſtice cæruleſcenti-glaucis, thorace variegato, antennis flavis.
*De Geer inſ. t.* 18. *f.* 4, 5.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 58.
Habitat in *Corylo*.
*DESCR.* Magnitudo minor. *Antennæ* teſtaceæ. *Corpus* villoſum, cinereum. *Alæ ſuperiores* antice cinereæ cum puncto ocellari nigricante, in medio albo; poſtice ala cano cinerea, fuſco obſolete undata; margo poſticus ciliaris albis punctis.

1124. PH. BOMBYX *curtula* elinguis, alis deflexis glaucis: ſtriga alba apicibusque macula teſtacea.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 6.
Habitat in *Quercu*, *Populo*.
*DESCR.* Simillima PH. anaſtomoſi capite retracto & fronte brunnea. *Magnitudo* minor. *Alæ ſuperiores* pallidæ, vix rufeſcentes ſ. glaucæ; ad apicem alæ macula magna rufa; Strigæ tres alæ, quarum quæ maculam rufam antice tangit nivea. *Thoracis* tergum ferrugineum.

1125. PH. BOMBYX *anaſtomoſis* elinguis, alis griſeo-cinera-ſcentibus: ſtrigis tribus pallidis ſubanaſtomoſantibus.
*Roeſ. inſ* 1. *phal.* 2. *t.* 26.
Habitat in *Salice*.
*DESCR.* Affinis PH. Curtulæ, *Thorace* antice macula brunnea, omnino ut in illa. *Alæ ſuperiores* obſcure griſeæ ſtrigis tribus albis & faſcia obſcuriore a ſecundæ baſi ad tertiæ apicem ducta.

1126. PH. BOMBYX *Cratægi* elinguis, alis deflexis cinereis rotundatis: faſcia obſcuriore obſoletisſima, ano barbato.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 10.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 44. *f.* 20, 21.
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 1.
Habitat in *Cratægo*.
*DESCR.* *Statura* Ph. Mendicæ, parva, tota cinerea, excepta faſcia lata alarum ſubcinerea ſaturatiore.

1127. PH. BOMBYX *mendica* elinguis cinerea tota, femoribus luteis.
*Clerck phal. t.* 3. *f.* 5. Phalæna mendica.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* *Magnitudo* minor. *Antennæ* magis fuſcæ rachi alba.

1128. PH. BOMBYX *chryſorrhœa* elinguis, alis deflexis albidis, ano barbato luteo.
*Raj. inſ.* 156. *n.* 1. 15.
343. *n.* 5.
*Friſch. inſ.* 3. *p.* 28. *t.* 8.
Habitat in *Pomonæ* arboribus.
*DESCR.* *Magnitudo* mediocris. *Tota* nivea, excepto *Ano* valde barbato luteo aut ferrugineo. *Antennæ* etiam niveæ.

1129. PH. BOMBYX *Salicis* elinguis, alis deflexis albis, pedibus nigris albo annulatis.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis albis, pedibus antennisque nigris. *Fn.* 822.

*Gœd.*

*Gœd. belg.* 1. *p.* 25. *t.* 3. Procul ſpectabilis.
*Liſt. gœd.* 202. *t.* 87.
*Merian. eur.* 1. *p.* 11. *t.* 30. Salix caprea latifolia.
*Blank. belg. p.* 44. *t.* 8. *f. A. B. C. D.*
*Friſch. germ.* 1. *p.* 22. *t.* 4. *f. bona.*
*Reaum. gall.* 1. *t.* 31. *f.* 4. 5. 6.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 124. *n.* 58. Papilio alis depreſſis niveis, antennis pennatis, pedibus annulis nigris.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 13, 14.
Habitat in *Salice Fragili*, quam quotannis devaſtat. Item in *Populo alba* & *tremula. It. ſcan.* 166, 307.

*DESCR. Larva* XVIpus, nigra, verrucis fuſcis, piloſis: maculæ IX duplicatæ, longitudinales, flavicantes; mutata 1740; VI: 21-VII. 4. Phalæna eſt elinguis, nivea, antennis nigris, pedibus nigris: annulis albis. *Maris* antennæ pectinatæ utrinque; *Fæminæ* hinc tantum.

1130. PH. BOMBYX *Monacha* elinguis, alis deflexis albis atro-undatis, abdominis inciſuris ſanguineis.
*Wilk. pap.* 19. *t.* 3. *a.* 4.
Habitat in Svecia rarius. *T. Bergman.*

*DESCR.* Magnitudo media. *Antennæ* nigræ, *Thorax* albidus: antice lunula nigra, poſtice macula fuſca. *Alæ ſuperiores* albæ, atro undulatæ & aliquot punctis nigris. *Inferiores* utrinque & ſuperiores ſubtus cinereo-albicantes margine albo punctisque nigris. *Caput* flaveſcens. *Abdomen* nigricans ſegmentis omnibus margine coccineis. *Pedes* nigri.

1131. PH. BOMBYX *Caja* elinguis, alis deflexis fuſcis: rivulis albis; inferioribus purpureis nigro-punctatis.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis: ſuperioribus fuſcis: rivulis albis; inferioribus purpureis: punctis ſex nigris. *Fn.* 820.
*Aldr. inſ.* 245. *t.* 246. *f.* 11. 12.
*Mouff. lat. p.* 93. *n.* 18. *f. ſuprema.*
*p.* 186. *f.* 2. Ambulo ſecundus.
*Hoffn. inſ. t.* 14. *f.* 11. *edit. alt.* 3. 4. 9.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 74. *f.* 17.
*Liſt. gœd. p.* 219. *f.* 99.
*Blank. belg. p.* 57. *t.* 9. *f. A. B. C.* Eruca urſina.
*germ. p.* 44. *t.* 9. *f. C.*
*Merian. eur.* 1. *p.* 2. *t.* 5. & 160.
*Alb. inſ. t.* 20. *f. C. D.*
*Friſch germ.* 2. *p.* 38. *t.* 9. Eruca urſina.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 36. *f.* 7. 8.
*Muſ. petrop.* 1. *p.* 711. *n.* 5. Phalæna alis ſuperioribus fuſcis: lituris flavis; inferioribus rubris: maculis nigris ornata.

*Raj.*

*Raj. inſ. p.* 151 *n.* 3. Phalæna major: alis amplis oblongis albicante & fuſco coloribus pulchre variegatis, interioribus rutilis cum maculis nigris.

*p.* 152. *n.* 7. Eruca denſius piloſa magna, pilis longis incanis fulvis & nigris varia, cum punctorum albentium lineis annularibus.

*Blank. herb. t.* 87 *f.* 10. & *t.* 76 *f.* 3.

*Vulgo* Urſus.

Habitat in *Lactuca* & adfinibus.

*Larva* XVIpus, hirſutiſſima, dorſo nigro, abdomine lateribusque teſtaceis: punctorum lateralium longitudinalis ordo ſeu punctum ad latus ſingulæ inciſuræ album.

*DESCR. Caput* & *Thorax* fuſca, poſtice ſanguinea. *Abdomen* ſanguineum maculis dorſalibus 4, tranſverſis, nigris. *Antennæ* ſupra niveæ. *Alæ ſuperiores* concolores, fuſcæ rivulis albis variis; unde puncta 4 diſtincta fuſca ad baſin, 6 majores areæ fuſcæ in diſco. *Inferiores* alæ concolores ſanguineæ maculis ſæpius ſeptem, fuſcis, rotundatis.

1132. PH. BOMBYX *Plantaginis* elinguis, alis deflexis atris: rivulis flavis; inferioribus luteis nigro-maculatis.

Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis atris: ſuperioribus rivulis flavis; inferioribus rubris: maculis nigris. *Fn.* 821. *It. gotl.* 273.

*Alb. inſ. t.* XXI.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 31.

Habitat in *Ulmo.*

*DESCR.* Priori quodammodo ſimilis, ſed minor. *Antennæ* ſetaceæ. *Alæ* atræ; *ſuperiores* rivulis flavis, margineque inferiore parum luteo; *Inferiores* luteæ maculis nigris. *Abdomen* a tergo nigrum, lateribus luteis ordine longitudinali punctorum atrorum. *Colli* cingulum fulvum. *Thoracis* linea longitudinalis & laterales nigræ.

1133. PH. BOMBYX *aulica* ſpirilinguis, alis deflexis: ſuperioribus griſeis flavo punctatis; inferioribus fulvis nigro-maculatis.

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 3. Ph aulica.

Habitat in *Gramine* Larva hirſuta, ſimilis Cajæ D D. Hartman.

*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* griſeæ maculis 5 flavis, quarum antica longior e duabus compoſita, præter minora aliquot puncta ad apicem alæ. *Inferiores* nigræ rivulis fulvis, ut quisnam color prævaleat non facile liquet. *Abdomen* dorſo fuſco & ad latera punctis fuſcis.

1134. PH. BOMBYX *grammica* ſpirilinguis, alis deflexis luteis: ſuperioribus flavis nigro ſtriatis; inferioribus faſcia terminali nigra. *Syſt. nat.* 10. *p.* 502. *n.* 31.

*Raj. inſ.* 169. *n.* 28.

280. *n.* 13.

*Roeſ.*

*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 21. *f. A. D.*
Habitat in *Abrotano.*

*DESCR.* Statura Ph jacobææ. *Alæ ſuperiores* anguſtæ, luteæ, pallidiores striis longitudinalibus nigris ſubramoſis; ſubtus verſus apicem fuſceſcentes. *Inferiores* ſaturate luteæ: poſtice ſupra faſcia latiuſcula nigra; ſubtus puncto majuſculo faſciaque nigra. *Abdomen* luteum, quinquefariam nigro punctatum. *Antennæ* nigræ, vix manifeſte pinnatæ.

1135. PH. BOMBYX *Sannio* ſpirilinguis, alis deflexis luteis: margine ſanguineo lunulaque fuſca; inferioribus ſubtus immaculatis.
Phalæna pectinicornis ſpirilinguis, alis ſubdeflexis margine rubro: ſuperioribus fulvis lunula fuſca; inferioribus fuſcis. *Fn.* 837.
*Rob. ic. t.* 30. *f.* 1.
*Act. upſ* 1736. *p.* 23. *n.* 41. Papilio alis planis fulvis: macula rubente.
*Raj. inſ.* 228. *n.* 75. Phalæna minor, corpore craſſo e fuſco & rubro diverſicolore, alis exterioribus obſcure rufis ſ. pullis: duabus maculis nigris notatis, interioribus e pullo & rubro variis.
Habitat in *Gramine.*

*DESCR.* Antennæ pectinatæ rachi coccinea, radiis fuſcis. *Corpus* piloſum crinibus flavis. *Abdomen* inter pedes rubrum. *Alæ ſuperiores* extus flavæ: in medio alæ extus lunula ferruginea ſeu fulva in macula fuſca; ſubtus fuſco-nebuloſæ. *Inferiores Alæ* extus cinereæ, macula in medio fuſca, oblonga, & arcu intra marginem fuſco; ergo alæ inferiores extus ſimillimæ alis ſuperioribus a latere interiore. Alæ inferiores ſubtus pallidæ macula in medio obſcura; omnes alas cingit margo e pilis coccineis.

1136. PH BOMBYX *Cribrum* ſpirilinguis, alis incumbentibus: ſuperioribus albidis transverſe nigro-punctatis.
Habitat in Suecia auſtrali, rarius.

*DESCR.* Statura & magnitudo Ph. jacobææ. *Alæ ſuperiores* ſupra albidæ, fere transverſe pluries nigro punctatæ. *Superiores* ſubtus, & inferiores utrinque fuſcæ. *Abdomen* poſtice luteſcens.

1137. PH. BOMBYX *lota* ſpririlinguis, alis cinereis: puncto diſci atro poſticeque ſtriga purpuraſcente fracta.
*Clerck. phal t.* 8. *f.* 1. Ph. lota.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo media. *Antennæ* vix manifeſte pectinatæ. *Alæ ſuperiores* cinereæ atomis aliquot nigris. maculisque duabus obſoletis ſolo margine conſpicuis: anteriore orbiculari, poſteriore cordiformi, ut in ruſticis; in macula poſteriore ad latus interius punctum magnum atrum. Striga fulva ſ purpuraſcens latere poſteriore albida; ſtriga hæc verſus poſteriora ſemel diffracta eſt. *Subtus* alæ pallide cinereæ cum puncto atro & ſtriga fuſca, obſoleta, arcuata.

1138.

1138. PH. BOMBYX *lubricipeda* ſpirilinguis, alis deflexis albidis punctis nigris, abdomine quinque fariam nigro-punctato.
Phalæna pectinicornis elinguis, alis deflexis albidis: punctis nigris, abdomine ordinibus quinque punctorum. *Fn.* 823.
*Gœd belg.* 1. *p.* 63. *t.* 23. Lubricipeda.
*Liſt. gœd.* 210. *t.* 93.
*Friſch. germ.* 3. *p.* 22. *t.* 8.
*Merian. eur.* 1. *p.* 16. *t.* 46. & 65.
*Alb. inſ. t.* 24. *f.* 30.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 1. *f.* 7-9.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 124. *n.* 59. Papilio alis depreſſis albis: punctis nigris, ventre quinque punctorum.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 7, 8.
Habitat in arboribus pomiferis, *Urtica*, *Atriplice*, *Quercu*.
*DESCR.* *Femora*, præſertim antica, lanugine ferruginea veſtita. *Corpus* alias album ſ. albidum. *Alæ* adſperſæ punctis nigris, copioſioribus in ſuperiorum pagina ſuperiore. *Abdomen* luteum quintuplici macularum nigrarum ordine, quorum unus dorſalis, duo utrinque laterales. *Mas* alis flaveſcentibus ordine oblique transverſo punctorum nigrorum.

1139. PH. BOMBYX *Oo* ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis cineraſcentibus oo notatis.
*Roeſ. inſ.* 1. *p.* 2. *t.* 63.
Habitat in *Quercu*, apud nos rarius.

1140. PH. BOMBYX *Graminis* ſpirilinguis, alis depreſſis griſeis: linea ramoſa lunulaque glaucis.
Phalæna pectinicornis elinguis: alis cinereo-fuſcis: lineis lunulisque glaucis. *Fn.* 826. 886.
*Act. ſtockh.* 1742. *p.* 40. *t.* 2.
*Raj. inſ.* 228. *n.* 104.
Habitat in *Gramine* (Alopecuro intacto) peſſima noſtratibus, prata certis annis, nec determinatis, devaſtans, foenum omne conſumens, unde Pecora periclitantur, pretium fœni adſcendit; prata inde proximis annis florent florentibus plantis, antea ſolo gramine tectis. Pellitur Cornicibus, Suibus, foſſis.
*DESCR.* Eſt e Phalænis mediis. *Tota* ſatis brevis, hirſuta. *Alæ ſuperiores* cinereo-fuſcæ, quas lineæ aliquot longitudinales glaucæ exarant, ubi hæ ſtriæ ramoſæ evadunt, obſervatur lunula griſea cornibus poſteriora reſpiciens; ſupra hanc lunulam punctum griſeum eſt. Alæ hæ ſubtus cinereo-fuſcæ, cum puncto nigro in medio: *alæ inferiores* pallide griſeæ cum fuſcedine verſus marginem, & puncto ſubtus nigro.

1141. PH. BOMBYX *celſia* ſpirilingnis criſtatæ, alis incumbentibus: ſupra viridibus; faſcia griſea dentata.

Pha-

Phalæna pectinicornis; alis ſupra viridibus: faſcia transverſali ſinuato-dentata glauca *Fn.* 816.

Habitat Upſaliæ in *Lupuletis*, lecta ab O. Celſio. Theol. Profeſſore primario.

*DESCR.* Eſt e mediocribus. *Caput* viride. *Alæ ſuperiores* virides: faſcia in medio alarum lineari, transverſali, griſea; in ſingula ala denticulo unico antrorſum & alio oppoſito retrorſum ſpectante; præter denticulum alium ad marginem exteriorem alæ antrorſum prominentem punctum lunare griſeum, in medio alæ pone denticulum. Margo alarum poſticus ſimili glauca linea terminatur, quæ in ſingula ala duos denticulos antrorſum exſerit; alarum ſuperiorum margo interior & exterior vix conſpicue griſeus. *Thorax* & *abdomen* villis glauco ferrugineis teguntur. *Alæ inferiores* fuſcæ; ſubtus faſcia obſcurior transverſa repanda cum puncto obſcuriore ante faſciam. *Antennæ* ferrugineæ.

1142. PH. BOMBYX *helvola* alis rufis: faſciis ſubfuſceſcentibus poſtica lateriore, ſubtus rufeſcentibus.

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 8. Phalæna helvola.

Habitat Holmiæ.

1143. PH. BOMBYX *libatrix* ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus dentato-eroſis rufo-griſeis: punctis duobus albis.

Phalæna pectinicornis elinguis: alis cinereo flavoque rufis: margine laceris *Fn.* 833.

*Gœd. belg.* 1. *p.* 155. *t.* 67. Libatrix.

*Liſt. gœd.* 81. *t.* 30.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 25. *n.* 63. Papilio alis depreſſis eroſis croceo-rufis.

*Pet. gaz.* 29. *t.* 19. *f.* 4. Phalæna faſciata perelegans extremitate ſpiralis?

*Vulgo* Libatrix.

Habitat in variis, præſertim in *Glechomate*, *Salice*.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* incumbentes, poſtice eroſæ, ſupra griſeæ faſcia lineari arcuata cinerea: poſteriore retrorſum ex duplici lineola alba; anteriore faſciola alba verſus baſin antrorſum arcuata anguſtiore. Punctum album ad baſin antennarum; aliud ad baſin alarum; aliud in medio alæ ad aream flavam; aliud in ſingulo femore. *Pedes* barbati.

1144. PH. BOMBYX *capucina* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis denticulatis ferrugineis: denticulo dorſali reflexo faſciaque cinerea.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Alæ* deflexæ, margine poſtico dentatæ, colore rufo-ferrugineæ faſcia obliqua fuſca. *Subtus* omnes rufæ. Cæterum ſequenti ſtructura ſimillima eſt hæc Phalæna.

1145. PH. BOMBYX *camelina* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis eroſis brunneis: omnibus denticulo dorſali.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 28.
Habitat in *Tilia. Malo*, *Betula. Alno.* T. Bergman.
*DESCR.* *Alæ* deflexæ, eroſæ, brunneæ lineis tribus fuſcis tranſverſis: *Superiores* in medio marginis tenuioris dente erecto; *inferiores* verſus finem marginis tenuioris dente inſtructæ. Inter ſingulum par dentium alarum faſciculus eſt.

1146. PH. BOMBYX *palpina* elinguis criſtata, alis deflexis eroſis albidis ſtriatis nigro-venoſis, palpis pennatis porrectis.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 4. *f.* 7.
Habitat in *Salice.*
*DESCR.* Magnitudo media. *Thorax* pallens, criſtatus. *Palpi* enſiformes, porrecti, obtuſiſſimi, quaſi diffracti. *Antennæ* anguſtæ. *Alæ* ſuperiores albido-flaveſcentes, ſtriatæ venis nigricantibus, undatæ, margine tenuiore falcatæ lobo ciliari fuſco; margo poſticus denticulatus. *Inferiores* alæ albidæ faſcia valde obſoleta. *Subtus* primores margine exteriore puncto fuſco. Inferiores ſubtus albæ, puncto arcuque fuſco.

1147. PH. NOCTUA *Humuli* elinguis fulva, antennis thorace brevioribus; Maris alis niveis.
Phalæna ſeticornis elinguis, antennis breviſſimis rufis, thorace flavo, alis deflexis. *Fn.* 917.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 124. *n.* 57. Papilio alis depreſſis: ſupra argenteis, ſubtus obſcuris.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 7. *f.* 5. 6.
*Raj. inſ.* 157 *n.* 3. Papilio media alis longis, in fæmina flavis cum lineis rubentibus, in mare albis.
Habitat in radicibus *Humuli* Lupuli, quam valde devaſtat non ſine ſummo poſſeſſoris damno, quum Ros melleus radicibus contaminatis totam plantam inungat & eam abortivam reddat. Sub terra, ex ipſa terra, format cylindros perpendiculares ſpithameos oſteocollæ ſimillimos.
*DESCR.* Phalæna inter nocturnas noſtras maximas locum tenet. Oculi nigricantes. *Antennæ* ſetaceæ, thorace longe breviores; hinc breviſſimæ. *Thorax* ipſe flavus. *Abdomen* flavo-rubens. *Alæ* ſubtus nigricantes ſive fuliginoſæ. Alæ ſupra colore maxime differunt ſexu.
*MARIS* enim alæ ſupra ſumme niveæ, ut quid albidius me non vidiſſe meminerim; *Pedes* poſtici lana griſea valde barbati.
*FÆMINÆ* alæ autem ſupra flavæ, nunc immaculatæ, nunc duplici obliqua linea, nunc ſimplici linea obliqua fulva notatæ, hinc eandem dicerem cum *Gœd. belg.* 1. *p.* 47. *t.* 12. & *Liſt. gœd.* 195. *t.* 82. Niſi antennæ in noſtra, tam mare, quam fæmina, omni barba carerent.

1148. PH. NOCTUA *Hecta* elinguis lutea, antennis thorace brevioribus, alis faſciis duabus albidis obliquis punctato-interruptis.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 7. *f.* 11.
Habitat apud nos rarius. *C. Clerck.*

*DESCR.* Magnitudo Tabani. *Corpus* flavum. *Alæ* ſaturate luteæ faſcia brevi verſus baſin, majore nigra obliqua verſus poſtica ex punctis albido-flavis concatenata. *Antennæ* breviſſimæ, luteæ.

1149. PH. NOCTUA *lupulina* elinguis lutea, antennis thorace brevioribus, alis macula arcuque cineraſcente.
Habitat in Suecia rarius.

*DESCR.* *Antennæ* breviſſimæ, luteæ. *Corpus* luteum, præcedente duplo majus. *Alæ ſuperiores* arcu fuſco extus albo; in centro arcus macula oblonga fuſca extus alba.

1150. PH. NOCTUA *Pyrina* lævis nivea, antennis thorace brevioribus, alis punctis numeroſis cæruleo-nigris; thorace ſenis.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 38. *f.* 1-4.
*Roeſ. inſ.* 3. *t.* 48. *f.* 5-6.
Habitat in ramis *Pyri*, *Alni.*

*DESCR.* Magnitudo P. Humulinæ. *Thorax* tomentoſo-lanatus punctis ſex nigro-cæruleis. *Alæ* deflexæ, albæ, punctis numeroſis nigro-cærulеſcentibus: antice & ad marginem exteriorem rotundis, reliquis oblongis. *Inferiores* alæ breves, obſolete punctatæ, ſed margine inferiore 7 ſ. 8 punctis magis nigricantibus.

1151. PH. NOCTUA *ſylvina* ſubelinguis, antennis brevibus ſerratis, alis rufo-luteſcentibus: faſciis tribus albidis variis.
Habitat Holmiæ. D. *Martewille.*

*DESCR.* Affinitas & magnitudo PH. Humuli. *Antennæ* vix thorace longiores, ſerratæ. *Alæ ſuperiores* ſupra rufo-teſtaceæ: faſciis luteo-albidis tribus: prima in baſi alæ, fracta: exterius ad marginem inferiorem fere falcata, ad marginem tenuiorem ſemiovata. Secunda transverſa, ad marginem exteriorem bifida in medio, ramulo antrorſum ſpectante. Tertia faſcia obſoleta verſus marginem poſticum. *Alæ* omnes *ſubtus* & inferiores etiam ſupra rufo-fuſceſcentes.

1152. PH. NOCTUA *lucernea* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis cinereis immaculatis: ſtrigis tribus repandis albidis, collari bifido.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 7. Phalæna lucernea.
Habitat frequens apud nos, veſperi candelas ardentes involans.

*DESCR.* Magnitudo Ph. ruſticorum, tota caneſcens. *Collare* erectum, rotundatum, bifidum. *Alæ ſuperiores* cinereæ: ſtrigis tribus, albidis, undulatis. *Inferiores* ſubtus exalbidæ puncto & faſcia arcuata fuſca.

1153.

1153. PH NOCTUA *complana* ſpirilinguis lævis, alis depresſis: ſuperioribus caneſcentibus exteriori margine albis; inferioribus flavis.

Phalæna ſeticornis, alis incumbentibus: ſuperioribus exteriore margine; inferioribus totis flavis. *Fn.* 918.

*Act. upſ* 1736. *p.* 25. *n.* 76.

Habitat in *Quercu.*

DESCR. Eſt hæc e minoribus, oblonga. *Alæ ſuperiores* dilute cinereæ, ſed margine exteriore ſecundum totam longitudinem flavo. *Alæ inferiores* etiam totæ flavæ.

1154. PH. NOCTUA *rubicollis* ſpirilinguis lævis nigra, collare purpureo, abdomine flavo.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis nigricantibus, collare abdomineque fulvis. *Fn.* 881.

*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 3. Phalæna rubicollis.

Habitat rarius apud nos.

DESCR. Magnitudo Ph. complanæ, ſed tota atra, excepto *collare* ſanguineo & ventre flavo.

1155. PH. NOCTUA *Jacobææ* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis fuſcis: lineis punctisque duobus; inferioribusque totis rubris.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis ſuperioribus fuſcis: linea punctisque duobus rubris, inferioribus rubris. *It. œl.* 120. *Fn.* 869.

*Mouff. lat. p.* 98. *n.* 3. *t.* 97 *f. inter tres infimas ſuprema.* & *p.* 183. flaveſcens ſuperior.

*Jonſt. inſ. t.* 7. *ord.* 3. Phalæna minima pratenſis 2.

*Charl. onom. p.* 53. Eruca Jacobæa.

*Rob. icon. t.* 20.

*Alb. inſ. t. XXXIV. f. H. G.*

*Mer. europ.* 3. *p.* 56. *f.* 28.

*Goed. belg.* 1 *p.* 56. *t.* 9.

*Liſt. goed. p.* 134. *f.* 54.

*Blank. belg.* 11. *t.* 1. *f. G. H. I. K.* Eruca arenaria.
*germ.* 9. *t.* 1. *f. I. K.*

*Reaum. gall.* 1. *t.* 17. *f.* 4 5. 6. 7.

*Pet. gaz. p.* 52. *t.* 33. *f.* 6. Phalæna umbrica, linea maculisque ſanguineis.

*Raj. inſ.* 168. *n* 26. Phalæna media, alis exterioribus colore nigro & ſanguineo variis, extimo duntaxat margine nigro.

*Derrham. phyſico-theol. l.* 8. *c.* 6. *n* 6. Papilio Jacobææ.

Habitat in *Senecione Jacobæa,* minus frequens apud nos, quam in Dunis Belgicis.

*DESCR.* *Corpus* nigrum *Antennæ* ſetaceæ. *Alæ* nigræ: *ſuperiores* margine longitudinali linea rubra, macula rubra ad apicem & alia macula ad marginem interiorem; alæ *inferiores* rubræ margine nigro.

1156. PH. NOCTUA *ruſſula* ſpirilinguis lævis, alis fulvis rubro venoſis, maculaque ferruginea, inferioribus nigro variegatis.

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 1. Phalæna ruſſula.

Habitat paſſim frequens.

*DESCR.* Simillima PH. Sannioni, ac ſi ſolo ſexu differret, ſed metamorphoſi non innotuit. *Corpus* fulvum. *Antennæ* fulvæ. *Alæ ſuperiores* ſupra fulvæ; lunula obſoleta rubra in medio; ſubtus flavæ nigro-variæ. *Inferiores* ſupra flavæ nigro variæ; ſubtus flavæ maculis nigris.

1157. PH. NOCTUA *trapetzina* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis flavicantibus: faſcia latiſſima ſaturatiore puncto nigro margineque punctato.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. Tota pallide flavicans. *Alæ* plano-incumbentes: ſuperiores faſcia latiſſima, obſoleta, rhomboide, ſaturatiore, in cujus medio punctum nigrum, minutum; margo poſticus 7 punctis vix conſpicuis, nigris; alæ *ſubtus* poſtice obſolete ruſeſcunt.

1158. PH. NOCTUA *Batis* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis: ſuperioribus fuſcis: maculis ſimul quinque albidis; inferioribus albis.

*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 26.

Habitat in *Rubo.*

*DESCR.* media. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſcæ maculis rotundatis: macula baſeos alæ albida in medio fuſca; macula orbicularis ad angulum ani; macula dimidia ad marginem tenuiorem; Maculæ duæ verſus apicem alæ. *Inferiores* alæ utrinque pallidæ.

1159. PH. NOCTUA *fuliginoſa* ſpirilinguis lævis, alis deflexis rufo-fuliginoſis: punctis duobus nigris, abdomine ſangvineo.

*Uddm. diſſ.* 76.

*Raj. inſ.* 228. *n.* 13

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 43.

Habitat in *Gramine*, *Rumice.*

*DESCR.* Magnitudo Tabani. *Alæ ſuperiores* rufo-fuſceſcentes: punctis duobus nigris in medio verſus marginem craſſiorem. *Inferiores* ſimiles ſed magis fuſceſcentes lunula nigra, margineque poſtico ſanguineo. *Thorax* brunneus. *Abdomen* ſanguineum triplici ordine punctorum nigrorum. *Antennæ* ſupra albæ.

1160. PH. NOCTUA *parthenias* ſpirilinguis, alis deflexis fuſco alboque variis; inferioribus luteis punctis duobus nigris.

*It.*

*It. W:goth.* 141. *n.* 1.
Habitat in *Quercetis* primo vere. T. Bergman.
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſcæ, albo nebuloſæ. *Inferiores* luteæ punctis nigris, duobus, magnis, quorum alter in centro cohærens cum nigredine baſeos; alter ad angulum ani. *Subtus* omnes alæ luteæ: faſcia in medio nigra.

1161. PH. NOCTUA *glyphica* ſpirilinguis lævis, alis deflexis fuſceſcentibus: maculis hieroglyphicis nigris, ſubtus luteæ fuſco-faſciatæ.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus ſupra fuſcis pone ſubtusque flaveſcentibus. *Fn.* 847.
*Hoffn. inſ.* 4. *t.* 11. *f.* 3.
Habitat in paſcuis Oeſturſæ Uplandiæ. *D. Leche.*
DESCR. *Corpus* nigricans. *Alæ ſuperiores* fuſcæ & triſti colore, poſtice verſus marginem quaſi fuſco flaveſcente obſoletæ; macula in medio verſus marginem craſſiorem una alterave magis obſcura. Alæ omnes *ſubtus* luteæ faſciis concreſcentibus & puncto magno lunari atro in alis ſuperioribus, fere in medio. Magnitudo & ſtatura Phalænæ Graminis.

1162. PH. NOCTUA *Mi* ſpirilinguis lævis, alis deflexis ſupra cinereis: ſecuri pallido-marginata, ſubtus w nigro.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Similis Ph. glyphicæ. *Alæ ſuperiores* cinereæ, notatæ faſciola fuſca punctoque in medio atro; dein macula fuſca poſtice triloba. *Subtus* alæ pallidæ, poſtice fuſceſcente maculatæ, in medio faſcia lineari nigra figura W ſeu M, pone punctum arcuatum nigrum.

1163. PH. NOCTUA *Vitis idææ* ſubelinguis, alis cinereis faſcià transverſa ſaturatiore; inferioribus planis.
Habitat in *Vaccinio Vite idæa.*
*DESCR.* Magnitudo præcedentis. Tota cinerea, inelegans. *Alæ ſupra* omnes cinereæ; faſcia lata, transverſa, magis obſcure cinerea; *Subtus* cinereæ, in anteriore parte obſcuriores, in poſteriore dilutiores. *Inferiores* figura & fere magnitudine ſuperiorum, planæ & minime plicatæ, unde ſingularis facies. *Anus* barbatus. *Pedes* hirſuti. *Antennæ* corpore triplo breviores. Simillima *PH. Cratægi*, ut figura Reaumurii hanc potius delineet, quam alteram.

1164. PH. NOCTUA *meticuloſa* ſpirilinguis eriſtata, alis eroſis pallidis: ſuperioribus baſi incarnata triangulo fuſco.
Phalæna ſubulicornis ſpirilinguis, alis deflexis eroſis pallidis: triangulo fuſceſcente incarnatum includente, thorace gibbo. *Fn.* 815.
*Merian. eur. t.* 34.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 109. *t.* 56. Meticuloſa
*Liſt. gœd.* 118. *t.* 44.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 8. *f.* 25. 26. & *t.* 14. *f.* 12. 13.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 5. *f.* 14.
Habitat in omnibus oleraceis: *Cheirantho*, *Urtica*, *Mercuriali*; apud nos rarior.

1165. PH. NOCTUA *Fraxini* ſpirilinguis criſtata, alis dentatis deflexis cinereo-nebuloſis; inferioribus ſupra nigris faſcia cæruleſcente.
*Rœſ. inſ.* 4. *t.* 28. *f.* 1.
*Hamburg. magaz. tom.* 18. *f.* 1-4.
Habitat in *Fraxino*, *Populo*.

DESCR. Maxima noſtratum Phalænarum. *Corpus* cinereum, ſubtus album. *Alæ ſuperiores ſupra* albicantes fuſco-nebuloſæ: ſtriga una alterave alba nigraque & puncto albo majuſculo in medio. *Subtus* faſciis tribus, alternis, albis nigriſque. *Inferiores ſupra* nigræ faſcia lata, cærulea, margineque albo. *ſubtus* albæ; lunula, faſcia arcuata & limbo nigris. Omnes alæ margine poſtico repandæ ſunt.

1166. PH. NOCTUA *pacta* ſpirilinguis criſtata, alis cineraſcentibus; inferioribus rubris faſciis duabus nigris, abdomine ſupra rubro.
Habitat in *Salice caprea*.

DESCR. *Corpus* majuſculum, cinereum. *Abdomen* ſupra rubrum. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereæ: ſtrigis tribus, undatis & ocello lunari nigricante in medio, juxta maculam obliteratam. *Inferiores* ſanguineæ: faſcia nigra, arcuata, in medio; & alia majore verſus marginem poſticum album.

1167. PH. NOCTUA *pronuba* ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus griſeis; inferioribus luteis faſcia atra ſubmarginali.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis incumbentibus: exterioribus cæſiis nebuloſis: inferioribus luteis, faſcia atra marginali. *Fn.* 870.
*Hoffn. inſ.* 15. *f.* 18.
*Gœd belg.* 1. *p.* 71. *f.* 14. Noctua.
*Liſt. gœd. p.* 114. *f.* 41.
*Blank. belg.* 35. *t.* 6. *f. D. E. F.*
*germ.* 28. *t.* 6. *f. D. E. F.*
*Alb. inſ.* 72. *f. C. D.*
*Merr. pin.* 198. Papilio major, cum exterioribus alis fuſcis, internis aureis nigra linea fimbriatis.
*Merr. eur. t.* 49.
*Raj. inſ.* 237. *n.* 18. Papilio major, alis prælongis: exterioribus vel rufis vel ex cinereo nigricantibus; interioribus fulvis cum faſcia lata nigra prope imum marginem.

*Friſch.*

*Friſch. germ.* 10. *p.* 17. *t.* 15. *f.* 4.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 14. *f.* 8. 9.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 124. *n.* 60. Papilio alis depreſſis griſeis, obſcure maculatis, inferioribus flavis, margine nigro.
Habitat in *Thlaſpi Burſa paſtoris*; in *Senecione*, *Auricula urſi*, *Primula*, *Cheirantho*, variis.

*DESCR.* *Thorax* obſolete criſtatus. *Alæ ſuperiores* glauco-cineraſcentes nebuloſæ macula reniformi fuſca pone rotundam pallidam. Ad angulum extimum alæ, juxta marginem inferiorem, puncta duo nigra. *Inferiores* alæ utrinque luteæ; faſcia ſubmarginali nigra.

1168. PH. NOCTUA *Myrtilli* ſpirilinguis criſtata alis griſeis ſtriga alba; inferioribus antice luteis poſticeque nigris.
*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 11. *f.* *A. B. C.*
Habitat in *Vaccinio uliginoſo.*

*DESCR.* Parva & inter Noctuas facile minima. *Corpus* nigricans, inciſuris albis. *Thorax* ſubgriſeus. *Anus* ſubbarbatus. *Alæ ſuperiores* nigricantes, purpuraſcenti-ferrugineo nebuloſæ cum ſtriga repanda alba ad baſin & alia prope marginem poſticum; macula alba triquetra in medio. *Subtus* ſuperiores e nigro purpuraſcente & albido maculatæ. *Alæ inferiores* ſupra anterius luteæ, poſterius atræ margine poſtico albicante. *Subtus* itidem antice luteæ cum puncto nigro; poſticæ atræ cum macula ad angulum exteriorem ferruginea obſoletiore.

1169. PH. NOCTUA *chryſitis* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus orichalceis faſcia griſea.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis nebuloſis: faſcia una alterave aurea. *Fn.* 875.
*Mer. eur. v.* 1. *p.* 14. *t.* 39.
*Raj. inſ.* 182. Phalæna media, alis exterioribus duplici area transverſa viridi-aurata ſerici inſtar ſplendente inſignibus.
Habitat in *Mentha*, volitando mel florum haurit.

*DESCR.* Magnitudo media. *Caput*, *Thoracis* antica pars & *Antennæ* exalbido-flaveſcentia. *Alæ ſuperiores* nebuloſæ, verſus marginem poſticum cinereo-obſoletæ; dein faſcia pallido-aurata; tum nebuloſæ ſunt alæ cum tinctura aurea, quæ quaſi alteram faſciam auream conſtituit; demum nebuloſo cineraſcentes ad baſin alæ. Alæ ſuperiores *ſubtus* fuſcæ, ad marginem poſtice griſeæ; *Alæ inferiores* ſupra fuſceſcentes & eædem infra ſubgriſeæ cum arcu nigricante reflexo & puncto lunulato

1170. PH. NOCTUA *Feſtucæ* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus flavo ferrugineoque variis: maculis tribus argenteis.
*Act. ſtockh.* 1748. *t.* 6. *f.* 3, 4.
*Pet. gaz. t.* 7. *f.* 7. Phal. occidentalis angliæ lituris ex aureo & argenteo mixtis.
Habitat in *Feſtuca fluitante*, pulcherrima.

*DESCR.* Media. *Fulva* ſunt Caput, Pedes anteriores, Antennæ, Lingua. *Thorax* magis palleſcens faſciculo dorſali fulvo. *Abdomen* flavum. *Alæ ſuperiores* flavo ferrugineoque variæ. Maculæ argenteæ longitudinales in medio utriusque alæ & una linearis verſus apicem; baſis alæ etiam ex argento nitet. *Inferiores* alæ plumbeo flaveſcentes.

1171. PH. NOCTUA *gamma* ſpirilinguis criſtata; alis deflexis: ſuperioribus fuſcis gamma græco inſcriptis.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis: exterioribus fuſcis λ græco inſcriptis. *Fn.* 873.

*Reaum. gall.* 2. *t.* 26. & *t.* 27. *f.* 4. 5. & *tom.* 1. *t.* 19. *f.* 2.

*Friſch. germ.* 1. 5. *p.* 37. *t.* 15.

*Blank. belg.* 54. *t.* 8. *f. N. O. P.* Geometra ſecundus.

*Pet. gaz. t.* 64. *f.* 6. Phalæna lambda.

*Gœd. belg.* 2. *p.* 82. *t.* 21. Philopſon.

*Liſt. gœd.* 41. *f.* 14.

*Merian. eur. t.* 82.

*Raj. inſ.* 163. *n.* 17. Phalæna e mediis minuſcula, alis exterioribus cinereo & nigro colore variis, media parte linea alba γ literam aliquatenus referente, notatis.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 25. *n.* 68. Papilio alis depreſſis litera γ aurea inſcriptis.

Habitat in *Artemiſia Abrotano*, *Lactuca*, *Boragine*.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* fuſco-nebuloſæ, pulchre variegatæ, litera γ vel λ notatæ; *Alæ inferiores* fuſcæ. *Linguæ* longiſſimæ ſunt.

Variat Littera alarum argenteo & aureo colore, forte inde ſexu.

*Friſchii* figura differt ſitu literæ γ, cujus crura duo reſpiciunt marginem exteriorem in noſtra, contra ac ille pingit.

1172. PH. NOCTUA *interrogationis* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus cinereis ſigno? albo inſcriptis.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 7. Phalæna Interrogationis.

Habitat apud nos paſſim.

*DESCR.* Statura Ph. gammæ. *Faſciculi* magni in dorſo. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereo fuſcoque variæ ſigno interrogationis albiſſimo, in medio, adeoque affabre ſcripto, ut cuivis primo intuitu innoteſcat. *Alæ inferiores* ſubtus flaveſcentes.

1173. PH. NOCTUA *Fulvago* ſpirilinguis criſtata, alis pallidis: faſciis ferrugineis, palpis abdomine aliſque ſubtus fulveſcentibus.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 15.

Habitat Holmiæ.

*DESCR.* Similis ſequenti. *Alæ* pallide glauceſcentes; faſcia una alterave ferruginea; poſtice faſcia obſoleta utrinque punctata. *Alæ inferiores* pallidæ. *Subtus* omnes pallide flavæ. Palpi Abdomen & Tibiæ fulvæ. *Pectus* ſubtus lana alba.

1174. PH NOCTUA *citrago* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis luteis: ſuperioribus faſciis tribus ferrugineis obliquis.

Habi-

Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Media, ſimilis Geometræ. *Alæ* plano incumbentes, læte luteæ; ſtrigis 3. ſ. 4, obliquis, purpuraſcentibus; inter ſtrigas 2 & 3 punctum ferrugineum annulo ruſo; inter 3 & 4 macula reniformis ruſo margine. *Inferiores* alæ ſupra albidæ. Omnes ſubtus puncto arcuque purpuraſcente.

1175. PH. NOCTUA *pallens* ſpirilinguis, alis deflexis pallidis puncto minimo, marginibus poſticis ſubtus punctis nigris.
*Clerck. phal. t. 4. f.* 1. Phalæna pallens.
Habitat in Uplandia.

*DESCR.* Media. Tota albido-pallens, *Alæ* colore eodem, ſtriatæ: *ſuperiores* in medio puncto nigro minutiſſimo, ut vix conſpicuo. Alæ omnes *ſubtus* ſimiles atomis nigris; margine poſtico punctis nigris minutiſſimis.

1176. PH. NOCTUA *leporina* ſpirilinguis lævis, alis deflexis albis: punctis nigris ramoſis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 12. *f.* 10-17.
Habitat in *Alno*, *Salice.*

*DESCR.* Similis Ph. lubricipedæ, ſed Alæ paucioribus punctis adſperſæ, *Corpus* totum album, nec flavum, nec abdomine nigro punctato.

1177. PH. NOCTUA *ludifica* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus virentibus abdomineque flavo nigro-punctatis.
Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* Simillima Ph. aprilinæ. *Caput* ſupra album, inter antennas nigrum. *Thorax* albus punctis nigris, antice arcu duplici reflexo nigro. *Alæ ſuperiores* albidæ, characteribus nigris undique adſperſæ, in medio ziphra 2 notatæ. *Abdomen* dorſo criſtatum nigris apicibus, flavum, trifariam longitudinaliter nigro maculatum.

1178. PH. NOCTUA *aprilina* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis ſuperioribus virentibus faſcia maculisque atris: poſtice punctis trigonis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 5. *f.* 22. 23.
Habitat in arbuſtis.

*DESCR.* Media. *Alæ* ex albido-vireſcentes, atro maculatæ, margine poſtico duplici ordine punctorum, figura cuſpidis ſagittæ: Alæ *ſubtus* cinereæ puncto & arcu fuſco; margine poſtico punctis atris acutis. *Pedes* nigro alboque maculati.

1179. PH. NOCTUA *Aceris* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis caneſcentibus; ſuperioribus lineolis undulatis annuloque ovali nigris.
*Friſch. inſ.* 1. *t.* 5.
Habitat in *Acere*, *Æſculo.*

*DESCR.* Media. *Alæ* caneſcenti-cinereæ margine poſtico nigro punctato, ad baſin alæ lineola fuſca; macula ovalis & reniformis ut in affinibus.

1180. PH. NOCTUA *Chi* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis, ſuperioribus χ nigro notatis.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 13.
Habitat in *Aquilegia*, *Delphinio*.
*DESCR.* Media. *Alæ* caneſcentes fuſco-nebuloſæ, in medio χ atro notatæ.

1181. PH. NOCTUA *Pſi* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis: ſuperioribus characteribus ψ nigris.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis canis; maculis ψ -formibus nigris. *Fn.* 879.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 13. *t.* 2. Eruca dorſo ſaccato.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 42. *f.* 5. 6.
*Raj. inſ.* 350. Eruca rarius piloſa, cornu in medio dorſo erecto.
*Goed. belg.* 1. *p.* 62. *t.* 22. Admirabilis.
*Liſt. Goed.* 209. *f.* 92.
Habitat in *Malo*, *Quercu*, *Alno*, *Corylo*.
*DESCR.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* canæ maculis litteræ ψ inverſi adſperſæ. Linea nigra per oculos a roſtro utrinque ſolitaria. *Alæ inferiores* exalbidæ; ſubtus puncto nigro. *Mas* notis ψ manifeſtioribus; *Fæmina* vero omicro nigro ſupra alas ſuperiores diſtinguitur.

1182. PH. NOCTUA *Abſinthii* ſpirilinguis criſtata, alis cineraſcentibus nigricante faſciatis punctatisque; inferioribus albidis.
*Clerck. phal.* *t.* 8. *f.* 9.
*Friſch. inſ.* 7. *p.* 19. *t.* 12.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t* 61.
Habitat in *Artemiſia Abſinthio*.
*DESCR.* Media. *Thorax* tectus valvulis duabus adſcendentibus. *Abdomen* dorſo penicillis nigris. *Alæ ſuperiores* caneſcentes, ſtriatæ: faſciæ duæ, nigricantes, undatæ, inæquales; inter has puncta 4 minima in tetragonum diſpoſita; margo poſticus nigro punctatus. Alæ *inferiores* albidæ, ſubtus puncto nigro.

1183. PH. NOCTUA *conſpicillaris* ſpirilinguis criſtata, alis incumbenti-planis pallide griſeis, oculorum operculis orbiculatis.
Habitat Upſaliæ. T. Bergman.
*DESCR.* Ruſtica mediæ magnitudinis. *Alæ* incumbentes, planæ, griſeæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores. Singularis nota eſt lamina ſubrotunda, cinerea, pone ſingulum oculum, quæ antrorſum flexa tegit totum oculum, ut tantum ſubtus conſpiciatur, & facile, niſi deduceretur, pro oculo ſumeretur.

1184. PH. NOCTUA *umbratica* ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis canis ſtriatis, thoracis valvulis lunatis.

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 25.

Habitat in *Soncho oleraceo.*

*DESCR.* Tota cana, immaculata. *Alæ ſuperiores* fere lanceolatæ & quaſi ex ſtriis compoſitæ. *Thoracis* valvulæ vel connivent ſupra thoracem, vel reflexæ ſupra oculos, tamquam duæ lunulæ antrorſum hirtæ.

1185. PH. NOCTUA *exſoleta* ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis convolutis exſoletis dorſo fuſceſcentibus, collare compreſſo.

*Friſch. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 1.

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 24.

Habitat in *Piſo*, *Atriplice*, *Chenopodio.*

*DESCR.* *Corpus* cinereum. *Alæ* oblongæ, deflexæ, pallidæ ſubfuliginoſæ. Thorax antice pallidus, lateribus ad alarum inſertionem albus, ſubtus pallide ferrugineus, ad os nigricans.

1186. PH. NOCTUA *Verbaſci* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus obſoletis: marginibus lateralibus fuſcis.

*Raj. inſ.* 168. *n.* 25.
352. *n.* 31.

*Friſch. inſ.* 6. *t.* 9.

Habitat in *Verbaſco*, *Scrophularia.*

*DESCR.* Majuſcula & oblonga. *Thorax* tectus duplici criſta connivente pallida, poſt quam a tergo ferrugineus. *Alæ ſuperiores* oblongæ, lividæ margine utroque fuſco, quos margines ſtriga albida in medio ſecat. Subtus fuſcæ faſcia albida obliqua.

1187. PH. NOCTUA *putris* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis obſoletis ſubpunctatis margine exteriore fuſco adjecta macula ſubocellari.

Habitat in hortis.

*DESCR.* Similis Ph. Verbaſci, ſed brevior. Scutelli loco puncta duo, linearia, fuſca *Alæ ſuperiores* lividæ, vix manifeſte lineolis fuſcis undatæ & punctatæ: margo exterior ferrugineus, cui in medio adjacet macula ferruginea cum puncto violaceo.

1188. PH. NOCTUA *Pinaſtri* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſcis characteribus atris margine dorſali poſticoque pallido.

Phalæna ſcabriuſcula *Syſt. nat.* 10. *p.* 516. *n.* 108. *Clerck. phal. t.* 1. *f.* 8.

Habitat in *Pino ſylvatica.*

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* nigræ characteribus atris; ad marginem poſticum ſtriæ atræ; margo inferior poſtice punctis aliquot albis, margo tenuior pallidus linea atra repanda diſtinctus. *Thorax* faſcicularis pallidus.

1189. PH. NOCTUA *Tragopoginis* ſpirilinguis ſubcriſtata, alis ſuperioribus fuſcis: punctis nigris tribus approximatis; inferioribus lividis.

*Friſch. inſ.* II. *p.* 33. *t.* 9.

Habitat in *Tragopogine pratenſi*, *Serratula arvenſi*; Larva viridis lineis 6 albis, ſpiraculis nigris.

*DESCR.* Ruſtica media, inelegans, fuſca. *Alæ ſuperiores* ſupra in medio punctis tribus minimis remotis, quorum 1 anterius, 2 poſteriora. *Inferiores* alæ lividæ.

1190. PH. NOCTUA *exclamationis* ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus fuſcis: lineola atra maculaque cordata; inferioribus albis.

*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 4. Ph. exclamationis.

Habitat in pratis.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* obſcure cinereæ cum aliquot ſtrigis pallidioribus, obſoletis, repandis; juxta maculam ordinariam priorem litura linearis atra; macula ordinaria reniformis itidem atra. *Alæ inferiores* albæ.

1191. PH. NOCTUA *comma* ſpirilinguis criſtata, alis cinereis deflexis lineola nigra adjacente tenuiori alba.

Habitat in hortis, non infrequens.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* cinereæ, ſubſtriatæ; litura linearis atra, a baſi alæ ad ejusdem medium, longitudinalis, cui a latere inferiore adjacet ſtria alba longior. *Alæ ſubtus* cinereæ. *Abdomen* ſubferrugineum.

1192. PH. NOCTUA *gothica* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus fuſceſcentibus arcu nigro linea alba marginato.

*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 1. Phal. gothica.

Habitat in lucis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* cinereæ absque maculis ordinariis: in medio alæ arcus, extrorſum curvatus, niger, linea alba marginatus; Poſtice ſtriga repanda pallida. *Subtus* alæ puncto fuſco & arcu obſoleto.

1193. PH. NOCTUA *C nigrum.* ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis cinereis: macula nigra extus obſoleta lineolaque apicis atra.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis depreſſis cinereis macula obſoleta: ſubtus C obſcuro, inferioribus albidis. *Fn.* 874.

*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 3. Phalæna C nigrum.

Habitat in Hortis frequens.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereæ, macula laterali atra, oblonga, arcuata in ſinu lutea; macula reniformis flaveſcens; litura nigra verſus marginem poſticum. *Alæ inferiores* ſupra fere niveæ.

Alæ

Alæ omnes ſubtus cineraſcentes arcu magno obſoleto fuſco, literam C mentiente. *Thorax* antice griſeus.

1194. PH. NOCTUA *leucomelas* ſpirilinguis criſtata, alis nigricante nebuloſis: macula alba; inferioribus antice niveis.

*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 2. Phalæna leucomelas.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* nigricante nebuloſæ macula magna alba, *inferiores* itidem nigræ, macula adhuc majore, ovata, alba, ad baſin fere dimidiam alam occupante, & margo poſticus alæ albus eſt. *Subtus* alæ omnes concolores, ſed obſcurius nigræ & albæ.

1195. PH. NOCTUA *typica* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſcentibus: ſtrigis pallidis reticulatis maculaque reniformi.

*Rœſ. inſ.* 2. *phal.* 2. *t.* 56.

Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* cinereæ maculis ordinariis margine albo, & ſtrigis tribus albidis, poſtice in ſtrias excurrentibus, unde ala quaſi reticulata.

1196. PH. NOCTUA *Atriplicis* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus nebuloſis litura exalbida bifida.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 31.

Habitat in *Atriplice*, *Rumice.*

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* luteo fuuſcoque nebuloſæ, poſtice ſtriga repanda flaveſcente; juxta maculas ordinarias a latere interiore litura albido flaveſcens, oblonga, poſtice bifida, acuta.

1197. PH. NOCTUA *oleracea* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus fuſceſcentibus bimaculatis ſtrigaque terminalis bidentata.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis depreſſis fuſcis: ſuperioribus macula duplici pallida, thoracis apice baſique gibbis. *Fn.* 877.

*Raj. inſ.* 160. *n.* 10.

Habitat in *Lactuca*, metamorphoſin intra terram ſubiens.

*DESCR.* Faſciculus duplex thoracis a tergo: altero ad baſin thoracis gibbo, altero ad apicem. Phalæna tota fuſca eſt, ſed in medio *Alæ ſuperioris* verſus marginem craſſiorem duæ maculæ pallidæ: quarum prior rotunda, poſterior reniformis. Linea alba intra marginem poſticum duplici dente exiens. Alæ *inferiores* cinereæ. *Anus* barbatus.

1198. PH. NOCTUA *perſpicillaris* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis exuſto-ſtriatis poſtice bis bidentatis, capite umbraculato.

*Clerck.*

*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 3. Phalæna polyodon.
Habitat apud nos rarius. Th. Bergman.

*DESCR.* Media ſ. minor. *Caput* tegitur umbraculis duobus, ſubrotundis, pallidis, quæ faſciis tribus fuſcis picta. *Alæ ſuperiores* quaſi uſtulatæ lato palleſcente ſtriatæ; macula reniformis pallida in medio; poſtice pallidæ ſtriæ deſinunt in 2 dentes juxta angulum exteriorem & in 2 in medio. Alæ *inferiores* ſubtus. ruſeſcentes diſco albo punctoque minimo nigro.

1199. PH. NOCTUA *ſtrigilis* criſtata, alis deflexis nebuloſis: ſtriis abbreviatis nigris intra faſciam terminalem albam.
Habitat in lucis.

*DESCR.* Ruſtica minor. *Alæ Superiores* glauco-cineraſcentes, nebuloſæ: faſcia albida verſus baſin; Faſcia terminalis lata, exalbida, quam intrant ex anteriore parte ſtriæ plures, breves, nigræ.

1200. PH. NOCTUA *Rumicis* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereis bimaculatis: litura marginis tenuioris alba.
*De Geer inſ. t.* 9. *f.* 22.
Habitat in *Rumice*, *Soncho*.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* canæ, nigricante nebuloſæ; macula cana ad baſin alæ; macula alba in medio marginis tenuioris; macula ordinaria prior orbicularis annulo punctoque nigro.

1201. PH. NOCTUA *lucipara* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis purpuraſcentibus: faſcia nigra: poſtice macula flava.
Habitat in lucis rarius.

*DESCR.* Ruſtica minor ſ. media. *Alæ ſuperiores* antice & poſtice latius ruſeſcentes, nitidæ; in medio vero fuſco-nebuloſæ; macula ordinaria poſterior lutea, nitida. *Caput* & *Thorax* fuſca.

1202. PH. NOCTUA *triplaſia* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſtrigis duabus contrariis remotis, maculis tribus glaucis intermediis.
*De* Geer *inſ.* 1. *t.* 6. *f.* 20, 21.
Habitat in *Soncho*, *Humulo*, *Urtica*.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* fuſco-nebuloſæ, ſtrigis duabus recurvis nigris; ante & poſt ſtrigas pallidiores; poſtice ad marginem inferiorem puncta quatuor alba.

1203. PH. NOCTUA *occulta* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſco-nebuloſis: ſtriga inferioribusque brevioribus margine albis.
*Clerck. phal. t* 1. *f.* 6. Phal. occulta.
Habitat apud nos minus frequens. D. D. Holm.

*DESCR.* Inter Ph. ruſticas noſtrates facile maxima eſt. *Alæ Superiores* cano-fuſcoque nebuloſæ; macula ovata, albida, ante reniformem cineream;

ream; Strigæ tres, albæ, repandæ: prima ante maculam ovatam; ſecunda pone cordiformem; tertia anguſtiſſima verſus marginem poſticum. *Alæ inferiores* multo breviores, ſubtus cinereæ puncto arcuque nigricante, margine poſtico omnino albo.

1204. PH. NOCTUA *flavicornis* ſpirilinguis criſtata, alis ſuperioribus cinereis: ſtrigis tribus atris, antennis luteis.
*Clerck. phal. t. 6. f. 9.*
Habitat in *Populo*. T. Bergman.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* ſupra obſcure cinereæ ſtrigis duabus, nigris, repandis, verſus marginem tenuiorem propioribus, interjecta macula albida. *Thoracis* latera gibba, ac ſi rudimentis alarum elevatis tecta. *Antennæ* flaveſcentes, quaſi gradibus lamelloſæ, baſi albæ.

1205. PH. NOCTUA *Braſſicæ* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereo-nebuloſis: macula cordiformi albo maculata.
*Roeſ. inſ. 1. phal. 2. t. 29*
Habitat in *Braſſica*, *Nicotiana*, *Menyanthe*; in agris Weſtrogothiæ frequens.

*DESCR.* Ruſtica media difficile dignoſcenda. *Alæ* cinereæ fuſcoque nebuloſæ; macula reniformis ordinaria aliquot punctis albis commaculata. Margo inferior punctis quatuor albis.

1206. PH. NOCTUA *Piſi* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis griſeo-nebuloſis ſtriga poſtica alba: angulo ani maculari.
*Raj. inſ. 160. n. 10.*
*Roeſ. inſ. 1. phal. 2. t. 52.*
Habitat in *Piſo*, *Jacobæa*.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* griſeo-nebuloſæ, poſtice ſtriga flexuoſa alba, quæ ad angulum ani maculam albam majorem conſtituit.

1207. PH. NOCTUA *Oxyacanthæ* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis griſeſcentibus: macula ovali pallida ſtrigaque ani alba.
*Rœſ. inſ. 1. phal. 2. t. 33.*
Habitat in *Oxyacantha*, *Pruno ſpinoſa*.

*DESCR.* Ruſtica majuſcula. *Alæ ſuperiores* griſeæ macula unica, majore, ovali, luteſcente; poſtice margo latior ciueraſcens; ad marginem tenuiorem juxta anum litura linearis alba fere longitudinalis.

1208. PH. NOCTUA *Perſicariæ* ſpirilinguis criſtata, alis faſciis nebuloſis: macula reniformi alba pupilla lunari flaveſcente.
*Roeſ. inſ. 1. phal. 2. t. 36.*
Habitat in Polygono *Perſicaria*.

DESCR.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* fuſco nigricantes, venis nebuloſæ, margine poſtico quaſi dentatæ atomis albis. *Inferiores* antice pallidæ, poſtice fuſceſcentes margine albido. *Subtus* omnes glauceſcentes: faſcia lata, obſoleta & puncto nigro. *Anus* ferrugineus.

1209. PH. NOCTUA *hepatica* ſpirilinguis criſtata, alis glauceſcentibus: faſcia ferruginea abbreviata terminalique plicata.

*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 3. Ph. hepatica.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* ſupra hepatici coloris: faſcia ferruginea vix ad latus interius extenſa; Faſcia dein terminalis anguſtior, inæqualis, ferruginea; margo poſticus plicato ſubdentatus. *Inferiores* alæ ſubfuſceſcentes margine poſtico flavo. *Subtus* alæ cinereo-rufeſcentes puncto lunari arcuque nigricantibus. *Thoracis* latera fuſco-ferruginea. *Dorſum* Thoracis & Abdominis plurimis dentibus criſtatum.

1210. PH. NOCTUA *plebeja* ſpirilinguis criſtata, alis nigronebuloſis; inferioribus utrinque luteo ferrugineis nigromaculatis.

Habitat in Uplandia. T. Bergman.

*DESCR.* Magnitudo Ph. glyphicæ. *Alæ ſuperiores* ſupra nigro cinereoque nebuloſæ maculis duabus ad marginem interiorem albis; ad baſin alæ puncta duo alba. *Inferiores* alæ utrinque, & Superiores ſubtus luteo-ferrugineæ maculis duabus nigris transverſis & margine poſtico nigro. *Pedes* lanati. *Tibiæ* nigræ, annulis albis.

1211. PH. NOCTUA *Tritici* ſpirilinguis criſtata cinerea: maculis duabus pallidioribus unaque nigricante.

*Friſch. inſ.* 10. *t.* 19.

Habitat in Spicis *Tritici*.

*DESCR.* Ruſtica magnitudine Phalænæ Graminis, difficillime diſtinguenda; *Larva* nuda flava lineis tribus albis. *Corpus* totum cinereum macula ovali & reniformi ut in reliquis ruſticis; juxta ovalem interius macula nigra ejusdem magnitudinis. *Pedes* albis-annulis.

1212. PH. NOCTUA *Vaccinii* ſpirilinguis, alis ferrugineis obſolete nebuloſis puncto ſtrigaque poſtica ſeptem-punctata fuſcis.

Habitat in Vaccinio *Vite idæa.*

*DESCR.* Minor. *Alæ ſuperiores* ſupra triſte ferrugineæ, obſolete-nebuloſæ; in medio puncto majuſculo nigro, poſtice ante marginem ſtriga ex punctis 7, minimis, fuſcis. *Subtus* Corpus & Alæ ferrugineæ ſtriga fuſca. Alæ ſuperiores *ſubtus* & inferiores ſupra nigricantes.

1213. PH. NOCTUA *litura* ſpirilinguis criſtata, alis canis faſcia fuſca lituriſque quatuor marginalibus nigris.

Habitat Holmiæ. C. Clerck.

DESCR.

*DESCR.* Statura Ph gothicæ ſed minor. *Alæ Superiores* canæ lituris quatuor, marginalibus, transverſis, nigris, æquali ſpatio remotis; harum 1 ad baſin alæ; 2. connexa cum oppoſitæ alæ lineola undulata nigricante; 3 connexa cum oppoſita faſcia lata, obſoleta, fuſceſcente, arcuata; 4 ad apicem obliqua lineola, etiam ſubtus conſpicua.

1214. PH. NOCTUA *depuncta* ſpirilinguis criſtata, alis griſeſcentibus: lituris marginalibus nigricantibus, ſtrigaque poſtica punctata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media. *Alæ Superiores* cinereæ ſ. ſubgriſeſcentes: puncta 2 nigra ad baſin; dein puncta 2 ſ. 3. nigra connata in lituram ad marginem craſſiorem; tum macula ovata & reniformis; tandem ſtriga obſoleta obſcurior; demum ordo tranſverſus e punctis nigris minutiſſimis; margo poſticus alæ obſcurior. *Subtus* alæ pallidæ puncto & faſcia lineari transverſa nigricante.

1215. PH. NOCTUA *oculea* ſpirilinguis criſtata, alis ferrugineo-griſeis macula reniformi nivea: pupilla lunali lutea.
Habitat in lucis.

*DESCR.* Ruſtica media ſ. minor. *Alæ ſuperiores* griſeo-nebuloſæ cum obſoleta tinctura ferruginea; macula prior alæ orbiculata, ferruginea, obſoleta; poſterior reniformis in qua lunula lutea margine ferrugineo; in margine craſſiore, pone maculas ordinarias, puncta tria minutiſſima alba. *Subtus* alæ arcu & puncto fuſco.

1216. PH. NOCTUA *plecta* ſpirilinguis ſubcriſtata, alis brunneis linea nigra margineque craſſiore albido.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media ſ. minor. *Alæ ſuperiores* brunneæ, margo craſſior a thorace fere ad apicem albidus; linea nigra a thorace per maculas ordinarias ducta diſtinguit alam brunneam a margine albo; poſtice margo exterior punctis tribus, albis, minutiſſimis. *Subtus* alæ ſuperiores margine poſtico rufeſcentes. Alæ *inferiores* albidæ, puncto ſubtus nigro.

1217. PH. NOCTUA *polymita* ſpirilinguis criſtata, alis cinereis: faſciis tribus albo nigroque variegatis.
*Merian. europ. t.* 35?

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* cinereæ; faſciæ tres, albæ, nigro variegatæ, uti etiam maculæ duæ ordinariæ; margo poſticus punctis ſagittatis nigris. *Thorax* tres maculas albas majuſculas gerit.

1218. PH. NOCTUA *retuſa* ſpirilinguis ſubcriſtata, alis griſeis retuſis: ſtrigis tribus pallidioribus.
Habitat in Lucis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* poſtice retuſæ; colore cinereo-griſeſcente, minime nebuloſæ, ſtrigis tribus pallidioribus: prima ad baſin; ſecunda oblique transverſalis, quam macula ovalis & reniformis excipit; ter-

X tia

ſia transverſalis obliqua, quam linea transverſalis flexuoſa ſequitur. *Subtus* alæ cinereæ puncto & arcu fuſcis.

1219. PH. NOCTUA *polyodon* ſpirilinguis criſtata cinereo-nebuloſa margine poſtico multidentato.

Habitat in hortis frequens.

*DESCR.* Ruſtica majuſcula. *Alæ ſuperiores* cineraſcentes, nebuloſæ: ſtriga flexuoſa ante maculas ordinarias: pone easdem ſtriga una alterave undulata pallidior; margo poſticus octo circiter dentibus terminatus. *Subtus* punctum fuſcum & arcus obſoletus.

1220. PH. NOCTUA *nigricans* ſpirilinguis criſtata, alis nigricantibus maculis ordinariis pallidioribus.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* fuſco-nigricantes magis quam in alia ulla noſtratum, uti etiam totum corpus. *Inferiores* alæ parum albeſcentes.

1221. PH. NOCTUA *turca* ſpirilinguis criſtata, alis cinereo-rufis ſtrigis duabus fuſcis, lunula alba.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* cinereo-rufæ ſ. vinacei coloris ſtrigis duabus remotiſſimis, in medio lunula minuta alba, absque ullis maculis ordinariis. *Subtus* alæ omnes purpuraſcentes ſtriga fuſca.

1222. PH. GEOMETRA *Sambucaria* pectinicornis, alis caudato-angulatis flaveſcentibus: lineis duabus; poſticis apicibus bipunctatis.

*Gœd. inſ.* 2. *t.* 84.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 6.
*Raj. inſ.* 177. *n.* 1.

Habitat in *Sambuco* Scaniæ.

*DESCR.* Magna. *Alæ* ſupra albido-flaveſcentes: *anticæ* ſupra ſtrigis duabus, luteſcentibus; *poſticæ* unica: hujus angulus poſticus rufeſcens, in caudam ſubulatam exiens, ad quam utrinque punctum fuſcum; exteriore purpuraſcente. *Subtus* omnes albidæ, immaculatæ.

1223. PH. GEOMETRA *amataria* pectinicornis, alis angulatis: omnibus pallidis pulverulentis, ſtriga ferruginea transverſa, fuſcaque curva repanda.

*Wilk. pap. t.* 1. *a* 5.

Habitat in *Quercu.*

*DESCR.* Media. *Alæ* albidæ, pulverulentæ: Striga ferruginea, recta, transverſa, ab angulo alæ primoris ad oppoſitæ angulum ducta; alia ab eodem angulo ad oppoſitum curva repanda fuſca; apices alarum margine rufi.

1224

1224. PH. GEOMETRA *falcataria* pectinicornis, alis falcatis glaucis: anticis undis faſciaque griſeis, puncto fuſco.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 24. *f.* 7.
Habitat in *Betula* & *Alno*.
*DESCR.* Media. *Alæ* glaucæ, utrinque griſeo-undatæ: *Anteriores* falcatæ: ſtriga ferruginea pone punctum majuſculum fuſcum.

1225. PH. GEOMETRA *putatoria* pectinicornis, alis angulatis: omnibus albidis: ſtrigis duabus candidis repandis.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 9. Phalæna putata.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* Color albus margaritaceus: ſupra *Alæ omnes* ſtrigis duabus, albis, repandis, abſque puncto centrali; *Subtus* omnes niveæ.

1226. PH. GEOMETRA *lactearia* bipectinicornis, alis angulatis albis immaculatis, antennis apice ſetaceis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis tota nivea. *Fn.* 865.
Habitat paſſim non infrequens.
*DESCR.* Magnitudo minor. *Alæ* omnes niveæ immaculatæ: *poſticæ* angulo recto terminatæ. *Antennæ* inferiore parte valde hirſutæ; ſuperiore omnino ſetaceæ.

1227. PH. GEOMETRA *vernaria* pectinicornis, alis vireſcentibus: ſtrigis duabus albis repandis, antennis apice ſetaceis.
Habitat in Dalekarlia. *C. Blom.*
*DESCR.* Præcedenti ſimillima, ſed *Alæ* pallide vireſcentes ſtrigis duabus, albis, repandis: altera verſus poſtica. *Subtus* tota pallidior. Accedit ad Ph. viridatam.

1228. PH. GEOMETRA *vibicaria* pectinicornis, alis angulatis glauceſcentibus puncto faſcia ſtrigaque purpureis.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 2. Phalæna vibicaria.
Habitat ad Liumkihl. *A. Berger.*
*DESCR.* Media. *Antennæ* pallidæ. *Alæ* pallidæ ſ. glaucæ; in ſingulis punctum purpureum, transverſum; faſcia purpuraſcens antice ſaturatior; ſtriga purpuraſcens; margo omnis purpuraſcens. *Subtus* alæ omnes purpuraſcentes.

1229. PH. GEOMETRA *lacertinaria* pectinicornis, alis eroſis luteſcentibus: poſtice ſaturatioribus ſtrigis duabus ferrugineis punctoque fuſco.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 7. *f.* 7. 8.
Habitat in *Quercu*.
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* flavæ, ſubnebuloſæ, poſtice obſcuriores, margine inæqualiter dentato; ſtrigæ duæ, ferrugineæ obliquæ inter quas punctum fuſcum.; Inter dentes marginis poſtici maculato albæ; *In-*

*feriores* ſupra albicantes. *Subtus* omnes flavæ, poſtice ſubnebuloſæ, puncto fuſco in medio.

1230. PH. GEOMETRA *Alniaria* pectinicornis, alis eroſis flavis fuſco pulveratis: ſtrigis duabus fuſcis.

Phalæna pectinicornis elinguis; alis angulato-dentatis fulvis: linea duplici fuſcis, thorace flavo *Fn.* 834.

*Gœd. belg.* 2. *p.* 161. *t.* 38. Terribilis an?

*Raj. inſ.* 290. *n.* 21. Eruca geometra rubeſcens teres bacilliformis, cum duplici tuberculo inſigni in medio dorſo & tribus inferioribus exſtantibus annulis e tuberculis compoſitis.

Habitat in *Alno* cujus foliis paſcitur.

*DESCR. Larvæ* facies adeo exacte refert ramulum Alni, præcedentis ſ. penultimi anni, ut vix natura quid magis ſimile unquam effinxerit craſſitie, figura, colore, tuberculis, ſcabritie, omnibus, eſt enim longitudo Larvæ 3 ad 4 digitorum transverſorum, craſſities fere pennæ minoris anſerinæ; color cinereo-griſeus; pedes 10 quorum 6 antecedentes prope caput, breves; 2 in cauda; 2 paulo ante pedes ani. verſus caudam ſenſim incraſſatur animal; verſus caput, quod mirum: attenuatur. Lævis eſt; variis tuberculis veſtigia petiolorum referentibus, ut, qui viderit alni ramulum, non opus habeat deſcriptione.
*Phalæna* ipſa prodiit poſt menſem. *Thorace* hirſuto, flavo: *Abdomine* incarnato; *Alis* omnibus angulatis ſive eroſis, fulvis: *ſuperioribus* lineis duabus obſolete fuſcis, remotis; *inferioribus* ſupra, etiam ſubtus fulvis; ſed punctis fuſcis, obſoletis, temere ſparſis cum macula lunari fuſca in medio, & punctis nigris in margine alarum omnium. *Os* nullum. *Antennæ* barbatæ; rachi albida villis incarnatis.

1231. PH. GEOMETRA *pennaria* pectinicornis, alis rufeſcentibus: ſtrigis duabus obſcurioribus punctoque ſubterminali nigro centro albo.

Habitat in W:gothia. T. Bergman.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis, Corpus colore cinnamomeo. *Antennæ* ſimillimæ pennæ, longitudine dimidii corporis. *Alæ ſuperiores* ſtrigis duabus, tranſverſis interjecto puncto, fuſceſcentibus; Ante angulum alæ punctum nigricans medio album, utrinque conſpicuum. *Subtus* concolores.

1232. PH. GEOMETRA *Pruniaria* pectinicornis, alis ſubdentatis luteis fuſco pulveratis: anticis lunula fuſca.

*Uddm. diſſ.* 69. Phalæna alis patentibus pallidis dentatis puncto fuſco oblongo.

*Alb. inſ.* 42. *t.* 69.

Habitat in *Pruno ſpinoſa.*

*DESCR.* Major. *Alæ* maris fulvæ, Feminæ flavæ, utriſque conſperſæ ac pulveratæ fuſco colore; in medio utrinque lunula fuſca; margo poſticus *inferiorum* quaſi dentatus adparet maculis fuſcis.

1233. PH. GEOMETRA *Piniaria* pectinicornis, alis omnibus fuſcis: diſco bimaculato albo; ſubtus nebuloſo-ſubfaſciatis.

Phalæna pectinicornis ſpirilinguis, alis planiuſculis rotundatis, ſupra fuſcis: antrorſum albis.

*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 10. Phalæna Piniaria.

*Udd. diſſ.* 64.

Habitat in *Pino.*

*DESCR.* Magnitudo media, *Antennæ* magnæ, nigræ. *Alæ* omnes ſupra fuſcæ, margine albæ, & verſus baſin in medio albæ macula alba ex duabus oblongis coalita; ſubtus omnes cinereo punctatæ lineolis undulatis duabus griſeis; *ſuperiores* ſubtus macula una alterave albicante magna.

1234. PH. GEOMETRA *Tiliaria* pectinicornis, alis luteſcentibus: ſubtus nebuloſo-faſciatis linea alba interrupta.

Phalæna pectinicornis, alis planiuſculis rotundatis nebuloſis luteſcentibus; inferioribus linea longitudinali albida. *Fn.* 818.

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 11. Phalæna Tiliaria.

Habitat in *Tilia*, *Betula.*

*DESCR. Antennæ* lanceolato-pectinatæ, fuſcæ. *Alæ* luteæ, obſcurius faſciatæ nebuloſæ utrinque maculis obſolete teſtaceis ſeu luteis temere adſperſæ, & *alæ inferiores* ſubtus linea albicante longitudinali bis fere interrupta notatæ.

1235. PH. GEOMETRA *elinguaria* pectinicornis, alis flavis: anticis faſcia lutea: medio puncto nigro.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 9.

Habitat in *Pyro.*

Habitat in Scania.

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes flavæ: *Superiores* faſcia latiſſima, ſaturatiore, lutea, diſtincta margine ferrugineo, in medio puncto majuſculo fuſco. Margo poſticus omnium ſupra punctis minutiſſimis nigris. *Subtus* alæ omnes poſtice pallidiores.

1236. PH. GEOMETRA *hirtaria* pectinicornis, alis hirtis canis: ſtrigis tribus nigris; poſterioribus approximatis, antennis atris.

*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 1. Phalæna hirtaria.

Habitat ruri.

*DESCR.* Media, ſtatura Noctuæ, thorace valde hirſuto craſſo. *Alæ* deflexæ, canæ, hirtæ: ſtrigis tribus nigris quarum duæ poſteriores propiores; venæ alarum elevatæ. *Inferiores* alæ poſtico margine albo maculato. *Femora* valde hirſuta. *Antennæ* nigræ, apice ſetaceæ ſunt.

1237. PH. GEOMETRA *Betularia* pectinicornis, alis omnibus albis ſubfaſciatis atomisque nigris, thorace faſcia atra.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus niveis: atomis cineraſcentibus ſparſis. *Fn.* 850.
*Act. ſtockh.* 1755. *p.* 214 *t.* 6. *f.* 3.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 17. *f.* 22.
*Gadd. ſatäg.* 82.
Habitat in *Betula.*
*DESCR.* Media. Tota alba pulvere atomisve nigris undique adſperſa. *Alæ* utrinque obſolete ſubfaſciatæ. *Antennæ* nigræ, apice ſetaceæ.

1238. PH. GEOMETRA *defoliaria* pectinicornis, alis ſubgriſeis medio albis puncto lituraque poſtica nigris; femina aptera.
*Clerck phal. t.* 7. *f.* 4. Phalæna defoliaria.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 30.
*Roeſ. ſupp.* 83. *t.* 14. femina.
Habitat in *Malo.*
*DESCR.* Media. *Antennæ* flavæ. *Alæ ſuperiores* flaveſcentes, atomis fuſcis adſperſæ: faſcia lutea ad baſin; Faſcia poſtica lutea fracta, poſtice lituris fuſcis; margo poſticus fuſco maculatus; Punctum fuſcum in medio alæ. *Inferiores* flavæ atomis fuſcis. *Femina* aptera facie larvæ Coccinellæ ſeptem punctatæ.

1239. PH. GEOMETRA *Ribearia* pectinicornis, alis griſeis fuſco-ſubfaſciatis: faſcia poſtica moniliformi.
*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 5. Phalæna Ribeata.
Habitat in *Ribe rubro.*
*DESCR.* Magnitudo Ph. Groſſulariatæ. *Alæ ſuperiores* griſeæ: faſciis marginalibus tribus, nigris, abbreviatis; quarta faſcia transverſa ex maculis nigris orbiculatis concatenata; margo poſticus lineolis nigris. *Inferiores* alæ minus faſciatæ. *Subtus* omnes alæ magis luteo-griſeæ.

1240. PH. GEOMETRA *melanaria* pectinicornis, alis nigropunctatis maculatisque: anticis albidis; poſterioribus luteis.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 2. Phalæna melanaria.
*Uddm. diſſ.* 65. Phalæna alis inferioribus flavis: maculis plurimis inæqualibus nigris.
Habitat in *Pino* ſylveſtri.
*DESCR.* Magnitudo & facies Ph. Groſſulariatæ. *Alæ* omnes maculis ſubrotundis numeroſis undique adſperſæ, colore luteæ, ſed *ſuperiores* ſupra albidæ. *Abdomen* flavum.

1241. PH. GEOMETRA *papilionaria* pectinicornis, alis omnibus viridibus: ſtrigis duabus albidis undatis; poſticis repandis, antennis flavis.
Phalæna albo vireſcens alis planiuſculis. *Fn.* 922.
*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 18. *f.* 3.

Habi-

Habitat in *Tilia*.

*DESCR.* Magnitudo Pap. Braſſicæ. *Alæ* virides: ſtrigis duabus: poſterioribus albidis, obſoletis, undulatis, cum rudimento tertiæ verſus baſin; *Inferiores* alæ margine repandæ, ſimiliter pictæ. *Antennæ* & *pedes* flaveſcentes.

1242. PH. GEOMETRA *faſciaria* pectinicornis, alis omnibus rufeſcentibus: faſcia lata ferruginea margine alba.
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 5. Phalæna faſciaria.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media. *Alæ* rufeſcenti-cinereæ: faſcia lata, tranſverſa, ferruginea, margine antice & poſtice alba; *Subtus* alæ glaucæ ſunt.

1243. PH. GEOMETRA *pulveraria* pectinicornis, alis omnibus teſtaceis, faſcia lata ferruginea; ſubtus purpuraſcenti-ferrugineis.
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 6. Phalæna pulveraria.
Habitat Holmiæ.

*DESCR.* *Alæ* omnes *ſubtus* ſaturatiſſime fulvo-ferrugineæ; *ſupra* cinereo pulverariæ.

1244. PH. GEOMETRA *pendularia* pectinicornis, alis omnibus cinereis ocello ferrugineo ſtrigaque nigro-punctata.
*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 5. Phalæna pendularia.
Habitat in *Salice* Larva incarnata, pupa pendula.

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes cineraſcentes; in medio alarum omnium ocellus ferrugineus pupilla alba; pone ocellum ſtriga ex punctis nigris & margo poſticus nigro punctatus. *Subtus* concolores, ſed absque ocello.

1245. PH. GEOMETRA *atomaria* pectinicornis, alis omnibus luteſcentibus; faſciis atomisque fuſcis.
Phalæna pectinicornis ſpirilinguis, alis planiuſculis angulatis flavis fuſco nebuloſis. *Fn.* 840.
*Friſch. inſ.* 13. *t.* 5.
Habitat in *Tilia*.

*DESCR.* Minor. *Alæ* fuſcæ atomis flavis ſ. flaveſcentibus; faſciis fuſcis, obſcuriores ſupra quam ſubtus; *Subtus* unica faſcia obſcura.

1246. PH. GEOMETRA *carbonaria* pectinicornis nigra, alis ſtrigis tribus albidis undatis ſubinterruptis: antica remotiore.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 11. Phalæna carbonaria.
Habitat ruri.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis. *Alæ* ſubtus obſoletiores.

1247. PH. GEOMETRA *fuliginaria* pectinicornis, alis nigris albo punctato-undulatis, ſubtus griſeſcentibus.

*Clerck. phal. t. 8. f. 7.*
Habitat ruri

DESCR. Statura Ph. atomariæ, ſed minor & tota atra. *Antennæ* minores. *Alæ* faſciis undatis, interruptis, albis. *Subtus* griſeæ, albo punctatæ.

1248. PH. GEOMETRA *wauaria* pectinicornis, alis cinereis: anticis faſciis quatuor nigris abbreviatis inæqualibus.
Phalæna pectinicornis ſpirilinguis, alis patentibus albidis: lineolis quatuor nigris transverſis marginalibus. *Fn.* 845.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 44. Papilio alis planis albidis, faſciis linearibus nigricantibus.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 23. *t.* 35. Somnolentus.
*Liſt. gœd.* 38. *t.* 12.
*Pet. muſ.* 3. *n.* 4. Phalæna hortenſis media cinerea, maculis fuſcis notata.
*Raj. inſ.* 179. Phalæna minor, alis amplis e cinereo albicantibus, interdum fuſco cinereis, quatuor in exteriorum margine maculis linearibus e rufo nigricantibus.
*Friſch. germ.* 3. *p.* 15. *t.* 3. *f.* 1. Eruca ſpithametra viridilutea maculis nigris.
*Merian. eur. t.* 25.
*Vulgò* W. littera.
Habitat in *Ribe rubro* & *Groſſularia.*

DESCR. *Antennæ* albidæ, parum plumoſæ. *Alæ* planæ, ſupra cinereo albidæ; majores margine exteriore notatæ lineolis quatuor transverſis nigris, quarum ſecunda reliquis longior, quarta vero latior. Alæ ſubtus ſubgriſeæ ſunt. *Mas* antennis pectinatis. *fœmina* omnino ſetaceis, & tantummodo ſerratis.

1249. PH. GEOMETRA *margaritaria* ſubpectinicornis, alis margaritaceis: faſcia rivulari luteſcente: extremitatibus fuſcis.
Habitat Holmiæ. *C. Clerck.*

DESCR. Magnitudo præcedentis. *Alæ* faſcia lineari, luteſcente, a medio anteriorum ad angulum ani; ante hanc faſciam ala albo-cæruleſcens ſ. margaritacea: faſcia una alterave ad baſin; in medio ſuperiorum litera B romana luteſcens; extra faſciam communem ala fuſca vel fuſco-cæruleſcens; margo extimus ex villis ſæpe albis.

1250. PH. GEOMETRA *punctaria* pectinicornis, alis angulatis cinereo-griſeſcentibus: ſtriga ferruginea ordineque transverſo punctorum atrorum.
*Udd. diſſ.* 67. Phalæna alis pallide griſeis linea transverſali ferruginea.
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 11. Phalæna punctaria.

Habi-

Habitat in Finlandia.

*DESCR.* Minor. *Alæ* flaveſcentes: poſteriores angulatæ. Striga omnibus ferruginea in medio; ordo punctorum atrorum pone ſtrigam in utraque pagina omnium alarum.

1251. PH. GEOMETRA *puſaria* pectinicornis, alis omnibus niveis: ſtrigis tribus obſoletis.

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 6. Phalæna puſaria.

Habitat in *Alno*, *Betula.*

*DESCR.* Parva. Tota alba. *Alæ* omnes ſupra niveæ atomis vix conſpicuis cineraſcentibus adſperſæ: Strigæ tres obſolete cinereæ, æquali ſpatio remotæ. *Subtus* omnes alæ niveæ; ſuperiores ad coſtam atomis pulveratæ.

1252. PH. GEOMETRA *proſapiaria* pectinicornis, alis luteſcentibus: faſcia ſaturatiore utrinque ſtriga glauca diſtincta.

*Uddm. diſſ.* 66. Phalæna alis primariis dilute cinnamomeis: faſciis duabus linearibus ſubcæruleis.

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 1. Phalæna proſaparia.

Habitat in Finlandiæ Sylvis Abiegnis.

*DESCR.* Majuſcula, tota cinnamomea, tam ſupra quam ſubtus. *Alæ ſuperiores* faſcia ſaturatiore margine utroque glauceſcente. *Inferiores* ſtriga ſaturatiore, margine poſtico glauceſcente. *Subtus* alæ ſuperiores margine tenuiore albidæ.

1253. PH. GEOMETRA *quadrifaſciaria* pectinicornis, alis griſeis: faſcia fuſca undata puncto atro.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 4. Phalæna quadrifaſciata.

Habitat Holmiæ.

*DESCR.* Minor, facie Ph. Chenopodiatæ. *Alæ ſuperiores* ſupra griſeæ: Faſcia in medio nigricans, undulata, poſtice repanda; utrinque diſtincta ſtriga alba; in medio faſciæ punctum nigrum. *Inferiores* alæ cineraſcentes, ſubfaſciatæ. *Subtus* Alæ puncto centrali & arcu gemino; ſingulo ex arcu duplici fuſco conſtructo.

1254. PH. GEOMETRA *purpuraria* pectinicornis, alis luteis margine anticarumque faſciis duabus purpureis.

*Gœd. inſ.* 2. *t.* 12.

Habitat in *Pruno ſpinoſa*, *Quercu.*

*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* ſupra luteæ: faſciis duabus margineque poſtico ciliari purpuraſcentibus. *Subtus* luteæ: faſcia fuſca.

1255. PH. GEOMETRA *bidentata* ſeticornis, alis eroſis griſeis puncto nigro ocellari: ſuperioribus faſcia ſaturatiore.

*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 2. Geometra bidentata.

*De Geer. inſ.* 1. *t.* 25. *f.* 6.

Habitat in *Roſa*, *Alno*.

*DESCR.* Majuſcula, griſea. *Alæ* griſeæ, omnes in medio utrinque puncto pallido latiuſculo margine atro; poſtice eroſæ. Superiores faſcia lata, antice & poſtice diſtincta lineola alba interrupta. *Subtus* omnes ſtriga repanda nigricante; area poſterior pallidior & margo alarum poſticarum ſubtus nigro punctatus. Affinitas Ph. Alniariæ, ſed antennæ, in meis, omnes ſetaceæ.

1256. PH. GEOMETRA *viridata* ſeticornis, alis angulatis omnibus viridibus: ſtriga pallida.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus viridibus. *Fn.* 857.
*Harris. inſ.* 7. *t.* 3. *f. e-*I.
Habitat in *Oxyacantha*, *Quercu*.

*DESCR.* Parva tenera. *Alæ* omnes virides: ſupra ſtriga pallida margineque craſſiore flaveſcente.

1257. PH. GEOMETRA *emarginata* ſeticornis, alis omnibus pallidis emarginato-angulatis: ſtrigis duabus griſeis.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 12.
Habitat Holmiæ.

*DESCR.* Parva. *Alæ* flaveſcenti pallidæ: ſtrigis duabus, linearibus, griſeis, remotiſſimis; punctum fuſcum in diſco; omnes alæ poſtice obſolete emarginatæ ſunt. *Subtus* concolores.

1258. PH. GEOMETRA *notata* ſeticornis, alis angulatis pallidis: faſciis tribus ſubfuſcis; ſuperiorum poſtica nigricante commaculata.
*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 11. Phalæna notata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Parva. *Alæ* pallidæ, atomis fuſcis adſperſæ; faſciæ tres anguſtæ, fuſcæ; in tertiæ faſciæ medio puncta quatuor fuſca, in tetragonum æqualiter diſpoſita, ſtercora muſcarum referentia; margo poſticus omnium alarum fuſca linea; quæ in anteriore lunulam fuſcam craſſiorem efficit & quaſi emarginaturam.

1259. PH. GEOMETRA *dubitata* ſeticornis, alis anticis griſeo-glauceſcentibus: faſcia æneo purpuraſcente; poſticis dentatis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus dentatis: faſciis cupreo cinereis. *Fn.* 842.
Phalæna dubitata.
*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 2. Phalæna dubitata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Major. *Alæ* omnes, imprimis inferiores, poſtice dentatæ. *Superiores* ſupra obſcure glauceſcentes; faſcia rufeſcente, ænea, lata repanda nitidula: ante marginem poſticum quaſi ſtriga e punctis pallidis. *Subtus*

*tus* obſcure glaucescentes venis fuſco-punctatis & puncto nigro minimo in medio. Difficillime hæc verbis deſcribitur.

1260. PH. GEOMETRA *repandata* ſeticornis, alis cinereis: omnibus fuſco-undatis; poſticis margine repando atro.
*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 8. Phalæna repandata.
Habitat in Sylvis.
*DESCR* Majuſcula. *Alæ* omnes ſupra canæ fuſco undatæ & fere nebuloſæ; faſcia nigra repanda. Margo poſticus obtuſe dentatus nigra lineola circumſcribitur. *Subtus* omnes alæ cineraſcentes, fuſco undatæ; *inferiores* puncto nigricante in medio.

1261. PH. GEOMETRA *Groſſulariata* ſeticornis, alis albidis: maculis rotundatis nigris: anticis ſtrigis luteis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis patentibus albis; maculis inæqualibus nigris plurimis. *Fn.* 849.
*Mouff. angl. p.* 905.
*lat. p.* 96. *n.* 10.
*Jonſt. inſ. p.* 89. *n.* 10. *t.* 6.
*Merr. eur.* 1. *p.* 11. *t.* 29. (male antennis clavatis.)
*Gœd. belg.* 1. *p.* 101. *t.* 31.
*Liſt. gœd. p.* 24. *f.* 9.
*Blank. belg. p.* 41. *t.* 7. *f. E. F. G. H.* Geometra.
*Friſch. germ.* 3. *p.* 14. *t.* 2. Spitrhometra nigro luteoque maculata.
*Pet. muſ.* 3. *n.* 4. Phalæna hortenſis alba, maculis plurimis nigris inſignita.
*p.* 4. *n.* 7. Eruca geometrica, pulchre variegata, groſſularias depaſcens.
*Raj. inſ.* 178. *n.* 14. Phalæna media, alis amplis albis, maculis crebris nigris & lineis transverſis luteis variis.
179. Eruca geometra groſſularia majuſcula alba rubro & nigro coloribus varia.
373. *n.* 1. Eruca geometra groſſulariam depaſcens.
Habitat in *Ribes* Speciebus, *Amygdalo*, *Salice*, *Pruno ſpinoſa.*
DESCR. Major. *Caput* nigrum. *Corpus* fulvum, nigro-maculatum. *Alæ* albæ: *ſuperiores* faſciis duabus fulvis maculis rotundis & lituris oblongis atris; margo poſticus 7 punctis atris. *Poſticæ* alæ albæ nigris punctis in diſco & margine. *Subtus* omnes concolores, ſed absque faſciis fulvis.

1262. PH. GEOMTERA *teſtata* ſeticornis, alis ſuperioribus fulveſcentibus: macula pallida ſtriga alba, lineolaque apicis alba.
Habitat rarius apud nos.

DESCR.

*DESCR.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* colore cinnamomeo: in anteriore ala macula curva marginem exteriorem tangens: in poſteriore ſtriga albida, exterius recta, interius curva, lineola ut in chenopodiata, ad apice malæ, ſed alba, cui poſtice adjacet macula ſaturatior. *Subtus* alæ pallidæ puncto centrali nigro & arcu fuſceſcente, ſed ex duabus ſtrigis conſtante.

1263. PH. GEOMETRA *Chenopodiata* ſeticornis, alis anticis teſtaceis: faſciis tribus griſeis puncto prominulo apicisque lineola ſupra fuſca.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis patentibus: faſciis tribus griſeis, punctoque nigricante. *Fn.* 856.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 24. *n.* 47. Papilio alis planis griſeis, faſcia pallida.

Habitat in *Chenopodio.*

*DESCR. Alæ ſuperiores* plano-patentes, flavæ, nitidiuſculæ, faſciis tribus griſeis: quarum prima ad baſin, ſecunda ſpatio remota, anguſta; tertia magis remota, latior, pone undulata litura linearis ad apicem alæ ſuperioris nigricans. Alæ *inferiores* flaveſcentes: ſingulæ alæ ſubtus in medio puncto nigro notatæ: *pedum* priorum palmæ albo fuſcoque variæ, magnitudo mediocris: in alis ſuperioribus inter faſcias duas poſteriores punctum nigrum; pars poſtica alarum ſuperiorum immaculata flaveſcens. Maris antennas pectinatas eſſe retulit *T. Bergman.*

1264. PH. GEOMETRA *comitata* ſeticornis, alis anticis flaveſcentibus: faſciis tribus griſeis puncto apicisque lineola utrinque fuſcis.

Habitat in Hortis.

*DESCR.* Præcedenti paullo minor. *Alæ ſuperiores* ſupra flavæ: faſciis tribus, griſeſcentibus: prima ipſius baſeos, ſecunda paullo anguſtior, cui adjacet punctum nigrum; tertia latior, poſtice ſinuata. Ad apicem alæ litura linearis nigricans.

1265. PH. GEOMETRA *Citrata* ſeticornis, alis griſeis macula ſubterminali albo-fulva ſtrigaque alba, apicis lineola fuſca.

Habitat in Foliis *Citri*, quæ noctu edebat Larva geometra viridi-palleſcens. *Rolander.*

*DESCR.* Magnitudo Ph. Piniariæ. *Alæ ſuperiores* ſupra griſeæ; juxta marginis craſſioris poſtica macula magna albida, poſtice ſubferruginea, quam excipit ſtriga alba tenuiſſima undulata; in apice alæ litura litura linearis nigra, ut duabus præcedentibus. *Subtus* cinereæ, poſtice pallidius.

1266. PH. GEOMETRA *Populata* ſeticornis, alis flaveſcentibus: anticis ſubfaſciatis, media maculis flavis rotundis: apicis litura fuſca.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 13, 14. Phalæna populata.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 15. Phalæna dotata.

Habi-

Habitat in *Populo.*

*DESCR.* Media. *Alæ* flavæ; *Superiores* faſcia baſeos ſubgriſea; Faſcia ſubgriſea, media lata, poſtice repando-angulata. in medio notata aliquot maculis ſuborbiculatis flavis; Faſcia terminalis anguſtior: litura linearis fuſca in apice. *Subtus* flaveſcentes puncto centrali nigricante; primores *ſubtus* medio litura fuſca ſubfaſciata & litura fuſca lata ad marginem poſticum.

1267. PH. GEOMETRA *Prunata* ſeticornis alis griſeis: anticis faſciis duabus pallidis repandis: poſtica ſemiterminali.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis alis patentibus: faſcia duplici fuſca albaque alternis. *Fn* 865.

*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 3. Phalæna Prunata.

Habitat in *Pruno.*

*DESCR.* major. *Alæ ſuperiores* fuſceſcentes: faſcia anteriore alba undata; poſteriore terminali latiore maculata & pone hanc macula marginalis etiam in pagina inferiore conſpicua. *Inferiores* albidæ, ſubtus puncto in medio & alio ad angulum alæ.

1268. PH. GEOMETRA *miata* ſeticornis, alis vireſcenti-undulatis: faſciis duabus latioribus albis.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis patentibus cinereo-maculatis. *Fn.* 863.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 43. Papilio alis planis vireſcentibus cinereo-maculatis.

*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 3. Phalæna miata.

Habitat in Hortis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* cinereo-vireſcentes faſciis obſcurioribus & pallidioribus fere nebuloſæ. In medio faſcia pallidior punctis nigris vix manifeſtis.

1269. PH. GEOMETRA *Juniperata* ſeticornis, alis cineraſcentibus: anterioribus faſciis duabus griſeis lineolaque apicis fuſca.

*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 8. Phalæna juniperata.

Habitat in *Junipero.* D. C. Solander.

*DESCR.* Parva, ſtatura Ph. Prunatæ. *Alæ ſuperiores* faſcia ipſius baſeos cineraſcente; Faſcia lata in medio alæ, inæqualis, ad marginem interiorem fere interrupta; linea ad alæ apicem fuſca. *Reliquæ* omnibus paginis cinereæ margine poſtico lineari, fuſco.

1270. PH. GEOMETRA *didymata* ſeticornis, alis albidis obſolete cinereo-bifaſciatis: poſteriori macula fuſca biloba.

*Clerck. phal t.* 6. *f.* 10. Phalæna didymata.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Minor. *Alæ ſuperiores* ſupra albidæ faſciis duabus cinereo-nebuloſis; altera in medio; altera terminalis in cujus medio macula didyma

dyma fuſca; margo poſticus nigro-punctatus, apicis litura linearis nigricans. *Subtus* glaucescentes puncto centrali nigro, arcuque duplici fuſco.

1271. PH. GEOMETRA *plagiata* ſeticornis, alis anticis canis: faſciis trilineatibus nigricantibus repandis.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 1. Phalæna plagiata.

Habitat in Sylvis rarius.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra cineraſcentes: faſciis quinis: ſingulis ex tribus lineis fuſcis: harum prima baſeos macula marginali nigricante; ſecunda magis obſoleta; tertia litura in medio nigra; quarta ad marginem exteriorem nigricans; quinta magis obſoleta. *Inferiores* cinereæ litura fuſca ad ſuperioris marginem exteriorem; poſterius ſubtus fuſca.

1272. PH. GEOMETRA *undulata* ſeticornis, alis albidis omnibus ſtrigis confertisſimis transverſis undulatis fuſcis: poſticis ſubdentatis.

*Uddm. diſſ.* 71. Phalæna alis patentibus dentatis fuſcis: lineis plurimis confertis albidis & fuſcis acute undulatis.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 3. Phalæna undulata.

Habitat in *Salice caprea.*

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes ſupra cineraſcentes: ſtrigis numeroſisſimis, albidis, undulatis obtectæ. *Subtus* concolores, ſed obſoletæ puncto centrali nigricante.

1273. PH. GEOMETRA *liturata* ſeticornis, alis ſubangulatis cineraſcentibus: litura poſtica flava, apice ſubtus dealbatis.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 6. Phalæna liturata.

Habitat Upſaliæ. *Joh. Alſtrömer.*

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* cineraſcentes, margine exteriore lituris fuſcentibus obſoletis; poſtice faſcia brevis flaveſcens. *Inferiores* ſupra faſcia obſoleta flaveſcente. Omnes *ſubtus* margine poſtico dealbatæ. *Caput* & *Collare* flava.

1274. PH. GEOMETRA *atrata* ſeticornis atra, alis erectis: anticis apice albis.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis tota atra, alis erectis apice albis. *Fn.* 864.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 35. Papilio alis planis nigris: apicibus albis.

Habitat in *Paſcuis* menſe Junio & Julio frequens.

*DESCR.* Eſt e minoribus. Tota atra, exceptis ſummis apicibus alarum exteriorem margine albis; dum ſedet alas erectas, uti Papiliones, tenet.

1275. PH. GEOMETRA *clathrata* ſeticornis, alis omnibus flaveſcenti-albis: lineis nigris decuſſatis.

*Clerck.*

*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 11. Phalæna clathrata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Parva. *Alæ* concolores: omnes albæ ſtriis longitudinalibus & ſtrigis transverſalibus reticulatæ, ſed in pagina inferiore reticularis pictura ex teſtaceo fuſca, excepta una anaſtomoſi atra; margo poſticus albo nigroque quaſi dentatus.

1276. PH. GEOMETRA *haſtata* ſeticornis, alis omnibus nigris albo-maculatis: faſciis duabus albis immaculatis haſtato dentatis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus nigro nebuloſis; faſciis duabus albis. *Fn.* 861.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 9. Phalæna haſtata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media. *Alæ* atræ: ſtrigis quatuor, albis, inæqualibus, quorum tertia faſcia latior & poſtice exſerit quaſi dentem album haſtatum verſus marginem poſticum.

1277. PH. GEOMETRA *triſtata* ſeticornis, alis omnibus nigris albo-ſubundulatis: faſciis duabus albis undatis nigro-punctatis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus: faſcia duplici alba, duplicique nigra alterna. *Fn.* 862.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 45. Papilio alis planis albidis, faſciis latis cinereis.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 13. Phalæna triſtata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Facies præcedentis, ſed minor. *Alæ* atræ, albo-nebuloſæ: ſtriga alba prope baſin; Faſcia alba nigro-punctata in medio; ſtriga anguſtisſima poſtica. *Subtus* alæ antice albæ nigro-punctatæ; poſtice nigricantes ſtriga alba anguſtisſima; Punctum nigrum in medio.

1278. PH. GEOMETRA *albicillata* ſeticornis, alis omnibus nigricantibus: faſcia unica latiſſima alba immaculata.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 12. Phalæna albicillata.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra albæ, antice & poſtice nigricantes. *Inferiores* albæ, poſtice nigricantes. *Subtus* omnes albidæ puncto centrali & arcu fuſcis; poſtice verſus apices fuſceſcentes, imprimis ſuperiores.

1279. PH. GEOMETRA *marginata* ſeticornis, alis omnibus albis: margine exteriore limbo fuſco interrupto.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis alis patentibus albis: margine undique interrupte fuſcis. *Fn.* 860.

*Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 37. Papilio alis planis albis, maculis fuſcis inæqualibus marginalibus.
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 5. Phalæna marginata.
Habitat in *Corylo.*

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* albæ margine poſtico fuſco lato inæquali; in margine exteriore macula longa verſus baſin, & brevior in medio; verſus apicem occurrit macula marginis poſtici; in diſco etiam macula ſubrotunda fuſca. *Inferiores* albæ: margine poſtico inæquali, lato, fuſco. Quibusdam individuis faſcia ex maculis quatuor concatenatis, fuſcis. *Subtus* concolores, ſed pallido-maculatæ absque puncto centrali.

1280. PH. GEOMETRA *ocellata* ſeticornis, alis albidis: anticis faſciis duabus fuſceſcentibus maculaque apicis ocellari didyma.
Habitat in *Corylo.*

*DESCR.* Minor. *Alæ ſuperiores* albæ: faſcia fuſca in ipſa baſi; Faſcia fuſca nigro maculata in medio; in hujus parte ad marginem interiorem omicron ypſilon nigrum obſervatur; Punctum didymum verſus angulum alæ. *Inferiores* alæ albæ. *Subtus* omnes glauco-nebuloſæ cum puncto nigro in medio. Superiores ante marginem poſticum ordine punctorum ex ſeptem punctis albidis.

1281. PH. GEOMETRA *fluctuata* ſeticornis, alis cineraſcentibus: anticis faſciis abbreviatis tribus fuſcis.
Phalæna ſubpectinicornis ſpirilinguis, alis patentibus: faſciis albidis fuſcisque variis. *Fn.* 844.
*Gœd. inſ.* 3. *t. K.*
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 19.
Habitat in *Pruno*; in Sylvis vulgaris.

*DESCR.* Minor quam Ph. ocellata. *Alæ ſuperiores* albido-cineraſcentes; Faſcia fuſca in ipſa baſi alæ; Faſcia media, fuſca, tantum ad dimidium alæ ſeſe extendens: Macula fuſca ad marginem craſſiorem ante apicem. *Inferiores* ſupra albidæ, cinereo-undatæ. *Subtus* omnes cinereo-nebuloſæ puncto nigro in medio.

1282. PH. GEOMETRA *Alchemillata* ſeticornis, alis caneſcentibus: anticis undatis faſcia nivea cinereo-undata lineolaque intra apicem.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 22. *f.* 16.
Habitat in *Alchemilla.*

*DESCR.* Minor præcedentibus, ſed ſimilis. *Alæ ſuperiores* cinereæ, albido-nebuloſæ: Faſcia transverſa, alba, poſtica, linea fuſca undata; ſtriga ante marginem poſticum alba, repanda. *Inferiores* cinereæ, albido-undulatæ. *Subtus* ſuperiores cineraſcentes faſcia albida & poſtice cinereo-fuſceſcentes; inferiores ſubtus exalbidæ, poſtice fuſceſcentes.

1283. PH. GEOMETRA *Cratægata* ſeticornis, alis flaviſſimis:

mis: anterioribus maculis coſtalibus tribus ferrugineis: media ſubargentea.

Phalæna luteolata. *Syſt. nat.* 10. *p.* 525. *n.* 168.

*Uddm diſſ.* 70. Phalæna flava, alis patentibus macula tricuſpide fuſca, pupilla alba.

Habitat in *Cratægo Oxyacantha* & *Aria.*

*DESCR.* Parva. *Alæ* omnes flaviſſimæ f. ſulphureæ, uti totum corpus. *Rubræ* ſunt Antennæ ſupra, genicula Pedum, Thoracis latera, coſtæ, alarum baſis; in coſta alæ ſuperioris tres maculæ ruſæ: prima minima; ſecunda cum macula ferruginea feneſtrata; ultima major trigona. *Subtus* fere concolores, ſed ordo poſticus transverſus punctorum impreſſorum obſoletorum. *Inferiores* puncto fuſco in medio.

1284. PH. GEOMETRA *bilineata* ſeticornis, alis omnibus luteis teſtaceo-undatis: faſcia repanda, margine fuſco alboque.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 13. Phalæna bifaſciata.

Habitat in Hortis.

*DESCR.* Minor. *Alæ* omnes utrinque flavæ undique ſtrigis tenuiſſimis fuſceſcentibus undulatæ. *Superiores* ſupra faſcia lata, paullo obſcuriore, poſtice ſinuata, utrinque diſtincta ſtriga repanda albida.

1285. PH. GEOMETRA *lividata* ſeticornis, alis antice pallidis ſtriga fuſca, poſtice fuſcis ſtriga pallida.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 10. Phalæna lividata.

Habitat ruri.

*DESCR.* Facies & ſtatura omnino ſequentis. *Alæ* omnes puncto atro centrali utrinque; antice pallidæ vel pallide ſulphureæ ſtriga curva fuſca; poſtice obſolete fuſcæ ſtriga pallida & pone ſtrigam fuſcus color minus ſaturatus. *Subtus* omnes pallidæ ſtriga fuſca pone punctum; faſcia dein obſoleta inter punctum & ſtrigam.

1286. PH. GEOMETRA *averſata* ſeticornis, alis glaucis: ſtriga baſeos faſciaque media punctoque fuſcis.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 7. Phalæna averſata.

*Uddm. diſſ.* 72. Phalæna alis patentibus pallidis: faſcia transverſali dilute fuſca.

Habitat in Finlandia.

*DESCR.* Minor. *Alæ* omnes glaucæ medio faſcia lata, transverſa, fuſca; antice ſtriga obſolete fuſca; poſt faſciam ſtriga latior, obſoleta, ut vix manifeſta. *Subtus* fere concolores, ſed pallidiores cum puncto nigro in medio.

1287. PH. GEOMETRA *incanata* ſeticornis, alis omnibus canis poſtice ſtriga alba repanda, diſco puncto margineque nigro-punctato.

*Clerck phal. t.* 3. *f.* 3. Phalæna incanata.

Habitat in Sylvis.

Y DESCR.

*DESCR.* Minor. *Alæ* omnes ſupra canæ: Striga undulata, nigricans verſus baſin; Punctum nigrum in medio; Striga poſtica nigricans repanda; mox ſtriga alba repanda margine poſtico nigro punctato. *Subtus* omnes albido-cinereæ, puncto centrali nigro; ſtriga poſtica fuſca repanda margineque nigro punctato. *Alæ* poſticæ fere angulatæ.

1288. PH. GEOMETRA *immutata* ſeticornis: alis albidis concoloribus: ſtrigis poſticis obſoletis puncto margineque nigro-punctatis.

*Clerck. phal. t.* 6. *f.* 12. Phalæna immutata.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Minor. *Alæ* omnes albæ puncto centrali atro; ſtrigæ albidæ, obſoletæ, ut vix conſpicuæ, præſertim pone punctum, plures; Margo poſticus punctis minimis nigris utrinque. *Subtus* concolores, ſed magis cinereæ & quaſi atomis adſperſæ.

1289. PH. GEOMETRA *remutata* ſeticornis, alis flaveſcentibus: ſtrigis tribus fuſcis, puncto margineque poſtico nigro-punctato.

*Clerck phal. t.* 5. *f.* 12. Phalæna remutata.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Parva. *Alæ* glaucæ: ſtrigis tribus, fuſcis, curvatis, æquali ſpatio remotis; margo poſticus ſtriga fuſca cum punctis fuſcis. Punctum fuſcum inter primam & ſecundam ſtrigam. *Subtus* obſoletiores: ſtriga prima ſæpe deficiente.

1290. PH. GEOMETRA *immorata* ſeticornis, alis omnibus luteſcentibus: faſciis obſoletis albidis marginisque ſtriga nigricante.

Habitat ruri.

*DESCR.* Parva. *Alæ* omnes cinereo-luteſcentes; atomis fuſcis adſperſæ faſciis albidis, numeroſis, undulatis; margo poſticus ſtriga vix conſpicua terminatus. *Subtus* concolores ſ. cinereæ faſciis pluribus, undulatis, fuſcis, evidentioribus & poſtice ſtriga minima, nivea.

1291. PH. GEOMETRA *ſtrigilata* ſeticornis, alis cinereis: poſtice ſtriga transverſa recta pallida.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 2 Phalæna ſtrigilata.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Parva, tota cinerea. *Alæ* ſupra cinereæ, inamoenæ; ſtrigis duabus, flexuoſis, ſaturatioribus, vix conſpicuis; at poſtice ſtriga transverſa, recta, cinerea, poſtice alba.

1292. PH. GEOMETRA *ferrugata* ſeticornis, alis purpuraſcentibus: ſtrigis tribus albidis, poſtice cinereis macula didyma fuſca.

Habitat in Hortis.

DESCR.

*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* antice ferrugineo-purpuraſcentes, poſtice cinereæ: faſciæ duæ, lineares, anguſtæ, albidæ verſus baſin, faſcia tertia diſtinguit colorem purpuraſcentem a cinereo. Macula didyma fuſca, verſus apicem in areà cinerea. *Inferiores* alæ cineraſcentes. *Subtus* omnes cineraſcentes.

1293. PH. GEOMETRA *brumata* ſeticornis, alis griſeo-fuſcis: ſtriga nigra poſticeque pallidioribus; femina aptera.
Phalæna ſeticornis, alis griſeo-fuſcis: inferioribus albidis; femina aptera. *Fn.* 921.
*De Geer inſ.* I. *t.* 24. *f.* 11-19.
*Raj. inſ.* 369. *n.* 9. Eruca geometra parva pallide ſeu ex flavo virens, lineolis albicantibus, tum ſecundum longitudinem, tum transverſis.
Habitat in *Pyro*, *Malo*, *Pruno*, *Carpino*.

*DESCR.* *Alæ Maris* amplæ, griſeo-fuſcæ, faſcia transverſali vix manifeſta dilutiore. *Feminæ* alæ admodum parvæ, cinereæ, maculis nigris. *Pedes* longi, annulis nigris.
*LARVA* viridis, pedibus 10, linea utrinque laterali, longitudinali, alba, parva; annuo ſpatio intra puppam latitans antequam excluditur, licet minor muſca ſit.

1294. PH. GEOMETRA *ſuccenturiata* ſeticornis, alis omnibus caneſcenti-exalbidis puncto nigro limboque obſcuriore.
*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 8. 11. Phalæna ſuccenturiata.
Habitat in Hortis frequens.

*DESCR.* Parva. *Thorax & anus* alba. *Abdomen* fuſceſcens. *Alæ* oblongæ: omnes ſupra albidæ cinereo fuſcoque, præſertim in ambitu variæ. *Superiores* puncto centrali nigro; omnes ſtriga poſtica alba flexuoſa.

1295. PH. GEOMETRA *rectangulata* ſeticornis, alis viridibus fuſco-ſubfaſciatis.
*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 6. Phalæna rectangulata.
Habitat in Hortis frequens.

*DESCR.* Parva, prioris ſtatura. *Alæ* ſupra vireſcentes lituris ſubfaſciatis, nigris. *Subtus* pallidæ cineraſcentes puncto centrali nigro & arcu ex punctis atris concatenatis, ſtrigaque poſtica alba flexuoſa.

1296. PH. GEOMETRA *Abſinthiata* ſeticornis, alis obſcure cinereis puncto lituriſque tribus nigris marginalibus, punctoque ani albo.
*Clerck. phal. t.* 8 *f.* 9. Phalæna Abſinthiata.
Habitat in *Abſinthio*. C. Clerck.

*DESCR.* Simillima præcedenti, ſed colore alarum diverſa. *Alæ* lituris fuſcis tribus ad marginem craſſiorem. Punctum nigrum in medio alæ. Punctum album ad angulum ani

1297. PH. GEOMETRA *Urticata* ſeticornis, alis albis fuſco faſciato maculatis, thorace anoque flavis.
Phalæna hortulata. *Syſt. nat.* 10. *p.* 529. *n.* 195.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus albo fuſcoque nebuloſis, ano flavo. *Fn.* 846.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 37. *f.* 13.
*Liſt. goed. p.* 156. *f.* 61.
*Alb. inſ. t.* XXXVII. *f.* 60.
*Reaum. gall.* 1. *t.* 49. *f.* 18, 17.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 28. *f.* 18, 19.
*Pet. gaz.* 51. *t.* 32. *f.* 8. Phalæna minor alba, maculis nigreſcentibus ornata.
*Raj. inſ.* 222. Phalæna minor; alis oblongis ex albo & cæruleo nigricante variis, ad exortum flavis.
*Harriſ. inſ.* 13. *t.* 6. *f.* 1-*p.*
Habitat in *Urtica*, frequens in Pomonæ hortis; exedebat etiam *Sigeſbeckiam* & folia contorquebat.

*LARVA* fumo ex arbore abigitur, deſcendit per fila tenuia, mox iterum adſcendit per corticem arboris, ni viſco ſit oblitus, vel a gallinis admiſſis devoretur. Circa Solſtitium æſtivum deſcendit & evaneſcit, in Puppam tranſitura?
*DESCR.* Parva. *Corpus* luteum. *Alæ* concolores fuſcæ diſco albo: antice maculæ fuſcæ ſparſæ ſubrotundæ; poſtice faſcia arcuata fuſca.

1298. PH. GEOMETRA *Nymphæata* ſeticornis, alis cinereis: omnibus conformiter albo maculatis reticulatis.
Phalæna ſeticornis; alis patentibus albis: omnibus nebuloſo-reticulatis glabris. *Fn.* 851.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 24. *n.* 52. Papilio alis planis nitidis albis: omnibus reticulatis.
*Raj. inſ.* 227. *n.* 87. Phalæna minor piſcinas & ſtagna frequentans, alis utriſque albo & fuſco ſ. nigricante colore variis?
Habitat in *Lemna.*

*DESCR.* *Alæ* omnes reticulatæ ſunt, reticulo duplici linea nigricante, intra quas color flaveſcens, ſed admodum obſoletus: intra circulos ſive campos retis albæ omnino ſunt alæ. Alæ utroque latere ſpectatæ concolores ſunt.

1299. PH. GEOMETRA *Potamogata* ſeticornis, alis cinereis albo-maculatis: anterioribus obſoletius reticulatis.
Phalæna ſeticornis; alis patentibus albis; inferioribus nebuloſo-reticulatis glabris. *Fn.* 853.
*Lœſel. pruſſic.* 178. Eruca nymphææ.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 32. *f.* 11.

*Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 24. *n.* 51. Papilio alis planis nitidis albis, inferioribus reticulatis.

Habitat in *Potamogetone natante.*

*DESCR.* Eſt hæc præcedenti duplo major, ſed ſimillima, at alæ ſuperiores obſolete reticulatæ.

1300. PH. GEOMETRA *Stratiolata* ſeticornis; alis pallidis ſubfaſciatis: anterioribus punctis duobus nigris.

Phalæna ſeticornis, alis patentibus cinereis: faſciis linearibus fuſcis, punctoque nigro. *Fn.* 854.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 37. *f.* 16-18.

Habitat in Aquoſis.

*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* albidæ: anterius cineraſcentes, antice puncto fuſco; in medio punctum lunare fuſcum diſco albo. *Poſteriores* albæ, faſcia fuſca interrupta. *Subtus* omnes albæ immaculatæ.

1301. PH. GEOMETRA *Lemnata* ſeticornis, alis albis: poſticis faſcia terminali nigra: punctis quatuor albis.

Phalæna ſeticornis, alis patentibus albis, pone faſcia marginali; inferioribus nigra: punctis quatuor albis. *Fn.* 852.

*Reaum. gall.* 2. *t.* 32. *f.* 13. *t.* 16. 17.

Habitat in *Lemna*, ex cujus foliis in cylindrum collectis fit nidus pro pupa ſupra aquas.

*DESCR.* Parva. *Antennæ* corpore ½ breviores, articulis ſingulis ab altero latere albo triangulo pictis, inde hinc viſæ annulis albis cinctæ conſpiciuntur.

*Alæ ſuperiores* albæ: faſcia ad marginem poſticum fuſca, in medio glauca; punctum fuſcum in medio alæ. Lineola flexuoſa glauca ante faſciam; ſubtus cinereæ ſunt hæ alæ puncto in medio fuſco.

*Alæ inferiores* albæ: faſcia ad marginem poſticum nigra, lineola longitudinali ſuperincumbente glauca & punctis quatuor albis, in faſcia, ſecundum ejuſdem longitudinem; in medio hujus alæ punctum nigrum & macula nigricans; ſubtus hæ alæ albidiores ſunt.

1302. PH. GEOMETRA *purpurata* ſeticornis, alis ſuperioribus vireſcentibus: faſciis duabus purpureis; inferioribus luteis ſubtus litura purpuraſcente.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Facies & ſimilitudo ſumma Ph. purpurariæ. *Alæ* omnes margine ciliari purpureo. *Superiores* ſupra vireſcentes faſciis duabus læte purpureis; priori brevi, poſteriore majore; *Subtus* flaviſſimæ litura ante apicem purpuraſcente. *Inferiores* utrinque flaviſſimæ: *Subtus* litura magna purpuraſcente.

1303. PH. GEOMETRA *cingulata* ſeticornis, alis omnibus atris: ſtriga nivea.

Phalæna ſeticornis, ſpirilinguis naſuta atra: linea alba transverſali. *Fn.* 906.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 23. *n.* 38. Papilio alis planis nigris: linea transverſa alba.

*DESCR.* Tota atra, ſed linea alba, minime argentea, anguſtiſſima, transverſa alas in medio notat. Minima omnium eſt & pro Tinea agnoſceretur, niſi alæ inferiores eodem colore cum ſuperioribus gauderent.

1304. PH. TORTRIX *faſciana* alis fuſco cineraſcentibus: faſcia alba.
Habitat in Pomariis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* obſcure cineraſcentes margine exteriore albo nigroque maculato; faſcia lata, albida, recurvata. *Inferiores* alæ nigricantes: margine ciliari albido.

1305. PH. TORTRIX *uncana* alis fuſcis margine exteriore albido: medio ramum recurvum album introrſum exſerente.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 7. Phalæna unca.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo Tortricum reliquarum, at alæ magis deflexæ, ut in Noctuis, ideoque hæreo utri potius adſocianda; ob parvitatem huic magis affinis videtur. *Corpus* cinereum. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſeæ, ſed margo exterior late albus, a qua albedine quaſi ramus obtuſus poſteriora verſus introrſum exit verſus alæ diſcum; poſtice quaſi faſcia albida obſoleta adparet. *Inferiores* alæ albæ. *Subtus* omnes cinereæ.

1306. PH. TORTRIX *praſinana* alis ſuperioribus viridibus: ſtrigis duabus obliquis flavis, margine poſtico antennis pedibusque fulvis.
*Pet. gaz. t.* 7. *f.* 11. Phalæna vireſcens lineis obliquis albeſcentibus.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 3. *f.* 1.
Habitat in *Fago*, *Quercu*, *Alno*.

*DESCR.* Majuſcula. *Thorax* villoſus, albo-vireſcens. *Pedes* & *Antennæ* rufeſcentes. *Alæ ſuperiores* dilute vireſcentes ſtrigis duabus, obliquis, albidis; margo poſticus rufus.

1307. PH. TORTRIX *viridana* alis rhombeis: ſuperioribus viridibus immaculatis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta viridis. *Fn.* 895. *It. W:goth.* 65.
*Friſch. germ.* 3. *p.* 18. *t.* 8. Papilio viridis erucæ ſalicinæ.
Habitat in *Quercu*.

DESCR.

*DESCR.* Latior eſt aliis; ſed ratione latitudinis admodum brevis & poſtice obtuſa. *Alæ ſuperiores* extus dilute virides, nullo autem modo ad cæruleum vergentes, ſed albido virides. *Inferiores* (& ſuperiores ſubtus) albidæ ad plumbeum inclinato colore, venter albus. *Pedes* ſpinoſi & tota Phalæna ſubtus albida. *Caput* album.

1308. PH. TORTRIX *clorana* alis rhombeis: ſuperioribus viridibus margine albido.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 3.
Habitat in *Salice hirſuta.*

*DESCR.* Simillima præcedenti, ut vix diſtinguatur, niſi margine alarum pallide albicante & quod minor ſit.

1309. PH. TORTRIX *hamana* alis ſuperioribus flavis puncto lituraque poſtica hamata ferrugineis.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 4, 7. Phalæna hamana.
Habitat in Pomariis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* flavæ: Punctum ferrugineum, in medio dorſi; litura fracta ferruginea ad flexuram poſticam alæ, cruribus poſteriora ſpectans.

1310. PH. TORTRIX *Amerina* alis ſuperioribus teſtaceis: litura communi ferruginea.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Simillima Ph. Roſanæ, ſed colore alarum teſtaceo absque pictura ulla; alæ poſtice retuſæ ſunt.

1311. PH. TORTRIX *miniſtrana* alis ſuperioribus teſtaceis: margine poſtico rufo, medio litura ferruginea: lineola alba.
Phalæna alis deflexis pallide griſeis: faſcia ſaturatiore. *Fn.* 885.
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 12. Phalæna miniſtrana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Simillima præcedenti. *Alæ* ſupra flaveſcenti-teſtaceæ; in medio faſcia obſoleta ferruginea; in qua litura linearis albida; poſterius alæ rufæ ſunt.

1312. PH. TORTRIX *Piceana* alis ſuperioribus griſeo fuſcoque variis: dorſo ferrugineis.
*Clerck. phl. t.* 2. *f.* 9. Phalæna Piceana.

Habitat in *Pini ſylveſtris* foliis, quæ connectit.
*DESCR.* Proxime accedit ad ſequentem.

1313. TORTRIX *Xyloſteana* alis ſuperioribus teſtaceis: cruce communi ferruginea.
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 6. Phalæna Xyloſtana.
Habitat in *Lonicera Xyloſteo:* Robinia *Caragana.*
*DESCR* Media. *Alæ ſuperiores* fuſco-purpuraſcentes, at antice luteæ macula oblonga purpuraſcente ad thoracem; macula lutea ad medium marginis alæ craſſioris; & alia poſterius; ad angulum ani itidem macula oblonga lutea.

1314. PH. TORTRIX *Roſana* alis ſuperioribus teſtaceo-reticulatis: faſcia griſea obliqua.
Phalæna ſeticornis ſpirilingus alis incumbentibus griſeis: inferiorum margine craſſiore albido. *Fn.* 896.
*Act upſ.* 1736. *p.* 25. *n.* 77. Papilio alis depreſſis breviſſimis teſtaceis.
Habitat in *Roſa. Rubo.*
*DESCR.* Congeneribus latior eſt, verum ratione latitudinis admodum brevis & poſtice obtuſa. *Alæ* omnes griſeæ ſeu dilute teſtaceæ, tam ſupra, quam infra, ut & totum animal, ſed *ſuperiores* alæ lineolis transverſis, inæqualibus, obſcurioribus, vix conſpicuis; *inferiores* Alæ margine craſſiore verſus baſin albido-flaveſcentes; alæ ſuperiores poſtice emarginatæ margine nigricante.

1315. PH. TORTRIX *oporana* alis ſuperioribus ferrugineis griſeo maculatis reticulatiſque.
*Wilk. pap.* 17. *t.* 2. *u.* 4.
Habitat in *Malo.*
*DESCR.* Majuſcula. *Alæ* luteo-teſtaceæ: *ſuperiores* ſupra ferrugineo-reticulatæ & varie maculatæ; apex alæ parum reflexo-prominens, poſtice obtuſiſſimus. *Subtus* omnes alæ luteæ fuſco-nebuloſæ.

1316. PH. TORTRIX *Avellana* alis ſuperioribus teſtaceis: faſciis ferrugineis ſeſquitertiis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis incumbentibus flavis: faſciis duabus griſeis obliquis, poſtica interrupta. *Fn.* 882.
Habitat in *Corylo.*
*DESCR.* Phalæna magnitudine muſcæ carnivoræ. *Alæ* deflexo-incumbentes, breves, latæ: *ſuperiores* pallide flaveſcentes: faſciis duabus retrorſum ſpectantibus, fuſco-griſeis, quarum poſtica in medio interrupta. *Pedes* ſpinoſi.

1317. PH. TORTRIX *arcuana* alis luteis: faſciis tribus arcuatis, macula nigra tripunctata lineoliſque duabus argenteis.

*Clerck.*

*Clerck. phal.* 1. *t.* 10. *f.* 8. Phalæna arcuana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Similis Ph. Lecheanæ, ſed quadruplo minor. *Alæ ſuperiores* luteæ ad baſin lineæ argenteæ duæ, quas excipit faſcia cæruleo-argentea; tum area latior macula oblonga nigra in qua puncta tria argentea; ultimo faſciæ duæ argenteæ, antrorſum arcuatæ.

1318. PH. TORTRIX *Lecheana* alis ſuperioribus luteis: characteribus I L thoraceque argenteis.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 2. Phalæna Lecheana.
Habitat in *Pado*.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* luteo-teſtaceæ, faſciis ſ. ſtrigis duabus argenteis: priore transverſa; poſteriore retrorſum curvata, verſus marginem craſſiorem bifida; margo etiam poſticus, ante cilia, argentatus. *Thorax* argentatus.

1319. PH. TORTRIX *Forſkåleana* alis ſuperioribus flavis luteo-reticulatis: medio litura fuſceſcente.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 2, 6. Phalæna Forſkåleana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Parva; tota flava. *Alæ* flavæ: *Superiores* obtuſiſſimæ, ferrugineæ tenuiſſime reticulatæ; faſcia in medio recurvata teſtaceo-fuſca, verſus interiora latior, ſed obſoletior. *Inferiores* flavæ, immaculatæ.

1320. PH. TORTRIX *Branderiana* alis ſuperioribus teſtaceo-fuſcis immaculatis.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Majuſcula. *Alæ* omnes obſcure fuſcæ immaculatæ, uti totum corpus.

1321. PH. TORTRIX *fuſcana*, alis ſuperioribus fuſcis.
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 1. Phalæna fuſcana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Majuſcula. Tota fuſca ſ. obſcure cinerea, absque maculis.

1322. PH. TORTRIX *Hartmanniana* alis cinereis: ſuperioribus linea nigra albæ adnata.
Habitat Loefſtadii. *De Geer.*

*DESCR.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* cinereæ linea longitudinali atra, cui adjacet a latere exteriore linea nivea. *Inferiores* cinereæ.

1323. PH TORTRIX *Loeflingiana* alis ſuperioribus flavis luteo-reticulatis: duplici χ χ notatis.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 6. Phalæna Loeflingiana.
Habitat in *Quercus* foliis, quæ contorquet.

*DESCR.* Minor; tota flava. *Anus* ſubferrugineus. *Alæ ſuperiores* pallide flavæ, vix manifeſte atomis teſtaceis reticulatæ ſ. undatæ; ad marginem craſſiorem duæ maculæ teſtaceæ cruciformes. *Subtus* alæ fuſceſcentes.

1324. PH. TORTRIX *Bergmanniana* alis ſuperioribus luteis flavo-punctatis: faſciis quatuor argenteis: tertia bifida.
*Clerck. phal. t.* 10 *f.* 5. Phalæna Bergmanniana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Minuta flava. *Alæ ſuperiores* obtuſiſſimæ flavæ faſciis quatuor ferrugineo-argenteis, quarum prima in ipſa baſi alæ, ultima in margine poſtico; omnes hæ faſciæ ad marginem craſſiorem connectuntur; inſuper alæ ſuperficies atomis ferrugineis hinc inde rarius adſperſa. *Inferiores* alæ & paginæ fuſceſcentes.

1325. PH. TORTRIX *Holmiana* alis ſuperioribus luteo-ferrugineis: macula marginali trigona argentea.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis depreſſis fulvis: macula marginali argentea triangulari. *Fn.* 883.
Habitat in Pomariis rarius.

*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* ſupra fulvæ ſeu rufo-luteæ; macula ad marginem exteriorem, fere in medio, argentea triangulari, baſi marginem obtegente; ſuperiores alæ ſubtus fuſcæ. *Inferiores* alæ albidæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores, ſimpliciſſimæ. *Lingua* ſpiralis, breviſſima. *Oculi* nigri.

1326. PH. TORTRIX *Rolandriana* alis ſuperioribus pallide teſtaceis: ſtrigis ferrugineis inferne antrorſum verſis.
Habitat in nemoribus.

1327. PH. TORTRIX *Solandriana* alis ſuperioribus pallidis: macula communi dorſali ferruginea.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 28. *f.* 29, 30.
Habitat in *Betula.*

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* albido-cineraſcentes; in medio dorſo, dum alæ complicatæ, macula majuſcula rhombea ferruginea.

1328. PH. TORTRIX *Haſtiana* alis ſuperioribus fuſcis: faſcia antrorſum obliqua alba.
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 7. Phalæna Haſtiana.
Habitat in *Salice.*

*DESCR.* Majuſcula. *Alæ* anterius dilatatæ, poſterius forficatæ magis quam in reliquis, fuſcæ; Faſcia ſingulis linearis, obliqua, inferiore baſi antrorſum, apice retrorſum ſpectante; hæc non tangit marginem tenuiorem alæ.

1329. PH. TORTRIX *Wahlbomiana* alis ſuperioribus cinereis: faſciis

faſciis duabus fuſco-nebuloſis: litura poſtica obſoleta, palpis obtuſis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis albidis: ſuperioribus duplici faſcia obſolete cinerea. *Fn.* 884.
Habitat in Hortis rarius.

*DESCR.* Magnitudo minoris muſcæ; alæ patulæ, tamen omnino deflexæ: *color* totius albus eſt, ſed in *ſuperioribus* alis, quæ nudæ ſunt, faſcia duplex cinerea, imo & cinerities verſus alarum apices, quaſi faſcia tertia dimidiata. *Thorax* tegitur villis longiuſculis, qui in gibbum fere elevantur. *Antennæ* filiformes, cinereæ.

1330. PH. TORTRIX *Lediana* alis fuſcis: faſciis duabus rubro argenteis: poſteriore puncto intruſo.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 12. Phalæna Lediana.
Habitat in *Ledo* paluſtri. T. Bergman.

*DESCR. Alæ ſuperiores* fuſcæ: faſciæ duæ, argenteæ, rubro colore ſuperinductæ; harum poſterior in medio puncto magno intruſo. *Antennæ* nigræ, corpore breviores. Magnitudo Culicis.

1331. PH. TORTRIX *Modeeriana* alis ſuperioribus flaveſcentibus: macula marginali poſterius fuſca.
Habitat Holmiæ.

*DESCR. Alæ ſuperiores* flaveſcentes, in medio litura obliterata obliqua & macula fuſca ad marginem craſſiorem, verſus poſteriora. *Inferiores* flaveſcenti-exalbidæ.

1332. PH. TORTRIX *Uddmanniana* alis cinereis: macula ferruginea marginis dorſalis transverſa.
Habitat Holmiæ.

*DESCR. Alæ ſuperiores* cinereæ, parum nebuloſæ, margine exteriore ſtrigis minimis nigris; in medio marginis dorſalis macula transverſa fuſco-ferruginea.

1333. PH. TORTRIX *cruciana* alis exalbido-cinereis: poſtice macula ferruginea arcuata.
Habitat Upſaliæ.

*DESCR. Alæ ſuperiores* exalbido-cinereæ: antice a tergo macula communis cinerea obſoleta; poſtice macula ferruginea arcuata cruribus deorſum verſis, anteriore ſcilicet medium, poſteriore vero apicem attingente; cumque maculæ utriusque alæ ad anum coëant, crucem quaſi poſtice referunt.

1334. PH. TORTRIX *Heracleana* elinguis recurvicornis, alis griſeis puncto obſolete fuſco, thorace flavicante.
Phalæna ſeticornis elinguis; capite bicorni, thorace flavo, alis incumbenti-planis griſeo-fuſcis. *Fn.* 919.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 6, 7.
*Schæff. inſ.* 1758. *t.* 2. *f.* 3. 4.

Habi-

Habitat in umbellis *Heraclei*, quas quotannis devaſtat & involvit, ſub metamorphoſi demum caules penetrat.

*DESCR.* Phalæna nocturna alis planis incumbentibus: *Thorax* a tergo albicans, pone quaſi trilobus; *Caput* albicans, maxillis duabus recurvis criſtatis, apice ſubulatis, nigris, erectis; ſubtus tota albicanti-fuſca eſt. Hujus plures ſpecies apud nos ſunt, quæ magnitudine differunt, ſed notis ſpecificis non facile diſtingvuntur.

1335. PH. TORTRIX *Alſtrômiana* alis albidis: ſuperioribus macula laterali fuſco-ferruginea.

*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 1. Phalæna Alſtromeriana.

Habitat in Pomariis.

*DESCR.* Statura Ph. Heracleanæ. *Palpi* ſubulati, adſcendentes. *Alæ* cinereo-exalbidæ: *Superiores* in medio, ad marginem lateralem, macula fuſca, interius ferruginea ſ. ſubſanguinea; ad marginem poſticum exarato-ſtriatæ, ipſoque margine nigro-punctatæ. *Inferiores* cinereo-albidæ. *Subtus* obſcure albicantes.

1336. PH. TORTRIX *Logiana* alis ſuperioribus canis: atomis nigris ſparſis; inferioribus exalbidis.

*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 3. Phalæna Logiana.

Habitat in lucis.

*DESCR.* *Palpi* breves, prominentes, et quaſi bicornes. *Alæ* præcedentis obtuſiores, cinereo-albicantes, latere exteriore ad marginem macula omnino obſoleta cinerea; poſtice ſtrigis exaratæ, adſperſæ punctis nigricantibus vix conſpicuis. *Subtus* omnes alæ politæ.

1337. PH. TORTRIX *gnomana* alis ſuperioribus flavis: faſcia obliqua teſtacea: maculaque poſtica marginali ferruginea.

*Clerck. phal. t* 4. *f.* 13. Phalæna gnomana.

Habitat Upſaliæ *Joh. Alſtrômer.*

*DESCR.* Parva. *Alæ* flaveſcentes; e medio margine exteriore faſcia acuta, teſtacea, ſurſum retrorſumque adſcendens; margo exterior verſus poſtrema notatur macula ferruginea.

1338. PH. TORTRIX *Schreberiana* alis ſuperioribus griſeis: macula marginali trigona alba.

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* Similis PH. Holmianæ, ſed triplo major. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſco-griſeæ, ſubfaſciatæ: macula magna, nivea, trigona cum puncto (fuſco poſterius), ad medium marginis exterioris. *Inferiores* fuſcæ.

1339. PH. TORTRIX *Schalleriana* alis albidis: macula laterali ferruginea apicem alæ attingente.

Habitat in nemoribus.

DESCR.

DESCR. Similis PH. Alſtrömerianæ, at duplo major & lateribus alarum anterius latioribus. *Alæ ſuperiores* albidæ, hinc inde anterius punctis prominentibus elevatis ſcabræ. Macula ferruginea ad marginem craſſiorem, ante medium incipiens & fere ad apicem alæ juxta marginem excurrens.

1340. PH. TORTRIX *pupillana* alis albidis: faſciis duabus obliquis fuſceſcentibus apiceque ocello argenteo-pupillari.
Habitat Upſaliæ.

*DESCR. Alæ ſuperiores* ſupra albæ; ad baſin lineola fuſca; in medio faſcia fuſceſcens obliqua; ad apicem ocellus fuſcus pupilla argentea oblonga. *Inferiores* & omnes ſubtus cineraſcentes.

1341. PH. TORTRIX *pariana* alis brunneis: faſcia glauca ſtrigaque antica poſticaque atra.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 9. Phalæna pariana.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Puſilla, brevis, Muſca domeſtica minor. *Alæ ſuperiores* griſeobrunneæ, antice ſtriga nigra; poſterius faſcia lata, glauca, in medio diviſa. Striga undulata, nigra, anguſtiſſima *Subtus* maculatæ margine albo. *Inferiores* ſupra fuſcæ; ſubtus glauceſcentes faſcia fuſca.

1342. PH. TORTRIX *Goiiana* alis ſuperioribus ſupra niveis, ſubtus fuſcis.
Habitat ad ſylvarum paludoſa.

*DESCR.* Maxima facile inter noſtrates hujus gentis. *Corpus* nigrum ſupra tectum ſquamis niveis. *Alæ ſuperiores* ſupra niveæ; ſubtus fuſcæ. *Inferiores* ſupra albæ; ſubtus albidæ. *Femora* a latere interiore nigra. *Antennæ* corpore dimidio breviores, nigræ, characteribus albis.

1343. PH. TORTRIX *mundana* alis nudis albidis: ſtrigis duabus undatis punctoque medio fuſcis.
Habitat paſſim in Pratis.

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes nudæ, absque ſquamis, quod inter Phalænas admodum ſingulare; alæ poſtice magis rotundatæ & perfecte obovatæ, ut dubium cui Phalænarum phalangi potiſſimum inſerenda. Alæ hæ albidæ: ſtrigis ſ. faſciis duabus, fuſcis, flexuoſo-repandis, alas in tres partes æquales diſtinguentibus; punctum in medio fuſcum. *Antennæ* ſetaceæ, corpore dimidio breviores.

1344. PH. PYRALIS *tentacularis* palpis longitudine antennarum pectinatarum, alis omnibus cineraſcentibus: ſtrigis tribus obſoletis.
Phalæna tentacularia. *Syſt. nat.* 10. *p.* 522. *n.* 146.
Phalæna pectinicornis ſpirilinguis, tentaculis ſetaceis longitudine antennarum, alis planiuſculis. *Fn.* 841.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 5. *f.* 1.
Habitat Ruri.

DESCR.

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes utrinque cinereæ: *Superiores* ſtrigis tribus fuſceſcentibus, æquali ſpatio remotis: prima & ſecunda verſus marginem exteriorem recurvata; tertia recta ſ. transverſa. *Antennæ* pectinatæ. *Palpi* duo, enſiformes, antrorſum porrecti, longitudine fere antennarum, margine villoſi, apice diffracti patuli.

1345. PH. PYRALIS *barbalis* palpis brevioribus antennis pectinatis, femoribus anticis barba porrecta.

*Raj. inſ.* 227. *n.* 103. *b?*

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 3. Phalæna barbalis.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* Simillima præcedenti; an ſolo ſexu diſtincta? *Palpi* porrecti ipſis antennis ſubpectinatis dimidio brevioribus. *Femora* antica barba porrecta longitudine palporum, quod ſingulare. *Alæ* omnino præcedentis, ſed inferiores albidiores.

1346. PH. PYRALIS *proboſcidalis* palpis porrectis approximatis thorace longioribus, antennis pectinatis, alis griſeſcentibus: ſtrigis ferrugineis.

*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 4. Phalæna proboſcidalis.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Major. *Alæ ſuperiores* griſeæ e pallide cinereo, atomis ferugineis; Faſciæ tres, ſubferrugineæ, antice obliteratæ; quarum prima exterius recurva; media transverſa; poſtrema transverſa aliquot punctis albidis obliteratis punctata, *Palpi* compreſſi, porrecti, approximati, antrorſum prominent.

1347. PH. PYRALIS *roſtralis* palpis porrectis thoraceque longioribus, alis ſubgriſeis: punctis duobus muricatis lineaque apicis nigra.

*Raj. inſ.* 214. *n.* 9. Phalæna media e rufo cineraſcens aut pulla gemina proboſcide.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 6.

Habitat in *Urtica*, *Humulo.*

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* obſcure griſeſcentes, poſterius minus ſaturate: in area anteriore obſcuriore aliquot puncta albida fuſcaque prominentia; in poſteriore ſtriæ excavatæ. Ad apicem alæ lineola nigra, ut in Ph. Chenopodiata. *Thoracis* dorſum criſtis exaſperatum. *Palpi* compreſſi, adſcendentes, margine ſuperiore pubeſcentes.

1348. PH. PYRALIS *Farinalis* palpis recurvatis, alis politis fuſceſcentibus: ſtrigis repandis albidis: area interjecta glauca.

*Clerck. phal t.* 2. *f.* 14. Phalæna farinalis.

Habitat in *Farina* culinari, cibis præparata; frequens in culinis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ferrugineæ ſtrigis duabus, albidis: priori verſus baſin recurva; poſteriore ante apicem flexuoſa. *Inferiores* ſupra fuſce-

fuſceſcentes ſtriga alba; margine poſtico nigro. *Abdomen* ſemper adſcendens & fere erectum; a tergo Thoracis, loco ſcutelli, duo mucrones. *Palpi* corniculati, antice hirti. *Lingua* ſpiralis.

1349. PH. PYRALIS *glaucinalis* palpis recurvatis, alis glabris glaucis: ſtrigis duabus flavis arcuatis remotis.

*Clerck. phal. t. 5. f.* 4. Phalæna glaucinalis.

Habitat ad pagos.

*DESCR.* Media. *Alæ* cinereo-glauceſcentes, læves: ſtrigis duabus, flavis, æqualibus & ſpatio fere æquali remotis, transverſis, quarum poſterior etiam in pagina inferiore conſpicua.

1350. PH. PYRALIS *pinguinalis* palpis recurvatis, elinguis, alis cineratis: margine craſſiore nigro-ſubfaſciato.

Phalæna ſeticornis elinguis, capite bicorni, alis albidis: faſciis marginalibus transverſis nigris. *Fn.* 915.

*Roland. act. ſtockh.* 1755. *p.* 51. *t.* 2.

Habitat in domibus, victitans *pinguibus*, Butyro; in ventriculo humano Larva peſſima expellenda infuſo Lichenis cumatilis.

*DESCR.* Major. *Alis* patenti-deflexis, *exterioribus* obſolete cinereis; margine exteriore variis faſciis transverſis nigris notato. *Alæ Inferiores* cinereo-albidæ. *Frons* tentaculis duobus reflexis, villoſis; apice vix majore conſpicuo obtuſo erecto (non recurvo & acuto) nudo, lævi, glabro. *Antennæ* ſetaceæ.

1351. PH. PYRALIS *Frumentalis* alis cineraſcentibus glabris: faſciis obliquis albidis articulatis.

Habitat in agris *Tritico* conſitis.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereo-glauceſcentes: faſciis duabus tribusque obliquis, albicantibus, concatenatis e maculis ovatis; margo poſticus ciliaris lineolis albidis, alternis. *Subtus* alæ glauceſcentes.

1352. PH. PYRALIS *forficalis* alis glabris pallidis: ſtrigis ferrugineis retrorſum obliquatis lituraque anterioris.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis triangularis; alis deflexis flavis: lineis duabus ferrugineis obliquis. *Fn.* 880.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 24. *n.* 49. Papilio alis planis pallidis nitidis.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 16. *f.* 12, 13, 14.

Habitat in *Braſſica*.

*DESCR.* Tota flava eſt & mediæ magnitudinis ſeu Tabani majoris. *Tibiæ* poſticæ ſpinoſæ. *Alæ* deflexæ & quaſi forcipata cauda avis a ſe invicem diſtantes apicibus, ac parum plicatæ: lineæ tres obliquæ retrorſum deſcendunt in ala ſuperiore, quarum prima vix conſpicua; ſecunda ferruginea deſinens quaſi in maculam ferrugineam ante marginem; tertia linea adhuc longior; margo etiam parum fuſceſcit. Subtus alæ omnes lineola

neola obſoleta obliqua notatæ, flaveſcentes. Lineola unica obliqua in ſuperiore latere, alarum inferiorum.

1353. PH. PYRALIS *verticalis* alis glabris pallidis ſubfaſciatis; ſubtus fuſco undulatis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis patentibus albidis obſolete fuſco-undulatis nitidis. *Fn.* 855.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 24 *n.* 50. Papilio alis planis nitidis albidis: faſciis undulatis.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 19. *f.* 1-5.
Habitat in *Urtica.*
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra pallide flavicantes: ſtrigis aliquot obſoletis, undulatis. *Inferiores* pallidiores: ſtrigis ſ. faſciis duabus obſolete fuſceſcentibus. *Subtus* omnes alæ flaveſcentes ſtrigis tribus quatuorve magis obſcure fuſcis.

1354. PH. PYRALIS *ſticticalis* alis griſeis: ſtriga marginali flava margineqne nigro ciliari.
Habitat Upſaliæ. *Joh. Alſtrömer.*
*DESCR.* *Antennæ* ſetaceæ, corpore dimidio breviores. *Alæ ſuperiores* griſeo-cineraſcentes: maculæ ſ. puncta duo, nigra, ovata, centro puncto albo notata; litura flaveſcens ante apicem alæ, margo poſticus linea flava ciliis nigricantibus. *Inferiores* multo breviores, flaveſcentes. *Subtus* Alæ faſciis duabus fuſcis: anteriore conſtante e linea curva; poſteriore e maculis obſoletis.

1355. PH. PYRALIS *reticularis* alis griſeſcentibus punctis lineola ſtrigaque flavis, margine ciliari variegato.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Parva. *Alæ* ſubconcolores. *Superiores* ſupra aliquot punctis flavis ſparſis: linea flavá oblique longitudinalis ad marginem tenuiorem. Striga transverſa, ante apicem flava. Margo ciliaris poſticus faſciis lineis alternis, albidis. *Subtus* fere concolores lineis flavis lucidioribus.

1356. PH. PYRALIS *purpuralis* alis fuſco-purpuraſcentibus: omnibus luteo-maculatis.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* Parva. *Alæ* omnes utrinque obſcure purpuraſcentes, maculatæ anterius punctis aliquot flaveſcentibus; in medio faſcia obliqua, interrupta, albo lutea; ultimo ante marginem poſticum ſtriga pallida, tenuiſſima. *Subtus* omnes alæ obſcuriores & diſtincte magis pictæ.

1357. PH. TINEA *duplaris* alis ſuperioribus cinereis nebuloſis, medio punctis duobus atris parallelis.
Habitat in Sylvis, rarior.
*DESCR.* Major Ph. colonella. *Alæ ſuperiores* cinereo-nebuloſæ, in medio transverſe albidiores; Puncta duo atra, exteriore recurvo, parallela, nec uno ante alterum. *Alæ inferiores* pallidæ ſubtus puncto centrali fuſco. Affinis Noctuis.

1358. PH. TINEA *colonella* alis oblongis cinereis: punctis duobus nigris ante ſtrigam curvam undatam obſoletam.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta cinerea: puncto utrinque nigro *Fn.* 912.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 8. Phalæna colonella.
Habitat in Hortis.

*DESCR.* Hæc inter majores Tineas numerari debet. *Alæ* ſupra canæ, parum nebuloſæ. Punctum parvum nigrum in medio alæ exterioris utrinque. *Alæ Inferiores* caneſcentes non nebuloſæ. *Lingua.* ſpiralis breviſſima.

1359. PH. TINEA *ſociella* alis oblongis cinereis, antice albidis, poſtice ſtriga pallidis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta cinerea; alis antice albidis, pone faſcia lineari albicante. *Fn.* 905.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 11. Phalæna ſociella.
Habitat in pratis.

*DESCR.* *Puppæ* pallidæ intra rete album, oblongum, tenaciſſimum; plures ſimul.
Phalæna Tineis fere major. *Pedes* ſpinoſi; *Alæ* longæ, cinereæ ad viride vergentes; antice verſus baſin albidæ, quæ albedo pone lineola nigricante terminatur; faſcia albida, linearis, tranſverſa, curva verſus apicem; intra apicem lineola undulata, nigra. *Alæ inferiores* pallido-albidæ, margine fuſcæ, terminatæ villis longiuſculis, albidis, parallelis. *Oculi* nigri.

1360. PH. TINEA *lutarella* alis corporeque luteis immaculatis.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 9. Phalæna lutarella.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Similis Phryganeæ. *Corpus* totum, exceptis oculis, antennis & anterioribus pedibus a latere interiore nigris, luteum. *Alæ ſuperiores* convolutæ, ſubtus nigræ; *Inferiores* ſupra nigræ.

1361. PH. TINEA *irrorella* alis luteis: ſuperioribus punctis nigris trifariis.
Phalæna alis luteis: punctis minutiſſimis nigris. *Fn.* 920.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 25. *n.* 78. Papilio alis depreſſis luteis; corpore nigro.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 5. Phalæna irrorella.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* nigrum. *Alæ* majuſculæ, luteæ, punctis nigris, æqualibus, diſtinctis, ſparſis, ſed triplici ordine digeſtis: in primo ordine puncta 3; in ſecundo 4; in tertio, qui marginis poſtici, 5 puncta nigra. Præcedente major. *Antennæ* ſubpectinatæ. Os fere elingue. *Anus* luteus.

1362. PH. TINEA *meſomella* alis ſupra albis, ſubtus luteis, interne nigris.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 14. Phalæna meſomella.
Habitat in *Gramine.*
*DESCR* Magnitudo præcedentis. *Corpus* luteum. *Alæ ſuperiores* glaucæ ſ. cinereo exalbidæ margine flavo; in medio ad marginem exteriorem punctum nigricans & ad marginem tenuiorem medium punctum vix conſpicuum; alarum paginæ occultatæ fuſcæ ſunt.

1363. PH. TINEA *Evonymella* alis ſuperioribus albis: punctis quinquaginta nigris; inferioribus fuſcis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta; alis ſuperioribus albis: punctis nigris; inferioribus fuſcis. *Fn.* 891.
*Albin. inſ. t.* 60 *f. A. B. C.*
*Merian. eur.* 2. *p.* 2. *t.* 2. *in medio intra folliculum.*
*p.* 43. *t.* 44. *in lana.*
*gallice t.* 52. & 94.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 12. *f.* 1-9.
*Raj. inſ.* 197. Phalæna parva, alis longis lividis ſ. plumbeis, exterioribus punctis nigris crebris ſtictois. obſ. bis in eadem pagina ).
*Act. upſ.* 1736. *p.* 26. *n.* 81. Papilio alis depreſſis argenteis nigro punctatis.
Habitat in *Evonymo*, cujus folia quotannis ita devaſtat, ut inde Germanis *Spinnelbaum* dicatur arbor ob hujus fila & retia, quæ nent gregariæ larvæ flaveſcentes punctis utrinque decem.
*DESCR.* Extus tota nivea. *Alæ ſuperiores* punctis atris quatuor aut quinque ordinum longitudinaliter digeſtis. *Caput* & *Thorax* etiam punctis nigris adſperſa. Alæ ſuperiores ſubtus, ut & *Inferiores* utrinque, plumbeæ ſive fuſcæ. *Venter* ſubtus albus, ſupra niger. *Os* proboſcide ſpirali. *Antennæ* ſetaceæ. *Pedes* ſpinoſi.

1364. PH. TINEA *Padella* alis ſuperioribus lividis: punctis viginti nigris, inferne fuſcis.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 6.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. t. 7.
Habitat in Pomonæ arboribus: *Pado*, *Sorbo* &c. ubi Larvæ gregariæ conficiunt quaſi lintea omnium tenuiſſima, ampliſſima, ſub quibus commode caſtra ponunt
*DESCR.* Simillima præcedenti, at *Alæ ſuperiores* minus albæ & fere plumbeo colore, punctis nigris paucioribus adſperſæ.

1365. PH. TINEA *Sequella* alis ſuperioribus albis: linea communi ſinuato repanda maculisque lateralibus difformibus nigris.
*Clerck phal. t.* 10. *f.* 14. Phalæna ſequella.
Habitat in Sylvis.

DESCR.

*DESCR.* Statura duarum præcedentium. Caput, Thorax, Abdomen & Femora alba. *Alæ ſuperiores* niveæ: vitta dorſalis longitudinalis communis atra, baſi bifida, lateribus varie ſinuata; Maculæ laterales nigræ, ſubcruciatæ, variæque figuræ. *Tibiæ* anticæ fuſcæ. *Antennæ* nigræ, albo annulatæ, uti etiam plantæ.

1366. PH. TINEA *vittella* alis cinereis: linea dorſali communi nigra, margine poſtico atro-punctato.
*Clerck. phal. t.* 15. *f.* 10 Phalæna vittella.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* Magnitudo cedit Ph. Padellæ. *Alæ ſuperiores* cinereæ, vix nebuloſæ: Linea communis nigra, utrinque repanda, longitudinalis; margo poſticus punctis nigris minutis; linea nigricans, excavata, in ipſo apice alæ, ut in Ph. Chenopodiata.

1367. PH. TINEA *paſcuella* alis ſuperioribus pallidis: linea maculisque duabus oblongis albiſſimis.
Habitat in Paſcuis.
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* flavicantes: Linea albo-argentea, lata, lanceolata, longitudine fere alæ; ad hujus apicem utrinque macula oblonga utrinque acuta; ante apicem lineolæ duæ, obliquæ. *Inferiores* alæ albidæ. *Subtus* omnes fuſcæ.

1368. PH. TINEA *pinetella* alis ſuperioribus flavis: maculis duabus argenteis: anteriore oblonga, poſteriore ovata.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 15. Phalæna Pinetella.
Habitat in Pinetis.
*DESCR.* Media, ſimillima præcedenti. *Alæ ſuperiores* luteæ; macula argentea, fere longitudinalis, interrupta in duas: quarum prior oblonga, baſi anguſta, poſterior fere rhombea margine ſaturatius teſtaceo. *Inferiores* albidæ. *Subtus* omnes fuſceſcentes.

1369. PH. TINEA *pratella* alis ſuperioribus albidis: linea albiſſima poſtice ramoſa: apice ſtriis obliquis.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta albida: linea longitudinali argentea poſtice ramoſa *Fn.* 908.
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 14. Phalæna pratella.
Habitat in lætiſſimis paſcuis cum præcedente.
*DESCR.* Si alæ probe inſpiciantur, quæ alias plumbeo-albæ, in his obſervatur linea argentea in medio, longitudinalis, pone emittens ramos ſimplices ſtriarum inſtar.

1370. PH. TINEA *culmella* alis ſuperioribus albidis ſtriatis, terminatis punctis nigris ſeptem ciliisque nitentibus.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta albida: ſtriis longitudinalibus albis punctulo nigro terminatis. *Fn.* 907.
*Raj. inſ.* 229. *n.* 106. Phalæna minor paſcuorum gemina proboſcide, alis oblongis, cum ſedet circumvolutis, exterio-

terioribus ex argenteo luteſcentibus vel argenteis vel plumbeis.

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 17. *f.* 13, 14.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 26. *n.* 82. Papilio alis depreſſis cuneiformibus oblongis ſtriatis.

Habitat copioſiſſima per totam æſtatem in lætiſſimis *Pratis* roriferisque graminoſis, inſidens gramini capite ſemper deorſum ſpectante; inter omnes in pratis noſtris frequentiſſima

*DESCR. Corpus* oblongum, lineare; *alis* circumvolutis albo-cinereis cum, ſtriis concavis pallidioribus longitudinalibus, terminatis ciliis albis nitidiſſimis; intra harum ſtriarum fines & marginem punctorum nigricantium, minimorum ordo transverſus, *Pedes* ſpinoſi.

1371. PH. TINEA *nemorella* alis albidis incurvatis: ſuperioribus puncto nigro.

Habitat in *Xyloſteo.*

*DESCR.* Similis quatuor præcedentibus: punctum ad marginem alæ exterioris interiorem.

1372. PH. TINEA *rhomboidella* alis fuſcis macula rhombea nigra.

Phalæna naſuta fuſca: macula utrinque nigra. *Fn.* 910.

Habitat in Sylvis.

1373. PH. TINEA *trigonella* alis fuſceſcentibus: macula communi dorſali duplici alba trigona.

Phalæna naſuta nebuloſo-fuſca: macula duplicato-triangulari dorſali alba. *Fn.* 911.

Habitat in Juniperetis Fahlunæ.

*DESCR.* Parva. *Alarum ſuperiorum* macula communis dorſalis alba, trigona, apice poſteriora ſpectante, quaſi ex duobus triangulis conſtructa, anteriore ſcilicet ad medium poſteriori immerſa; in ſequente vero hæ maculæ diſtinctæ ſunt.

1374. PH. TINEA *capitella* alis nigris: maculis tribus flaveſcentibus, capite luteo.

*Uddm. diſſ.* 79. Phalæna naſuta, alis aureo fuſcis: faſciis tribus argenteis: media interrupta.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Similis bracteellæ, ſed Caput lana helvola veſtitum. *Alæ ſuperiores* nigræ: in ſingulis maculæ tres, albido flaveſcentes, quarum prima coit cum oppoſita in faſciam exterius anguſtiorem; ſecunda ad marginem exteriorem; tertia ad marginem interiorem, coadunata cum oppoſita; margo poſticus flaveſcens.

1375. PH. TINEA *foenella* alis fuſcis: maculis albisſimis; anteriore falcata, poſteriore reniformi.
*Clerck. phal. t. 2. f.* 13. Phalæna foenella.
Habitat in Pratis.
*DESCR.* Magnitudo Ph. Cynoſbatellæ. *Alæ ſuperiores* fuſcæ: macula anterior major, alba, curva, anteriore apice tangens marginem interiorem, altero medium alæ; Macula altera alba, ad angulum ani.

1376. PH. TINEA *ramella* alis cinereo-albidis: arcu communi fuſco.
Habitat intra *Quercus* ramos.
*DESCR.* Statura Ph. unguicellæ; alarum apices ſimili modo excurrunt in dentem. Superiores cinereæ macula ſaturatiore communi verſus baſin; poſtice alæ fuſceſcentes margine craſſiore nigricante, albo ſtriato.

1377. PH. TINEA *niſella* alis ſuperioribus cinereo-nebuloſis: macula communi ovata nigra.
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 6. Phalæna niſella.
Habitat in Sylvis.
*DESCR. Antennæ* breviores. *Alæ ſuperiores* cinereæ, fuſco variegatæ macula medii marginis interioris nigra, lanceolata, poſtice anguſtiore, quæ cum oppoſita conſtituit ovatam; margo poſticus punctis nigris. *Inferiores* livide cinereæ, diaphanæ, immaculatæ.

1378. PH. TINEA *Salicella* alis cæruleſcenti-cinereis: area dorſali albidis punctis, thorace criſtato.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 9.
Habitat in *Salice*; Contortrix.
*DESCR.* Media, magnitudine fere Ph. Evonymellæ. *Alæ ſuperiores* fuſco-nebuloſæ, dorſo albido; ad hujus albedinis latera punctum atrum in ſingula ala; ad apices maculæ nigricantes. *Thorax* criſtatus eſt.

1379. PH. TINEA *Cynoſbatella* alis griſeis apice albidis, thorace criſtato.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 34. *f.* 4, 5.
Habitat in *Roſæ* Gemmis.
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* fuſco-cineraſcente nebuloſæ, poſtice albidæ, ſed ipſo apice cineraſcente; ad angulum ani punctum nigricans in plerisque.

1380. PH. TINEA *cinctella* alis nigris: ſuperioribus faſcia lineari argentea tranſverſa.
Habitat in *Populo*? Joh. Alſtrômer.
*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Alæ ſuperiores* oblongæ, atræ; in medio faſcia nivea. *Inferiores* ſetaceæ, ciliares. *Antennæ* albo undulatæ.

1381. PH. TINEA *Petiverella* alis ſubgriſeis: litura dorſali flava apiceque punctis tribus nigris.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 11. Phalæna Petiverella.

Habitat in Lucis.

*DESCR.* Minuta. *Alæ ſuperiores* fuſco-griſeſcentes; in medio dorſi macula albida, tranſverſa, ſubrhombea (ſæpe lineola in medio maculæ, transverſa, fuſca); ad marginem craſſiorem prope apicem lineolæ tres, albidæ, tranſverſæ.

1382. PH. TINEA *unguicella* alis cinereis ſubfaſciatis apice incurvato-acuminatis: margine exteriore poſtice transverſe albo-ſtriatis.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis; alis ſuperioribus pone unguiculo curvo terminatis. *Fn.* 890.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 7. Phalæna unguicella.

Habitat in Pratis.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ. *Antennæ* nigræ, filiformes. *Corpus* totum fuſco-nigricans; *alis ſuperioribus* punctis lunulato-linearibus, transverſis adſperſis; hinc ex albo & nigro quaſi undulatæ ſunt alæ, apex alarum ſuperiorum ſive margo exterior & craſſior deſinit in unguiculum curvum ſive arcuatum ſurſum; margo alarum exteriorum craſſior, magis niger, lineolis curvis albisque pulchre variegatus.

1383. PH. TINEA *Mellomella* alis canis poſtice purpuraſcentibus ſtriga alba, ſcutello nigro apice candido.

*Swamm. bibl.* 1. *t.* 26 *f.* 2.

*Roeſ. inſ. app.* 242. *t.* 41.

Habitat in *Apum alvearibus*, angiportus cylindricos ſtruens, quibus favos penetrat & deſtruit; acceſſit Holmiam 1760 apibus e Germania adductis.

1384. PH. TINEA *cucullatella* alis albido-cinereis: antice ſtriga nigra recurvata

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 11.

Habitat in *Sorbo aucuparia* intra folliculum conicum piloſum.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* pallide caneſcentes: antice arcu nigro recurvo notatæ; dein duabus tribusque ſtrigis fuſcis albidisque undatis. *Inferiores* albicantes. *Subtus* obſcure cineraſcentes puncto centrali in inferioribus.

1385. PH. TINEA *Arbutella* alis ſanguineis: faſciis argenteis tenuiſſimis.

Habitat in Arbuto *Uva urſi.*

*DESCR.* Magnitudo culicis, ſtatura Noctuæ. *Alæ ſuperiores* fuſco reticulatæ ſ. nebuloſæ colore rufo ſ. ferrugineo. *Inferiores* glauceſcentes margine ciliari rufo.

1386.

1386. PH. TINEA *Pruniella* alis griſeis: margine interiore linea longitudinali nivea medio interrupta.

Habitat in *Prunetis.*

*DESCR.* Magnitudo ſeminis ſecales. *Alæ ſuperiores* griſeæ; area a fronte ad apices fere alarum longitudinalis, communis, alba, medio interrupta. Caput & Thoracis tergum nivea. *Pedes* albi. *Antennæ* corpore breviores, albo fuſcoque annulatæ.

1387. PH. TINEA *curvella* ſubnivea, alis arcu medii dorſi cinereo recurvo.

Habitat in Pomariis.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis ſecalis; tota nivea, pulvere cinereo rariore temere adſperſa: Alarum arcus communis cinereus, lunatus, recurvatus, in medio dorſi, nec margines laterales tangens; apices alarum compreſſæ, cineraſcentes. *Antennæ* corpore paulo breviores, albo fuſcoque annulatæ.

1388. PH. TINEA *gemmella* alis nigro albo argenteoque nebuloſis, capite albo.

*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 10. Phalæna gemmella.

Habitat intra *Quercus* folia, ſubcutanea.

*DESCR.* Minuta, albicans, nigricante irrorata. *Alæ ſuperiores* faſcia fuſca recurvata; ad angulum ani litura fuſca.

1389. PH. TINEA *picarella* alba, alis ſuperioribus linea maculiſque nigris, thorace puncto atro pone oculos.

Habitat in lucis.

*DESCR.* Magnitudo Culicis. Caput, Thorax & *Alæ ſuperiores* niveæ: hæ linea longitudinali nigra oblique inæquali; puncta duo nigra ſupra lineam; macula nigra ſub linea. *Subtus* tota fuſca. *Antennæ* corpore dimidio breviores. Similis Ph. gemmellæ.

1390. PH. TINEA *Xyloſtella* alis cinereis: vitta dorſali communi alba dentata.

Phalæna naſuta cinerea dorſo vitta alba. *Fn.* 909.

Habitat in Loniceræ *Xyloſtei* foliis.

*DESCR.* Minuta, oblonga, compreſſa ſubcinerea: *Alæ* vitta communi dorſali alba utrinque dentata. *Antennæ*, dum ſedet, rectæ antrorſum protendit.

1391. PH. TINEA *Swammerdamella* antennis longisſimis, alis flaveſcentibus pallidis immaculatis.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 1. Phalæna Swammerdamella.

Habitat Holmiæ.

*DESCR.* Media. *Alæ* omnes livido-flaveſcentes. *Antennæ* longiſſimæ, albicantes.

1392. PH. TINEA *Reaumurella* antennis longiſſimis, alis nigris extrorſum deauratis.

Phalæna naſuta nigra, alis exterioribus deauratis, antennis corpore longioribus. *Fn.* 902.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 2. Phalæna Reaumurella.

Habitat in *Salice.*

*DESCR. Corpus* totum nigrum. *Frons* alba. *Antennæ* longiſſimæ.

1393. PH. TINEA *Degeerella* antennis longiſſimis, alis atris: faſcia flava.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 3. Phalæna Degeerella.

*De Geer inſ. t.* 32. *f.* 13.

*Uddm. diſſ.* 78. Phalæna naſuta aurea, antennis corpore quadruplo longioribus.

Habitat copioſe ad acidulas Sætrenſes Weſtmanniæ.

*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* nigricantes flavo aurato ſtriatæ: faſcia in medio, tranſverſa, utrinque margine nigro argenteo. *Antennæ* nigricantes, corpore plus quam quadruplo longiores, adeo tenaces ut iis facile apprehendatur.

1394. PH. TINEA *Robertella* antennis longiſſimis albis, alis fuſcis, angulo ani albo.

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* Similis Ph. Swammerdamellæ, ſed paulo minor. *Alæ* fuſcæ ſ. nigræ, vix manifeſte cinereo-inauratæ, macula alba ad angulum ani.

1395. PH. TINEA *Liſterella* antennis mediocribus albo ſubannulatis, alis fuſcis.

Habitat in Pomariis.

1396. PH. TINEA *Friſchella* antennis mediocribus concoloribus, alis fuſco auratis.

Habitat in Pomariis.

1397. PH. TINEA *Mouffetella* antennis brevioribus albo annulatis, alis lividis: atomis oblongis fuſcis.

Habitat in Pomariis.

1398. PH. TINEA *Albinella* alis fuſcis: linea aurea retrorſum arcuata.

Phalæna naſuta fuſca: linea aurea oblique tranſverſali. *Fn.* 901.

Habitat in Lucis.

*DESCR. Alæ ſuperiores* fuſcæ; linea unica oblique tranſverſalis cruribus retrorſum ſpectantibus.

1399. PH. TINEA *Bonnetella* alis albis: lineis duabus argenteis, poſticisque undatis.

Phalæna naſuta alba, alis exterioribus linea duplici fuſco-argentea, poſtice vago undulatis. *Fn.* 903.

Habitat in ſylvis aceroſis.

*DESCR.* Minima, magnitudine culicis, nivea. *Alæ* exteriores ad baſin utrinque lineolis duabus longitudinalibus fuſco-argenteis; pone characteribus vagis nigro-argenteis obſoletis notatæ.

1400. PH. TINEA *Leuwenhoekella* nigra, alis ſuperioribus teſtaceis: faſciis duabus macula lineaque atro-argenteis.

Habitat in Nemoribus.

*DESCR.* Parv. Tota nigra. *Alæ ſuperiores* obſcure teſtaceæ; Faſcia nigra verſus baſin; faſcia nigra in medio; macula transverſa nigra ad regionem ani; linea obliqua ante apicem; omnes nigræ in argenteum colorem mutandæ; cæterum alæ maxime ciliatæ ſunt.

1401. PH. TINEA *Goedartella* alis auratis: faſciis duabus argenteis: priori antrorſum, poſteriore retrorſum arcuata.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 14. Phalæna Goedartella.

Habitat in *Alnetis*, pedibus prioribus quatuor inſidens, poſticis duobus protenſis.

*DESCR.* Minuta. *Alæ* fuſco-aureæ; baſis alæ alba; faſcia alba antrorſum recurvata; macula ad marginem craſſiorem; faſcia retrorſum curvata alba; macula alba ad angulum ani.

1402. PH. TINEA *Merianella* alis nigris: faſciis tribus argenteis transverſe divaricatis.

Phalæna naſuta nigra: lineis argenteis transverſis tribus. *Fn.* 900.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 26. *n.* 84. Papilio alis depreſſis oblongis argenteis: lineis tribus transverſis aureis: media bifurca.

Habitat in Lucis.

*DESCR.* Minima, oblonga, nigra, ſemicylindracea. *Alarum* margo tenuior villis terminatur, ut in omnibus hujus ordinis. *Lineæ* tres transverſales argenteæ alas diſtinguunt, ita tamen, ut interjacens nigrum non latius ſit lineis argenteis, quarum prima medietas retrorſum, ultima antrorſum flexa; intermedia vero transverſalis, utrinque extremitates verſus bifida. Si aſſervatur Phalæna hæc mortua, perit nigredo, & ejus loco deauratus prodit color.

1403. PH. TINEA *Wilkella* alis nigris: faſciis quatuor argenteis arcuatis: ſecunda recta.

Phalæna naſuta nigra: lineis argenteis transverſis quatuor. *Fn.* 899. *It. gotland.* 260.

 Habi-

Habitat in *Hoburgo* Gotlandiæ, copioſiſſime ſupra terram exſiliens.

*DESCR.* Eſt inter minimas hujus ordinis, oblonga, nigra, ſemicylindracea. *Caput* & Antennæ albæ. *Alarum* margo tenuior villis terminatur. *Lineæ* quatuor transverſæ argenteæ alas diſtinguunt, quarum prima medietate retrorſum flexa, ſecunda recta, tertia & quarta medietate antrorſum flexa.

1404. PH. TINEA *Lyonnetella* alis flavis: faſciis quatuor argenteis: tertia ſuperne bifida.

Phalæna naſuta flava planiuſcula: lineis quatuor transverſis fuſco argenteis. *Fn.* 904.

Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ; lineæ 4 transverſæ fuſco-argenteæ, quarum tertia introrſum bifida: ultima in ipſo margine poſtico alarum.

1405 PH. TINEA *Rhediella* alis nigris apice fulvis: ſtrigis interruptis argenteis.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 12. Phalæna Rhediella.

Habitat in Lucis.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* nigræ ſ. ſubviolaceæ, poſtice retuſæ, fulvæ, lineis transverſis quatuor argenteo-aureis & duabus ſuperioribus. *Inferiores* nigræ margine albo. *Antennæ* breviores.

1406. PH. TINEA *Roeſella* alis nigro-auratis: punctis novem argenteis convexis ſubmarginalibus.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 13. Phalæna Roeſella.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 10-12.

*Friſch. inſ.* 3. *p.* 31. *t.* 4.

Habitat in *Mali* foliis, ſubcutanea.

*DESCR.* Minuta. *Corpus* nigrum. *Alæ ſuperiores* luteæ; macula oblonga nigra ad baſin, faſcia transverſa nigra; margo exterior & interior niger. Omnis niger color in hiſce alis diſparens tranſit in argenteum nitidiſſimum.

1407. PH. TINEA *Rajella* alis auratis: punctis ſex argenteis: ſecunda tertiaque connatis.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 31. *f.* 11-12.

Habitat in *Alni* foliis ſubcutanea.

*DESCR.* Minuta, Ph. Goedartellæ ſimilis. *Alæ ſuperiores* fuſceſcentes ſ. auratæ, utroque latere maculatis 3 albis ſ. argenteis maculis, quarum ſecunda fere transverſa eſt.

1408. PH. TINEA *Linneella* alis fulvis: punctis tribus argenteis elevatis.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 8. Phalæna Linneella.

Habi-

Habitat in Pomariis.

*DESCR.* Statura Ph. Röſellæ. *Alæ* ambitu nigro, diſco fulvo, in quo puncta tria, hemiſphærica, argentea, valde convexa, & præterea ad marginem inferiorem obſoleta lineola argentea interrupta. *Antennæ* nigræ, apice albæ.

1409. PH. TINEA *Schæfferella* alis nigris diſco flavis: ſtriga lineisque duabus longitudinalibus punctisque tribus argenteis.

*It. Scan.* 112. Phalæna Fagi.

Habitat in *Fagi* foliis ſubcutanea, omnia ſæpe folia commaculans.

*DESCR.* in Itinere Scanico 112.

1410. PH. TINEA *Jungiella* alis fuſcis: maculis ſeptem albis duplicatis: tertia faſciali ultimaque ſimplici.

Phalæna naſuta nigra, alis ſuperioribus lunula alba linea media nigra. *It. W:goth.* 141.

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 9. Phalæna Jungiella.

Habitat in Nemoribus.

*DESCR. Alæ* griſeo fuſcæ: Maculæ omnes albæ, excepta ultima e lineolis duabus parallelis; Maculæ duæ in medio oppoſitæ; tertia a margine exteriore ad angulum alæ adſcendens in faſciam obliquam; quarta quinta & ſexta ad marginem craſſiorem pone faſciam. Lineola ſ. Puncta ſimplicia ad marginem poſticum; Margo poſticus ater; horum punctum primum dorſale connexum ſuo oppoſito, lunulam retrorſum arcuatam refert; hæc lunula vix aurea ſ. argentea & prioribus paullo longior.

1411. PH. TINEA *Clerckella* alis argenteis poſtice fuſco-auratis caudatis; ocello terminali atro.

Habitat Holmiæ. *Car. Clerck.*

*DESCR.* Minima facile omnium. *Alæ ſuperiores* argenteæ, ad apicem fuſco-auratæ, ſubſtriatæ & caudatæ cum ocello rotundo atro. *Antennæ* mediocres.

1412. PH. TINEA *Harriſella* alis aureo-argenteis apice obtuſe uſtulato ſubocellato.

Habitat in Lucis. *T. Bergman.*

*DESCR.* Minus elongata & brevior, minuta. *Alæ* auro & argento variatæ, apice obtuſæ, nec ut præcedentis acuminatæ; in ipſo apice color uſtulatus ſubfuſcus, ſubocellatus, puncto atro.

1413. PH. TINEA *Granella* alis albo nigroque maculatis, capite albo.

*De Geer. act. ſtockh.* 1746. *p.* 48.

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 14, 16.

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 12.

Habi-

Habitat in Granorum *Frumenti* acervis, grana conſumens.
*DESCR.* Parva. *Alæ ſuperiores* lividæ maculis atris albisque, ita ut albæ maculæ ſ. lituræ ſemper nigræ approximatæ. *Inferiores* plumbeæ, margine tenuiore maxime ciliatæ. *Frons* albis villis, *Oculi* nigri; pone oculos lineola ſ. punctum atrum ad exortum alarum.

1414. PH. TINEA *tapetzella* alis nigris poſtice albidis, capite niveo.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta nigra, capite niveo, alis pone albidis. *Fn.* 892.
*Raj. inſ. p.* 204. *n.* 98. Tinea veſtivora major, alis oblongis acutis: exterioribus ad ſcapulas nigricantibus, inferius albentibus; interioribus fuſcis ſive cinereis.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 2-4.
Habitat in *veſtimentis*, *pellibus*, *tapeziis* & omnibus a lana vel villis animalium confectis; præſertim delectatur *veſtimentis Rhangiferinis* Lapponum.
*DESCR. Larva* facit cucullos cylindraceos e villis, quos rodit: hinc hi cuculli gaudent eodem colore ac veſtimenta, quæ conſumit, ſi hæc variegata ſunt, fit & cucullus variegatus; incedit cauda elevata, quam tegit cucullus, in quo ſe recondit terrefacta; cum creſcat quotidie craſſitie, evadit & quotidie cucullus anguſtior, hinc a latere diſſecatur & lacinia nova ampliatur; hinc ſi varie coloratas veſtes illi objicias, variegatus erit cucullus inſtar hiſtrionis.
Tota oblonga, anguſta, verſus apicem alæ elevatæ. *Caput* album. *Alæ ſuperiores* nigræ, ſed a medio ad apicem albæ, albedine punctis vix conſpicuis fuſcis parum inquinata. *Alæ inferiores* cinereæ. *Corpus* & artus nigra. *Antennæ* ſetaceæ.

1415. PH. TINEA *pellionella* alis canis medio puncto nigro, capite ſubgriſeo.
Phalæna naſuta cana puncto nigro in medio alarum, capite ſubgriſeo. *Fn.* 894.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 12. *f.* 12-16.
Habitat in *veſtimentis* villoſis, quæ corrodit & depilat intra cucullum latitans, uti prior.

1416. PH. TINEA *ſarcitella* alis cinereis, thorace utrinque puncto albo.
Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta cinerea, thoracis puncto utrinque albo. *Fn.* 893.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 17.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 6. *f.* 9-10.
Habitat in *Veſtimentis*, cujus larva cylindros conficit, iisque ſe veſtit & occultat, ut duæ præcedentes.
*DESCR.* Parva eſt; *Alæ* cinereæ. *Abdomen*, pedes, caput & tota pars inferior albida, ad ſolem inſtar metalli nitens. *Antennæ* breviores. *Oculi* nigri.

1417. PH. TINEA *veſtianella* alis cinereis coſta albis, apicibus adſcendentibus plumoſis, palpis recurvatis.
Habitat in *Veſtimentis*, quæ æſtate rodit & deſtruit more præcedentium.
*DESCR. Alæ ſuperiores* lanceolatæ, margine craſſiore niveo, glaucæ atomis nigris, *Inferiores* ſubulatæ, plumbei coloris, omnes latiſſime ciliatæ. *Palpi* prominentes, recurvi. *Antennæ* breviores, albo annulatæ.

1418. PH. TINEA *Pomonella* alis nebuloſis: poſtice macula rubra aurea.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 13.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 40. *f.* 9. 10.
Habitat intra *Poma* & *Pyra.*
*DESCR.* Magnitudo Ph. Evonymellæ. Tota cinereo fuſcoque nebuloſa, dignoſcenda macula magna obſcura aureo lucente, ad poſteriora alæ verſus angulum ani.

1419. PH. TINEA *Strobilella* alis fuſcis argenteo-undatis; inferioribus fuſcis margine albo.
Phalæna naſuta fuſca albido undulata, alis inferioribus fuſcis margine albis. *Fn.* 914.
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 10.
Habitat in *Abietis* Strobilis, exiens primo vere, frequens.
*DESCR.* Minuta. *Alæ* fuſceſcente griſeoque nebuloſæ margine craſſiore pluribus albis ſtriis transverſis notatæ. *Inferiores* fuſcæ margine poſtico & tenuiore albo.

1420. PH. TINEA *Turionella* alis griſeo albis nitidulis, thorace luteo.
Habitat intra *Pini ſylveſtris* Turiones.
*DESCR.* Magnitudo Ph. Evonymellæ. *Alæ* ferrugineo alboque nebuloſæ: albedine quaſi e variis inæqualibus faſciis argenteis connexa.

1421. PH. TINEA *dodecella* alis griſeis pallido faſciatis: punctis trium parium fuſcis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 22. *f.* 22, 23.
Habitat intra *Pini ſylveſtris.* Turiones, ut præcedens.

1422. PH. TINEA *Cembrella* alis fuſcis atomis albidis irroratis.
Habitat in *Pinu ſylveſtri*; larva intra folliculum ſcabrum, more Ph. Pellionellæ.
*DESCR.* Minor muſca domeſtica. *Alæ* obtuſæ, faſciæ punctis albidis conſperſæ, unde cinereæ adparent.

1423. PH. TINEA *Reſinella* alis fuſcis: faſciis-cinereo argenteis.
*De*

*De Geer inſ.* 1. *t.* 33. *f.* 12, 13.
*Friſch. inſ.* 10. t. 9.
Habitat intra *Pini* Reſinæ glomerem exſudantem e ramis.
*DESCR.* Simillima Ph. Pomonellæ. *Alæ* cinereæ, nigro transverſim undulatæ; albedo argentea adparet.

1424. PH. TINEA *Tædella* alis fuſcis: faſciis tribus maculisque totidem albis bifidis.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 13.
Habitat in *Abiete*. Claud. Alſtrömer.
*DESCR.* Parva. *Alæ* breviores, obtuſiores: faſcia prima in baſi, tertia in medio alæ, fracta; poſterius maculæ tres albæ, bifidæ, quarum duæ ad marginem inferiorem.

1425. PH. TINEA *Lappella* alis pallidis puncto nigro apice adſcendentibus.
*Renſtr. Act. ſtockh.* 1752. *p.* 66.
Habitat in *Arctii Lappæ* capitulis intra ſemina. Renſtröm.
*DESCR.* Magnitudo Ph. tapezellæ. *Alæ* oblongæ, pallidæ teſtaceæ ſ. flavicantes, poſtice paullo latiores, atomo uno alterove nigro adſperſæ. *Antennæ* breviores. *Palpi* adſcendentes.

1426. PH. TINEA *bracteella* alis nigris: antice maculaque marginali luteo-aureis.
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 4. Phalæna bracteella.
Habitat rarius apud nos.
*DESCR.* Magnitudo vix muſcæ. *Alæ* nigræ: *ſuperiores* antice, $\frac{1}{3}$ totius, aureo flavæ; Macula flava ad marginem exteriorem verſus poſteriora. *Frons* flava. *Antennæ* breves.

1427. PH. TINEA *ſtipella* alis nigris: maculis tribus ſulphureis.
*Clerck phal. t.* 12. *f.* 5. Phalæna ſtipella.
Habitat ruri.
*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Alæ ſuperiores* oblongæ, nigræ: macula flava ad baſin interiorem; alia in medio, latior, non attingens marginem exteriorem; alia rotunda ante apicem, non tangens marginem tenuiorem.

1428. PH. TINEA *Corticella* alis griſeis margine aureo-punctatis, poſtice trilunatis.
Habitat intra corticem arborum Pomonæ.

1429. PH. TINEA *tertianella* alis cinereis: faſciis obſcurioribus ſeſquitertiis.
Habitat in Prædiis.

1430.

1430. PH. TINEA *teſſella* alis nigris: faſciis duabus albis remotiſſimis teſſellatis.

Phalæna ſeticornis ſpirilinguis naſuta nigricans: faſciis duabus albis teſſellatis. *Fn.* 897.

*DESCR.* E maximis hujus ordinis hæc eſt, *tota* nigro-fuſca; faſcia alba, linearis duplex alas ſuperiores transverſim ſecat, quarum altera juxta baſin, altera verſus alarum apicem; harum ſingula alba eſt, ſed maculis parvis nigricantibus quaſi teſſellata.

1431 PH. TINEA *argentella* tota argentea immaculata.

Habitat in *Abiete.*

*DESCR.* Minuta. Tota cum alis & artubus argentea, nitidiſſima. *Alæ inferiores* lanceolatæ, utrinque ciliatæ. *Antennæ* corpore breviores, fuſco annulatæ. *Oculi* nigri.

1432. PH. TINEA *Calthella* atra, alis ſuperioribus totis aureis, capite ferrugineo.

Habitat in Floribus *Calthæ* frequens.

*DESCR.* Minuta. *Antennæ* vix corporis longitudine. *Alæ ſuperiores* certo ſitu totæ aureæ apparent: alias atræ. Differt a Ph. Friſchella Antennis baſi minime auritis; Capite ferrugineo; Corpore quadruplo minore.

1433. PH. TINEA *pedella* alis ſuperioribus linearibus luteis: faſciis tribus fuſcis, pedibus poſticis transverſe extenſis.

Habitat in *Alni* foliis ſubcutanea. T. Bergman.

*DESCR.* Minuta. Caput & Thorax lutea. Alæ lineares luteæ: faſciæ tres fuſcæ, æquali ſpatio remotæ, quarum prima in ipſa baſi. *Pedes* poſtici horizontaliter extenſi, ſpinoſi. *Antennæ* mediocres.

1434. PH. TINEA *uſtella* alis ſuperioribus nigris: margine inferiore longitudinaliter cinereo.

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 13. Phalæna uſtella.

Habitat in Sylvis paludoſis.

*DESCR.* *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Alæ ſuperiores* nigræ, margine exteriore lato, longitudinaliter cinereo. *Inferiores* fuſcæ.

1435. PH. TINEA *parentheſella* alis ſuperioribus teſtaceis linea longitudinali albida.

Habitat Holmiæ.

*DESCR.* Magnitudo culicis. *Alæ* circum corpus convolutæ, anguſtæ, teſtaceæ: ſingulis linea alba longitudinalis a baſi ad medium excurrens, ut inſectum linea utrinque alba notatum adpareat. *Pedes* longitudine corporis.

1436. PH. TINEA *elongella* alis linearibus teſtaceis, antennis longitudine corporis.

Habitat in Smolandia. *Car. Blom.*

DESCR.

*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Alæ ſuperiores* luteo-teſtaceæ, lineares, margine interiore longitudinaliter piloſiſſimæ. *Inferiores* albidæ, ſubulatæ, utrinque ciliato-villoſæ. *Antennæ* longitudine corporis.

1437. PH. TINEA *punctella* alis ſuperioribus linearibus teſtaceis: punctis quatuor fuſcis.
Habitat in *Pomariis* ſedens innititur apici alarum. T. Bergman.

*DESCR.* Simillima præcedenti; ſed *Alæ ſuperiores* notatæ punctis quatuor, fuſcis, æquali ſpatio remotis,

1438. PH. TINEA *bicoſtella* alis lanceolatis cinereo-albidis: coſta longitudinali fuſca margine niveo.
*Clerck. phal. t. 3. f. 15.*
Habitat Upſaliæ. *Claud. Alſtrômer.*

*DESCR. Palpi* fuſci, longi. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Alæ* albidæ: linea longitudinalis latiuſcula fuſca ad marginem exteriorem; margo niveus lineæ parallelus: Puncta duo ſ. tria nigra minima juxta lineam fuſcam in diſco.

1439. PH. TINEA *fuſcella* alis fuſco-cinereis: ſuperioribus punctis duobus anoque ſubtus macula nigris.
Habitat in domibus.

Litura fuſca verſus apicem alæ ſuperioris.

1440. PH. TINEA *minutella* alis nigricantibus: maculis transverſis ferrugineis.
Phalæna ſeticornis naſuta nigra: maculis quatuor transverſis ferrugineis. *It. ſcan.* 216.
Habitat in domibus Scaniæ.

*DESCR.* Magnitudo Culicis, nigra. *Alæ ſuperiores* nigræ: maculis duabus ferrugineis; interiore paullo anteriore, unde compoſitis alis in tergo angulus ferrugineus apparet.

1441. PH. TINEA *mercurella* alis albido cinereis ſubfaſciatis medio puncto albo & cincto.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Culice paulo major. *Alæ* ſubcinereæ: ſtigis duabus, repandis, remotis, fuſcis. Punctum vix conſpicuum nigricans in medio alæ: *Ocellus* niger pupilla alba ſ. & ſignum nigrum, ad marginem exteriorem alæ, verſus poſteriora.

1442. PH. TINEA *Populella* alis caneſcentibus fuſco nigroque nebuloſis, tibiis poſticis pilis flaveſcentibus.
Habitat in *Populo tremula*, Phalæna trunco inſidens. *Joh. Alſtrômer.*

*DESCR.* Parva, ſtatura præcedentis. *Antennæ* breves. *Alæ inferiores* plumbeæ.

1443.

1443. PH. TINEA *porrectella* alis albicantibus, antennis porrectis mediocribus, palpis recurvis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 26. *f.* 15, 16.
Habitat in Plantis *Tetradynamis.*
*DESCR.* Magnitudo culicis; tota albicans, linearis. *Antennæ* longitudine corporis, albo annulatis, porrectis & in unam approximatis. *Alæ inferiores* acuminatæ.

1444. PH. TINEA *leucatella* alis nigricantibus: faſciis duabus: poſteriore obſoletiore capiteque albis, palpis reflexis.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Media. *Alæ ſuperiores* nigræ: Faſcia anterior alba, ſemi-orbicularis ſ. antice transverſa, poſtice rotundata; poſterior faſcia anguſta, alba ſed commaculata. *Caput* totum niveum, uti etiam *Palpi* corniformes recurvi. *Antennæ* breviores, nigræ, albo annulatæ.

1445. PH. TINEA *cinerella* alis fuſco cinereis immaculatis nitidulis, palpis corniformibus.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Corpus totum cinereum una cum alis. *Palpi* clavati recurvi, apicibus ſetaceis corniculati.

1446. PH. TINEA *ſcabrella* alis albis ſtriatis dorſo nigro-ſtriatis exaſperatis, palpis ſpinoſis.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Simillima ſequenti. *Alæ* oblongæ, ſtriatæ ſtriis verſus marginem dorſalem nigris, ut margo dorſalis fere niger adpareat. at in hac parte eminent ſtriæ ſquamis erectis, ut hic valde ſcabra paſſim evadat; *Inferiores* fuſceſcentes. *Antennæ* albæ, mediocres. *Palpi* porrecti & in horum dorſo ſpina.

1447. PH. TINEA *aſperella* alis albidis: macula communi fuſca, apicibus nigro punctatis retuſis.
Habitat Upſaliæ.
*DESCR.* Tota ſupra alba cum umbra griſeſcente in medio alarum; in medio tergi alarum macula communis rhombea, nigra, exaſperata ſquamis recurvatis; poſtice alæ admodum retuſæ ſ. emarginatæ margine fuſco; inferius acutæ, ſuperne lobo rotundato cum puncto uno alterove ante emarginaturam. *Antennæ* breviores. *Palpi* porrecti.

1448. PH. TINEA *ſerratella* fuſca, tibiis poſticis barbatis corpore longioribus.
Habitat in *Pyri* foliis intra cucullum criſtatum *D. C. Solander.*
*DESCR.* Tota fuſco-nigricans, culice minor. *Antennæ* mediocres, albo annulatæ. *Alæ* abdomine longiores. *Pedes* poſtici ipſis alis longiores. Tibiæ hujus poſtice piloſæ, non vero femora.

1449. PH. TINEA *Juniperella* alis cinereis: ſtriga alba undulata punctisque quatuor nigris.

Habitat in *Junipero*, connectens ramulos. C. Clerck.

*DESCR.* Mediocris. *Alæ ſuperiores* cinereæ punctis nigris quatuor, absque ordine digeſtis; poſtice ſtriga alba undata; margo poſticus punctis nigris; *inferiores* albidæ.

1450. PH. TINEA *gelatella* alis cinereis: ſuperioribus linea albida punctisque duobus nigris remotis; femina hemiptera.

*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 3. Phalæna galatella.

Habitat in *Chærophyllo ſylveſtri* ſub fine menſis defoliationis.

*DESCR.* Majuſcula. *Alæ Superiores* fuſco caneſcentes linea latiore, albida, longitudinali, interrupta duobus punctis nigris, æquali ſpatio remotis; *Inferiores* livide cinereæ. *Antennæ* breviores. *FEMINA* alis duabus cinereis lanceolatis vix corporis longitudine, villoſis, acutis, utroque margine notatis punctis tribus nigris.

1451. PH. TINEA *Lichenella* femina aptera lævi nigra.

Habitat in *Lichene candelario* ſuper muros templi Waxalenſis; Larva habitat intra folliculum.

*DESCR.* *Femina* magnitudine vix Cimicis, nigra, tota glabra. *Mas* repertus non fuit, nec e Larvis, cum feminis, prodiit.

1452. PH. ALUCITA *monodactyla* alis patentibus linearibus indiviſis.

Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Alæ* cinereæ: *Superiores* lineares, indiviſæ, ſubtus canaliculatæ, ſub quibus inferiores abſconduntur; *Inferiores* fere tripartitæ: ramo poſtico usque ad baſin diviſo.

1453. PH ALUCITA *didactyla* alis patentibus fiſſis fuſcis: ſtrigis albis: anticis bifidis; poſticis tripartitis.

Habitat in *Geo rivali*.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* fuſco-ferrugineæ, ſemibifidæ. acuminatæ: ſtrigæ ſ. maculæ aliquot albæ; margo poſticus ſub apice albus. *Inferiores* albido maculatæ. *Pedes* albo-annulati.

1454. PH. ALUCITA *teſſeradactyla* alis patentibus fiſſis cinereo-nebuloſis, poſticis fuſcis.

Habitat in nemoribus.

DESCR. *Alæ ſuperiores* cinereo fuſcoque nebuloſæ, fiſſura connivente; *Inferiores* fuſcæ, nec maculatæ, tetradactylæ.

1455. PH. ALUCITA *tetradactyla* alis patentibus fiſſis pallidis; lineis albis.

Habi-

Habitat inter frutices.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* lineares; linea alba, longitudinali, ut ſoli margines obſcuriores, immaculati. *Pedes* albi.

1456. PH. ALUCITA *ptero-dactyla* alis patentibus fiſſis teſtaceis: puncto fuſco.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* *Alæ ſuperiores* ferrugineo-teſtaceæ, bifidæ, ſed fiſſura, niſi flectantur, non apparente; in medio punctum nigricans.

1457. PH. ALUCITA *penta-dactyla* alis patentibus fiſſis quinquepartitis niveis: digito quinto diſtincto.
Habitat in Gotlandiæ Hoburg. *Petr Bergius* M. D.

*DESCR.* Major reliquis noſtratibus & tota nivea. *Thorax* faſciculis tribus. *Alæ Superiores* ultra medium bifidæ margine poſtico ciliatæ. *Inferiores* quinquepartitæ: quinto libero; rachidibus omnium imbricatis ſquamis.

1458. PH. ALUCITA ***hexa dactyla*** alis patentibus fiſſis: ſingulis ſexpartitis.
Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* *Alæ* omnes patentes: radiis numeroſis fere, ad baſin diviſis ciliis quaſi cohærentibus, colore albo cinereoque undulatis.

# IV. NEUROPTERA.

## Libellula.

1459. LIBELLULA *quadrimaculata* alis poſticis baſi omnibusque medio antico macula nigricante,
Libellula alis macula duplici marginali. *Fn.* 764.
*Raj. inſ.* 72. *n.* 3. Libella maxima, abdomine longo tenui lævi viridi ſplendente ad initium & finem intumeſcente.
Habitat Upſaliæ rarior.

*DESCR.* Nomen *Raji* nil valet, deſcriptio bona eſt. *Thorax* craſſus maculis duabus flavis, præter anticam, diſtinctis nigris lineis a tergo hirſutis. *Abdomen* attenuatum ex lato principio. *Alæ* albæ, verſus baſin luteæ, ſed *inferiores* infra luteum colorem nigræ. *Abdominis* latera & dorſum flaveſcentia; *cauda* duabus appendiculis teretibus utrinque attenuatis. Nota eſſentialis, qua hæc ſpecies ab omnibus diſtinguitur, conſiſtit in puncto marginali, quod ut in reliquis verſus extremitates nigrum eſt, ſed

præter hoc punctum, fuſca ſ. nigra alia macula, ad marginem anteriorem, in medio alæ ſingulæ; adeoque puncta quaſi duo marginalia in omni ala. *Oculi* poſtice ſubtus linea flava.

1460. LIBELLULA *flaveolata* alis albis baſi luteis. *Fn.* 765.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 4. Libella maxima, abdomine breviore latioreque flavo.
Habitat frequens ad Aquas in Uplandia.
DESCR. *Dorſum* luteum; ſubtus tota nigra; *Thorax* niger utrinque maculis duabus obliquis flavis, præter lineas duas flavas, præcedentes. *Pedes* nigri; *Frons* vireſcens. *Oculi* griſei. *Alæ* omnes baſi lata flava macula.

1461. LIBELLULA *vulgata* alis albis, corpore fuſco, cauda ſimplici. *Fn.* 766.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 6. Libella maxima, abdomine flavo anguſtiore, nullis ad radicem alarum maculis fuſcis.
Habitat ad Aquas.
DESCR. *Alæ* albæ, puncto marginali rufo-fuſco. *Corpus* nigricans: *Anus* abſque appendice.

1462. LIBELLULA *rubicunda* alis tantum poſticis baſi nigricantibus.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 8. Libella abdomine pulchre rubente verſus podicem latiore.
*Roeſ. inſ.* 2. *aqu.* 2. *t.* 7. *f.* 4.
Habitat ad Aquas.
DESCR. *Facies* alba. *Thorax* niger, pallido lanatus, lineis rubris & dorſo inter alas coccineo. *Pedes* nigri. *Alæ* hyalinæ: macula marginali ferruginea; *Inferiores* baſi nigræ. *Abdomen* nigrum maculis dorſalibus magnis rubris. *Cauda* parva. *Femina* lutea, ubi mas ruber.

1463. LIBELLULA *depreſſa* alis omnibus baſi nigricantibus, thorace lineis duabus flavis; abdomine depreſſo lanceolato lateribus flaveſcente.
*Raj. inſ.* 49. *n.* 5. Libella maxima, abdomine breviore latioreque cæruleo.
DESCR. *Facies* luteſcens. *Thorax* villoſus, pallido virens, antice linea flava. *Alæ* macula marginali atra; & omnes baſi nigro-ferrugineæ; intimo margine albo. *Abdomen* lanceolatum, cinereo-vireſcens, ſegmentis 3. 4, 5, 6, 7 lateribus luteis; apice obſcure ferrugineo; ano ſetis duabus ſubulatis breviſſimis. *Femora* baſi livida. *Pedes* nigri.

1464. LIBELLULA *vulgatiſſima* thorace ſtrigis octo flavicantibus.
Libellula lateribus flava, alis albis. *Fn.* 767.
*Raj. inſ.* 50. *n.* 7. Libella major, præcedenti congener.
*Swam. quart. p.* 175. *t.* 8. *f.* 6.

Habi-

Habitat ad Aquas vulgaris.

*DESCR.* Latera thoracis & abdominis flava; *Alæ* albæ, nullo modo flaveſcentes ut in Rajana; a dorſo longitudinaliter fuſca. *Puncta* marginalia alarum fuſco-ferruginea.

1465. LIBELLULA *cancellata* alis baſi immaculatis, abdomine dorſo lateribusque interrupte luteis.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Facies pallida, fronte nigra. Oculi poſtice linea flava nigro interrupta. *Thorax* antice teſtaceus lineis duabus nigris & lateribus maculis duabus flavis. *Abdomen* dorſo flavum utrinque lineis duabus nigris longitudinalibus & ſegmentorum marginibus nigris.

1466. LIBELLULA *ænea* thorace æneo-viridi.

Libellula thorace viridi nitido: lineis flavis, alis pallidis, abdomine nigro. *Fn.* 768.

*Raj. inſ.* 49. *n.* 5. Libella maxima, abdomine breviore latioreque cæruleo.

*p.* 140 Libella maxima, abdomine breviore & craſſiore latioreque cæruleo.

*DESCR. Caput & thorax* viridia, nitida. *Oculi* ſubfuſci; *Alæ* flaveſcente-albæ, in quibusdam ad baſin flavæ. Punctum marginale fuſcum. *Abdomen* cylindricum nigrum, ſubtus flavum marginis colore deaurato. *Cauda* diphylla, anguſta.

β Libellula viridi-inaurata; alis pallidis, pedibus nigris. *Fn.* 759.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Præcedenti ſimillima. *Mas* cauda quadridentata, dentibus ſuperioribus piloſis, inferioribus ſingulis duplici denticulo. *Feminæ* cauda foliolis 2 lanceolatis. *Caput, thorax, abdomen* cupreo inaurata. *Thorax* piloſus absque maculis; margo alarum poſticarum pone verſus abdomen macula membranacea. *Oculi* praſini. *Labium* pallidum. *Abdomen* ſubtus hinc inde pallide albeſcens.

1467. LIBELLULA *grandis* alis glauceſcentibus, thoracis lineis quatuor flavis.

Libellula griſea, alis flaveſcentibus, thoracis lateribus lineis flavis, cauda diphylla.

*Reaum. gall.* 6. *t.* 35. *f.* 3.

*Raj. inſ.* 49 *n.* 2 Libella maxima, abdomine longo tenuiori, alis flaveſcentibus.

*p.* 140. *n.* 2. Libella maxima, abdomine longiſſimo tenuiori, alis fulveſcentibus.

*p.* 48. *n.* 1. Libella maxima vulgatiſſima, alis argenteis.

 *Mouff.*

*Mouff. lat. p.* 67. Libella major. 2. 3.
Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Duo folia fuſca lanceolata, in cauda. *Abdomen* longum, anguſtum, ruſo-fuſcum, interdum albo maculatum. In *Thorace* lineolæ utrinque duæ, obliquæ tranſverſales, *flavæ*; thorax alias abdomini concolor, hirſutus. *Alæ* flaveſcentes macula ferruginea. Eſt inter maximas.

1468. LIBELLULA *juncea* alarum membrana acceſſoria nigricante, thorace lineis ſex flavis, abdomine ad baſin attenuato.
Habitat ad Aquas.

1469. LIBELLULA *forcipata* thorace nigro: characteribus variis flaveſcentibus.
Libellula thorace luteo-vireſcente: lineis nigris, abdomine nigricante: characteribus flavis.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 10. *f.* 4.
6. *t.* 35. *f.* 5.
*Merr. pin.* 197. Libella maxima lutea, cum 4 vel 5 ſpinis in caudæ extremitate.
*Pet. muſ.* 84 *n.* 819. Libella major, corpore compreſſo flaveſcente.
Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Eſt inter maximas. *Mas* cauda forcipata, duobus unguibus majoribus, oppoſitis, & duobus mucronibus ſubjectis, parvis. *Thorax* viridi-flaveſcens, anterius ad alarum exortum, verſus caput, tribus nigris lineis duplicatis notatus. *Abdomen* cylindricum, nigrum, octo conſtans articulis, a tergo linea flava longitudinali inſcriptis, quæ 6 priores articulos exarat, non vero 7 & 8. Singulum ſegmentum ad latera macula flava tranſverſa, & alia minore incurva longitudinali inſignitur, quæ maculæ evidentiores in fœmina, quam in mare. *Feminæ* cauda duobus mucronibus armatur, Maris vero quatuor. Maris *genitalia* ſub, vel in primo abdominis ſegmento, fœminæ vero ſub vel in ultimo ſegmento, uti in omnibus congeneribus. *Alæ* hyalinæ, puncto marginali & linea tranſverſa in medio.

1470. LIBELLULA *virgo* alis erectis coloratis.
*α.* Libellula corpore ſericeo nitido: alis luteo fuſcis: margine immaculatis. *Fn.* 756.
*Raj. inſ. p.* 50. *n.* 11. Libella media, corpore e viridi cæruleſcente, alis fulveſcentibus abſque maculis.

*DESCR.* *Corpus* mediæ magnitudinis, e cæruleo nitens, ſive atratum. *Alæ* luteo-fuſcæ abſque ullo puncto obſcuro ad marginem exteriorem alarum.

*β.* Libellula corpore cæruleo nitido; alis viridi-cæruleſcentibus: apice fuſcis: margine immaculatis. *Fn.* 757.

*Raj.*

*Raj. inſ. p.* 50. *n.* 10. Libella media, corpore cæruleo, alis fere totis ex cæruleo nigricantibus.

*DESCR. Alæ*, quæ etiam puncto marginali carent, nigro-cæruleſcentes; apice pallide fuſcæ. *Cauda* unguiculata.

γ Libellula corpore viridi-cæruleo; alis ſubfuſcis: puncto marginali albo. *Fn.* 758.

*Raj. inſ.* 51. *n.* 12. Libella media, corpore viridi, alis fulveſcentibus maculis parvis albis prope extremum angulum.

*DESCR. Corpus* viridi-ſericeum, nitidum, minime cæruleum. *Pedes* nigri. *Alæ* ſubfuſcæ puncto marginali albicante oblongo. *Cauda* inermis. Hæc præcedentis fæmina. *De Geer.*

δ Libellula corpore ſericeo nitido; alis inaurato-fuſcis: macula nigra. *Fn.* 759.

*Hoffn. inſ. t.* 11. *f. ult.*

*Raj. inſ.* 50. *n.* 9. Libella media, corpore partim viridi, partim cæruleo, alis media parte maculis ampliſſimis e cæruleo nigricantibus.

*p.* 140. *n* 2. Libella media, corpore partim viridi, partim cæruleo, alis media parte maculis ampliſſimis e cæruleo nigricantibus oblitis.

Habitant hæ omnes ad *Fluvios.*

*DESCR. Corpus* cæruleo-nitidum. *Pedes* nigri. *Alæ* a medio verſus apices cæruleſcente nigræ, ipſis apicibus aurato-fuſcis: a medio alæ verſus ejus baſin color inauratus, nullum punctum marginale in hac.

1471. LIBELLULA *puella* alis erectis hyalinis.

α Libellula corpore ſericeo; alis puncto marginali fuſco. *Fn.* 760.

*Raj. inſ.* 51. *n.* 15. Libella minor, alis reticulatis, dorſo viridi: inciſuris albicantibus.

*Levenh. arcan.* 1695. *p.* 18. *t.* 19. Junfferties.

*DESCR.* Hæ e minoribus. *Dorſum* ſecundum totam longitudinem æneum. *Alæ* auratæ, nitidæ, puncto marginali fuſco, rhomboide, non nigro: Vaſa alarum reticulata conſtant ſemper duobus nervis longitudinaliter ſibi propioribus. *Thorax* & abdomen ſubtus & ad latera livida. *Pedes* extra nigricantes, intus lividi. *Oculi* cinerei, ſupra fuſci. *Caput* a tergo æneum, linea alba transverſa, transverſim trifida, extremitatibus craſſioribus. *Thorax* a tergo viridi æneus, utrinque linea alba longitudinali notatus. *Antennæ* nigræ, breves, infimo articulo craſſo.

β Libellula corpore incarnato; alis puncto marginali fuſco. *Fn* 761.

*Raj. inſ p.* 51. *n.* 16. Libella media, dorſo albido, duabus maculis nigris juxta inciſuras.

*p.* 52. *n.* 17. Libella minor, alis reticulatis, dorſo rubro maculis ad ſingulas inciſuras nigris.

*DESCR.* *Corpus* incarnatum, juxta inciſuras abdominis lineolis ſive characteribus nigris. *Punctum* alarum marginale fuſcum.

γ Libellula corpore ſericeo; alis puncto marginali nigro. *Fn.* 762.

*Raj. inſ.* 140. *n.* 1. Libella minor, corpore livide cæruleo.

*DESCR.* *Alæ* albæ puncto marginali atro. *Corpus* ſupra viridi-cæruleum, nitidum, absque ulla alia mixtura; magnitudo præcedentium duarum.

δ Libellula corpore cæruleo cinereoque alterno; alis puncto marginali nigro. *Fn.* 763.

*Raj. inſ.* 53. *n.* 18. Libella minor, alis brevioribus, corpore cæruleo maculis transverſis nigris.

*Gœd. belg.* 3. *p.* 29. *f.* R.

*Liſt. gœd. p.* 228. *f.* 103.

Habitant omnes ad *Paludes.*

*DESCR.* *Alæ* albæ, puncto marginali atro. *Abdominis* articuli a tergo viſi antice cinerei, poſtice cæruleſcenti-nitidi; antepenultimus & ultimus articulus in plerisque cinereus, nullo modo nitidus.

# Ephemera.

1472. EPHEMERA *vulgata* cauda triſeta, alis nebuloſo-maculatis. *Fn.* 750.

Habitat ad Lacus.

*DESCR.* Differt manifeſte a reliquis. *Alis* venis reticulatis valde fuſcis & maculis alarum nebuloſis, fuſcis, inæqualibus. *Setæ* etiam caudæ fuſcæ.

1473. EPHEMERA *bioculata* cauda biſeta, alis albis reticulatis. *Fn.* 751.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. *n.* 2. Ephemera alis incarnato-albis.

*Blank. belg. t.* 12. *f. F.*

Habitat juxta aquas æſtate: Larva vero ſub aqua.

*DESCR.* *Caput* minimum. *Tubercula* duo lentiformia, elevata, lutea, oculis multo majora, pellucida, oculis incumbentia; *Thorax* compreſſus, ſupra nebuloſus. *Abdomen* cylindraceum, albo diaphanum, ultimis articulis ſubfuſcis. *Cauda* duabus ſetis rectis, corpore ipſo duplo longioribus, albis; intra has duæ ſetæ breviſſimæ, incurvæ. *Pedes* nivei, quorum anteriores longiores. *Alæ* erectæ, albæ, opalo-incarnato parum nitentes, reticulatæ.

1474 EPHEMERA *fuſcata* cauda biſeta, corpore fuſco alis ſegmentisque abdominis albis.

Habitat ad Liumkihl Uplandiæ.

DESCR.

*DESCR.* Caput, Thorax, Abdominis primum & quatuor ultima ſegmenta fuſca. *Alæ* albæ; *ſecundariæ* minutæ. *Spiracula* abdominis fuſca. *Pedes* albi; anticis duobus longiſſimis *Ungues* fuſci. Gibberes oculares magni, flavi. *Antennæ* breves albæ. *Caudæ* ſetæ duæ, albæ, abdomine breviores.

1475. EPHEMERA *culiciformis* cauda biſeta, alis albis, corpore fuſco. *Fn.* 753.
Habitat ad aquas.
*DESCR.* Culice paulo major. *Thorax* nigricans. *Abdomen* fuſcum; *ſetæ* caudæ longitudine corporis. *Tubercula* 2 ſupra oculos, craſſa, magna, livida.

1476. EPHEMERA *horaria* cauda biſeta, alis albis: margine craſſiore nigricantibus. *Fn.* 754.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. *n.* 3. Ephemera alis albis minima.
*Swam. quart. p.* 87. Ephemera minima.
Habitat ad lacus.
*DESCR.* *Alæ* albæ margine craſſiore fuſco-nigricante. *Cauda* duabus ſetis armata, abſque ullis parvis interiectis. *Pedes* albi, exceptis primis majoribus magis fuſcis. ſupra oculos *Tubera* duo oculis majora, fuſco-purpurea. *Abdomen* cineraſcens, ſegmentorum marginibus albis. Habet quaſi ſex oculos; tubera ſcilicet duo majora deſcripta; oculos duos compoſitos; ad horum tuberum latera oculos duos alios minimos ante tubera poſitos.
Circa veſperam evolant ex aquis, ſecum ferentes tunicam pupulæ, quam deponunt, ubi primo quieſcunt, albam; ſic feneſtras & navigantium veſtes tunicis his adſpergunt; vivunt tantum per noctem, moriuntur inſequente hora matutina omnes; magnitudo muſcæ domeſticæ minoris.

1477. EPHEMERA *diptera* cauda biſeta, alis duabus: coſta marginali fuſca cinereo-maculata.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Media. *Alarum* coſta nigricans velut characteribus albidis inſcripta. *Inferiores* alæ vix exiſtunt.

1478. EPHEMERA *nigra* cauda biſeta, nigra, alis nigricantibus: inferioribus minimis.
Habitat ad aquas. *D. C. Solander.*
*DESCR.* Magnitudo culicis, tota nigra. *Pedes* pallidiores. *Alæ inferiores* adeo parvæ ut vix conſpectum ſubeant. *Alarum* margo tenuior ſubciliatus.

1479. EPHEMERA *mutica* cauda mutica, alis albis ſtriatis. *Fn.* 752.
Habitat ad aquas.
*DESCR.* Minor. *Alæ* hyalinæ, ſed vaſis minime reticulatis. *Cauda* ſetis longis caret; capitis tubera oculis minora ſunt in hac ſpecie. *Mas* corpore pellucido, thorace nigricante. *Fæmina* corpore opaco ſubrufeſcente. In congreſſu cohærent perfecte uti Libellulæ.

1480. EPHEMERA *veſpertina* nigra, alis inferioribus albis. *It. œl.* 21. *Fn.* 755.

Habitat copioſe in Smolandia ad fluvium Sâtthaella.

*DESCR.* Eſt inter minores generis ſui, toto corpore & alis ſuperioribus nigra; ſolæ alæ inferiores albæ, quibus ab omnibus generis ſui ſpeciebus manifeſte differt.

## Phryganea.

1481. PHRYGANEA *phalænoides* nigra, alis albidis: maculis nigris ſparſis.

*Udam. diſſ.* 53. *f.* 16. Phryganea nigra, alis albo pallidis: maculis plurimis nigris.

Habitat in Finlandia: Aboæ & alibi.

*DESCR.* Speciosior & major omnibus notis Europæis hujus generis. *Corpus* nigrum. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Alæ* albidæ, concolores; *ſuperiores* maculis adſperſæ plurimis, nigris, ad marginem poſticum in ordine digeſtis. *Inferiores* albæ margine poſtico faſcia nigra; margine vero laterali inferiori maculis nigris.

1482. PHRYGANEA *reticulata* nigra, alis ſubferrugineis atro reticulatis.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Media, ſtatura Phalænæ. *Alæ ſuperiores* ſubferrugineæ venis atris transverſe reticulatæ; ad angulum ani macula nigricans. *Inferiores* ſubferrugineæ faſcia nigra; margine poſtico nigricante e maculis confluentibus acutis

1483. PHRYGANEA *ſtriata* alis teſtaceis nervoſo-ſtriatis. *Fn.* 738.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. *n.* 2. Hemerobius alis teſtaceis venoſo ſtriatis, antennis longitudine alarum.

*Aldr. inſ p.* 763. Perlarum forte ſpecies.

Habitat in viis lutoſis.

*DESCR.* Facies phalænæ majoris. *Antennæ* antrorſum porrectæ, longitudine corporis. *Alæ* magnæ, latæ, ſubteſtaceæ ſive fuſco-teſtaceæ, venis aliquantulum ramoſis ſtriatæ, minime autem ullo in puncto reticulatæ; Punctum album poſtice in ala ſuperiore. *Corpus* fuſcum.

1484. PHRYGANEA *griſea* griſea; alis ſuperioribus nebuloſis: macula marginali nigra. *Fn.* 739.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis eſt. *Alæ* incumbentes, poſtice compreſſæ; *ſuperiores* (uti totum corpus) griſeæ, fuſco obſolete nebuloſæ; in quarum medio juxta marginem inferiorem ſeu craſſiorem nigra macula.

1485. PHRYGANEA *grandis* alis cinereo-teſtaceis: lineolis duabus longitudinalibus nigris: puncto albo. *Fn.* 740.
Habitat in Scania. *D. Leche.*

*DESCR.* Magna. *Alæ* teſtaceo-cineraſcentes, lineis in ſuperioribus alis duabus longitudinalibus, eademque ſerie diſpoſitis, & ſingulis albo puncto notatis. *Antennæ* longæ, antrorſum porrectæ.

1486 PHRYGANEA *rhombica* alis deflexo-compreſſis flaveſcentibus: macula rhombea laterali alba. *Fn.* 741.
Habitat ad Aquas. Larva in folliculo exramentis grameis rranſverſis.

*DESCR.* *Alæ* magnæ, pellucidæ (quas gerit uti Phalænæ naſutæ) deflexo-compreſſæ, ſubluteæ ſive griſeæ; in medio alæ exterioris macula rhombea albida obliqua & pone hanc alia albida vix notabilis. *Corpus* teſtaceum, uti antennæ & pedes, ſupra & pone maculam alarem aliquid fuſci. Eſt hæc inter majuſculas ſui generis.

1487. PHRYGANEA *bimaculata* alis fuſcis: macula laterali duplici flava. *Fn.* 742.
Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Minor, non autem inter minimas. *Alæ* fuſcæ: in medio alarum macula duplex lunularis flava, altera pone alteram. Animal antice anguſtatum.

1788. PHRYGANEA. *flavilatera* alis reticulatis, cauda inermi, thoracis lateribus flavis. *Fn.* 743.
Habitat ad Aquas, ubi ſedet tranquilla.

*DESCR.* Sedet alis deflexis uti Phalæna, vel potius phalæna quercifolia. *Alæ* ſubcinereæ, reticulatæ: venis fuſcis maxime reticulatis, præſertim ad marginem exteriorem, qui admodum dilatatus. *Corpus* totum nigricans. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Cauda* ſimplex, abſque ſtylis prominulis. *Os* duobus denticulis & quatuor a palpis. *Collare* antice & poſtice, non ad latera, flaveſcens.

1489. PHRYGANEA *bicaudata* alis albis venoſo-reticulatis, cauda biſeta. *Fn.* 744.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. *n.* 1. Hemerobius cauda bipili, alis cinereis venoſo-reticulatis.
*Wagn. helv. p.* 227. 228. 229. Muſca aquatilis æſtiva major.
Habitat ad Aquas, præſertim in Lapponia Umenſi.

*DESCR.* Variat admodum magnitudine. *Alæ* oblongæ, incumbentes, non deflexæ, antrorſum anguſtatæ, albæ, venis fuſcis admodum reticulatæ. *Cauda* duabus ſetis antenniformibus, & antennarum longitudine gaudet.

1490. PHRYGANEA *nigra* alis cæruleo-atris, antennis corpore duplo longioribus. *Fn.* 745. *Raj.*

*Raj. inſ. p.* 275. Muſca parva quadripennis, antennis omnium, quas unquam vidi, pro corporis magnitudine longiſſimis.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. Hemerobius alis cæruleo-nigris, antennis corpore longioribus.

Habitat ad Aquas inter arundines & ſcirpos. Veſpertino tempore nebularum inſtar gregaria choreas agens in alto aëre.

*DESCR. Alæ* nigræ ſeu atræ cum cærulei vel vireſcentis mixtura, margine dorſali in medio villoſo. *Antennæ* corpore duplo vel triplo longiores, nigræ. *Pedes* cinereo-nigri. Magnitudo muſcæ domeſticæ quoad alas.

1491. PHRYGANEA *azurea* alis nigris: poſtice violaceis.
Habitat ad aquas.

*DESCR.* Muſca minor. *Alæ* nigræ: ſingulæ V fuſco diviſo; ita tamen ut divaricatio literæ poſteriora reſpiciat, in qua color azureus locatus.

1492. PHRYGANEA *longicornis* alis ſuperioribus nebuloſis, antennis corpore triplo longioribus. *Fn.* 746.

Habitat ad *Degæroeam*, in litoribus Lomarenſibus Roſlagiæ.

*DESCR.* Magnitudo majoris culicis. *Alæ ſuperiores* pallido-griſeæ maculis fuſcis; *Inferiores* canæ margine piloſo. *Antennæ* albidæ, corpore triplo aut quadruplo longiores.

1493. PHRYGANEA *filoſa* alis cylindrico-incumbentibus flaveſcentibus, antennis corpore triplo longioribus.

Habitat ad aquas.

1494. PHRYGANEA *wæneri* cinerea, alis poſticis pallidioribus: margine interiore piloſo albido. *It. W:goth.* 44.

Habitat ad ripas Wæneri lacus prope Lidcopiam.

1495. PHRYGANEA *albifrons* nigra, alis exterioribus ſtrigis linearibus quatuor albis.

Habitat ad aquas.

*DESCR.* Tota nigra, magnitudine culicis. *Frons* alba. *Antennæ* mediocres. *Alæ ſuperiores* lineola transverſa, alba, marginis tenuioris verſus baſin; duæ lineolæ in medio quaſi ex una transverſa interrupta; una obliqua verſus apicem ad marginem craſſiorem.

1496. PHRYGANEA *bilineata* nigricans, alis ſuperioribus utroque margine lineolis duabus transverſis albidis.

Habitat ad Aquas.

1497. PHRYGANEA *ciliaris* nigra, abdomine utrinque alba linea, tibiis poſticis pallidioribus, antennis mediocribus.

Habi-

Habitat prope Upſaliam.

*DESCR.* *Thorax* piloſus. *Abdomen* utrinque linea longitudinali pallida. *Alæ*, imprimis ad marginem, ciliatæ.

1498. PHRYGANEA *umbroſa* nigra, alis ſuperioribus fuſcis luteſcenti-nebuloſis.

Habitat ad Aquas.

*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Antennæ* longitudine corporis: *Corpus* nigrum. *Alæ ſuperiores* fuſcæ, irroratæ glauco fuſceſcente colore. *Inferiores* nigræ.

1499. PHRYGANEA *nebuloſa* nigra, alis incumbentibus ſubcinereo nebuloſis, caudæ ſetis truncatis. *Fn.* 748.

Habitat ubique frequens primo vere.

*DESCR.* Inſectum oblongum, anguſtum, ſubcylindraceum dum alis ſuis veſtitum. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine corporis, non vero alarum. *Thorax* minus latus & marginatus. *Cauda* terminatur duabus ſetis truncatis, breviſſimis. *Corpus* totum atrum, exceptis ſolis alis. *Alæ* incumbentes in figuram ſemicylindricam, ſubcinereæ, maculis ſeu faſciis albidis, hinc inde interlucentibus, vix tamen viſu manifeſtis: ſuprema ala nervis tribus, verſus marginem tenuiorem extenſis, valde reticulata eſt; reliqui nervi non ita reticulati ſunt. macula nulla in clypeo thoracis, ſed duo velut ulcera coalita.

1500. PHRYGANEA *fuſca* fuſca immaculata. *Fn.* 749.

Habitat Fahlunæ ad *Stæmsbögen.*

*DESCR.* Parva, oblonga, cylindrica, tota fuſca. *Alæ* venoſæ, minime maculatæ, corpore longiores, nitidiuſculæ. *Cauda* abſque ſetis. *Antennæ* corpore paulo breviores. *Abdomen* ſubtus atrum, ſupra pallidum, lateribus utrinque maculis ſeptem nigris.

1501. PHRYGANEA *minuta* nigra, palpis villoſis capite longioribus.

Habitat ad aquas.

*DESCR.* *Antennæ* longitudine corporis. *Palpi* duo ſuperiores capite longiores, nigri, inferiores vero albidi. *Antennæ* longitudine corporis. *Pedes* pallidi.

1502. PHRYGANEA *flava* alis flavo-reticulatis, antennis longitudine corporis.

Habitat ad paludes.

1503. PHRYGANEA *ſaltatrix* antennis longitudine corporis, macula viridi albaque alarum.

Habitat in Prædio Fulleroen.

*DESCR.* Minima eſt & ſaltatrix. *Corpus* Culice minus, fuſcum. *Antennæ* corpore longiores, lente inſpectæ villoſæ apparent. *Os* ut in reliquis

liquis cum palpis. (adeoque non Chermes; accedit enim figura ad Chermen alis). *Alæ* corpore longiores, verſus corpus pone compreſſæ, aqueæ, macula ſubviridi & alba, verſus marginem inferiorem venis nigris, verſus ſuperiorem venis albis.

## Hemerobius.

1504. HEMEROBIUS *Perla* luteo-viridis, alis hyalinis: vaſis viridibus. *Fn.* 731.
*Mouff. lat. p.* 62. *f. ult.* Muſca Chryſopes.
*angl. p.* 937.
*Grew. muſ. p.* 156.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 40. *t.* 14 Audax, intrepidus.
*Liſt. gœd. p.* 229. *f.* 104. Tolmerus.
*Merr. europ.* 3. *p.* 49. *t.* 8. *f. in fructu.*
*gallice t.* 175. 109.
*Alb. inſ. t.* 64.
*Pet. muſ. p.* 4. *n.* 6. Perla minima merdam olens.
*Raj. inſ. p.* 274. Muſca quadripennis, corpore luteo-viridi, alis peramplis e flavo pariter virentibus.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 33. *f. omnes.* Leo aphidis.
*Muſ. petr.* 1. *p.* 717. Muſca Chryſopis viridis.
Habitat in Hortis frequens. Larva victat *Aphidibus.*

DESCR. *Alæ* magnæ, reticulatæ: venis viridibus, pellucidæ, ac ſi alæ ſolo reticulo conſtarent, macula marginali oblonga viridi. *Oculi* globoſi, magni, aurei. *Antennæ* ſetaceæ, ſubfuſcæ. *Corpus* etiam viride, tactum fœtet ſtercore humano. *Ova* petiolo longo inſident.

1505. HEMEROBIUS *chryſops* viridi nigroque varius, alis hyalinis maculatis reticulatis. *Fn.* 732.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 3. *f.* 15, 16.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 40. *t.* 23. Muſca fœtida auro oculata.
Habitat in arboribus.

DESCR. Major. *Alæ* ſtriatæ & reticulatæ; fuſcæ venæ plures ad marginem inferiorem; duæ vero validiores in margine tenuiore ſupra dorſum.

1506. HEMEROBIUS *albus* albus, oculis viridi-æneis.
Habitat Upſaliæ.

DESCR. Facies H. Perlæ, ſed minor. *Corpus* totum album. *Alarum* vaſa minime obſcura ſunt.

1507. HEMEROBIUS *hirtus* alis albis fuſco reticulatis: faſciis duabus fuſceſcentibus.
Habitat in Lupuletis.

DESCR.

*DESCR.* Magnitudo Muſcæ. *Corpus* fuſcum: *Alæ* deflexæ: *Superiores* albidæ, fuſco confertim nebuloſæ ſ reticulatæ nervis piloſis; faſciæ duæ arcuatæ fuſceſcentes e venis. *Inferiores* albidiores, minus venoſæ: faſcia arcuata in medio & alia terminali; utraque fuſceſcente. *Antennæ* mediocres. *Abdomen* terminatur forcipe. *Pedes* pallidi. *Oculi* fuſci.

1508. HEMEROBIUS *phalænoides* alis teſtaceis baſi mucronatis poſtice excitis.

Habitat Upſaliæ rarius. *P. Loefling.*

*DESCR.* Phalænam metiens. *Alæ* latiſſimæ, breves, rufo-teſtaceæ, reticulato-venoſæ: ſupra baſin ſuperiorum mucro prominens; in medio punctum prominens obſcurum; Strigæ duæ, obliquæ, fuſcæ e vaſis; margo poſticus exciſus apice longiore acutiore.

1509. HEMEROBIUS *Formicaleo* antennis clavatis, alis hyalinis fuſco reticulatis: coſta nigra bilineari.

Hemerobius Formicaleonis. *Fn.* 733.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 14 *f.* 18. 19. Formica-leo.
*t.* 11. *f.* 8.
6. *t.* 32. 33. 34. *f.* 7. Formicaleo.

*It. œl.* 149. 206 Formicaleo.

*Oelandis* Sandpiller.

Habitat in *Arena* ſicca, præſertim in Oelandia.

*DESCR.* *Larva* magnitudine Araneæ cinereæ. *Abdomen* magnum, ovatum, papillis hiſpidis, 5 ordinum, longitudinaliter notatum. *Thorax* anguſtus. *Os* forcipe longa ad apicem connivente; ſingula maxima tribus dentibus, præter apices, armata, utrinque piloſa. *Pedes* albicantes, quibus retrograde incedit inſtar cancri, & abdomine cavitates et arenam fodit, ſub qua latebit.

*Phryganea* ipſa nigra. *Alæ* oblongæ hyalinæ venis fuſcis reticulatæ: coſta verſus marginem inferiorem conſtat e duabus nervis elevatis atris parallelis apice coeuntibus ſpatio ab apice remoto. *Thorax* villoſus.

1510. HEMEROBIUS *Humuli* alis albis: punctis fuſcis ſparſis, antennis fuſco alboque annulatis. *Fn.* 734.

Habitat in *Lupuletis* paſſim.

DESCR. *Corpus* albidum, magnitudine formicæ. *Alæ* magnæ, albæ, venoſo-reticulatæ: maculis parvis, obſoletis fere inſtar punctorum, temere ſparſis. *Antennæ* ſetaceæ lineolis albis fuſcisque monilis inſtar variegatæ. *Pedes* albidi. *Oculi* cæruleo-ænei, ſupra abdomen utrinque ordo macularum fuſcarum.

1511. HEMEROBIUS *ſexpunctatus* alis albis: maculis fuſcis: poſtice punctis ſex diſtinctis, antennis fuſcis. *Fn.* 735.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Præcedenti ſimillimus, ſed quadruplo minor. *Alæ ſuperiores* hyalinæ, reticulatæ & fuſco maculatæ, ut in illo, ſed poſtice in ſingulis alis obſervantur puncta ſex, ſcilicet ſingula intra ſingulam retis maculam. *Inferiores* hyalinæ, immaculatæ: omnes determinato ad lucem ſitu aureæ. *Antennæ* non albo & nigro variegatæ, ut in illo.

1512. HEMEROBIUS *flavicans* niger, thorace abdomineque flavis. *Fn.* 736.

Habitat Upſaliæ minus frequens.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Antennæ* nigræ, ſetaceæ, longitudine corporis. *Caput* nigrum. *Collum* anguſtius, flavum. *Thorax* nigricans. *Abdomen* ovatum, teres, octo inciſuris profundis cinctum, flavum. *Pedes* nigricantes. *Alæ* hyalinæ venis obſcuris ramoſis. *Facies* Aphidis.

1513. HEMEROBIUS *lutarius* niger, alis albidis ſtriatis albo maculatis.

Phryganea nigra, alis albidis ſtriatis albo maculatis. *Fn.* 737.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 27. *n.* 4. Hemerobius alis albis, corpore atro, antennis breviſſimis.

*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 12. juxta phalangia; edit, altera *t.* 2. *f.* 13.

Habitat præſertim *Upſaliæ* in plateis lutoſis.

*DESCR.* Magnitudo Panorpæ. *Alæ* corpore longiores, lanceolatæ, obtuſiuſculæ, albæ, venis fuſcis ſtriatæ; venis his vix reticulato-connexis, niſi ſolum in alis exterioribus, duabus aut tribus margini interiori propioribus; duo exteriores nervi ſeu extimus vix uno in loco connectitur; at alæ omnes quatuor, ad marginem exteriorem, verſus apicem, linea fuſca inter duo exteriora vaſa notantur. *Corpus* & pedes nigra. *Abdomen* ſubtus atrum; juxta anum duæ apendices breviſſimæ. *Antennæ* nigræ, ſetiformes, longitudine corporis. *Thorax* planiuſculus, medio convexus.

1514. HEMEROBIUS *bipunctatus* viridi nigroque varius, alis ſuperioribus maculis duabus nigris.

Habitat Upſaliæ. *Fr. Logie.*

*DESCR.* *Corpus* magnitudine Aphidis. *Antennæ* longitudine corporis. *Alæ* hyalinæ, venis fuſcis reticulatæ: *ſuperioribus* maculis duabus nigris, quarum quæ ad marginem craſſiorem poſterius locata; quæ vero ad marginem tenuiorem anterius.

1515. HEMEROBIUS *pedicularius* vireſcens, antennis longitudine corporis.

Habitat in Domibus, imprimis in feneſtris, curſitans.

*DESCR.* *Termeti pulſatorio* ſimillimus, ut demtis alis eundem dicerem. *Antennæ* longitudine corporis. *Corpus* fuſco-vireſcens. *Alæ* quatuor, venoſæ. *Abdomen* vireſcens.

## Panorpa.

1516. PANORPA alis æqualibus nigro-maculatis. *Fn.* 729.

*Aldr. inſ. t.* 386. *f.* 8. 9. & 387. *f.* 5. 6.

*Mouff. lat. p.* 62. *f.* 3. 4. Muſca ſcorpiuros I. & IV.

*Hoffn. inſ. t.* 2. *f.* 14.

*Merr.*

*Merr. pin. p.* 200. Muſca ſcorpiura.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 29. *t.* 14. *f.* 1. Scorpio muſca.
*Reaum. gall. n.* 4. *t.* 8. *f.* 9.
Habitat in pratis, Hieracio umbellato conſitis.

*DESCR. Roſtrum* in proboſcidem duram, corneam, prominens deorſum. *Antennæ* 30 articulis, ſetaceæ, nigræ: *Corpus* fuſcum: latera corporis flava. *Cauda* articulata: Chela ſcorpionis inſtar rufeſcente, bifida. *Alæ* albæ maculis faſciatis, venis reticulatis. *Mas* cum chela caudæ. *Femina* absque chela caudæ eſt.

## Raphidia.

1517. RAPHIDIA. *Fn.* 730.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 1. Raphidia aculeo recurvo.
*Roeſ. inſ. app.* 1. *t.* 21. *f.* 6, 7.
Habitat in pratis.

*DESCR.* Magnitudo & facies proxime ad Panorpam accedit. *Caput* nigrum, corneum, poſtice anguſtum, ſupra depreſſum, læve. *Thorax* anguſtus, cylindraceus, niger. *Antennæ* ſetaceæ, albidæ, innumeris articulis. *Abdomen* oblongum, fuſcum, lineis transverſis albis. *Alæ* diaphanæ, venis reticulatæ, ut in Libellulis, etiam ad marginem exteriorem punctum oblongum fuſcum in quibusdam, uti in Libellulis. Ab ano exſeritur *mucro* ſetaceus, niger, arcuatus, longitudine dimidii abdominis, flexilis, iners. Variat aculeo armata & eodem deſtituta, quod ſexus nota. *PUPA* currens. Alarum rudimenta abdomine triplo breviora. Cauda linearis reflexa retrorſum ad tergum abdominis depreſſum.

# V, HYMENOPTERA.

## Cynips.

1518. CYNIPS *Roſæ* nigra, abdomine ferrugineo poſtice nigro, pedibus ferrugineis.
Tenthredo antennis duodecim-nodiis nigris, abdomine ſubtus ferrugineo, pedibus flavis, alis immaculatis. *Fn.* 938.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 46. *f.* 5. 6. 7. 8. & *t.* 47. *f.* 1. 4.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 3. Ichneumon bedeguaris.
*Blank. belg.* 187. *t.* 16. *f. v. x. y. z. mala.*
*Suecis* Sômntorn.
Habitat in *Roſa canina* ubi excreſcit tuber in modum Lichenis ramoſiſſimi rufi, officinis *Bedeguar*; in *Cotula fœtida* Gatta gibboſa, extimo pollicis articulo ſimilis, produxit eandem.

 DESCR.

*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Antennæ* nigræ, rectæ, 12 circiter articulis. *Caput* & *Thorax* gibbus niger. *Abdomen* ſubovatum, alis brevius, carinatum, ſubtus ferrugineum, verſus anum nigrum. *Pedes* ferruginei. *Alæ* albæ absque macula marginali.

1519. CYNIPS *Hieracii* Hieracii murorum *
Tenthredo Hieracii. *Fn.* 950.
*Rupp. jen.* 163. Hieracium myophorum.
*Chemn. brunſv.* 43. *t.* 7. Pulmonaria gallica murem referens.
*Barthol. act. dan.* 1671. *p.* 122. *t.* 283. Hieracium contortuplicatum & ſtrumoſum.
*Valent. virid. t.* 328. *f.* 1. Hieracium murorum folio piloſiſſimo vulgo Pulmonaria gallica.
*Heuch. hort. wittenb.* 1. *t.* 1. Hieracium myophorum.
*Act. upſ.* 1723. *p.* 415. Hieracium Myophorum.
Habitat in *Hieracio murorum* cauſſans varietatem gallis ſingularibus, cujus inſectum non viſum mihi eſt, ſed Galla faciem muris hirſuti gerit. *It. ſcan.* 280.

1520. CYNIPS *Glechomæ* Glechomæ hederaceæ. *
Tenthredo gallæ Glechomæ. *Fn.* 949.
*Blank. belg.* 186. Hedera terreſtris.
*Welſch. hecaſt.* 1. *p.* 127. *t.* 127. *f.* 1. Strumulæ Chamæciſſi.
*Reaum. gall.* 3. *t.* 42. *f.* 1. 2. 3. 4. 5.
Habitat in *Glechoma hederacea* ubi galla dura in ipſo folio, ſubhirſuta; inſectum tamen non dum vidi.

1521. CYNIPS *Quercus folii* nigra, thorace lineato, pedibus griſeis, femoribus ſubtus nigris.
Tenthredo gallæ glabræ foliorum Quercus. *Fn.* 947.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 22. *t.* 3. *f.* 5. Ichneumon gallarum foliorum Querci.
*Rhed. inſ. p.* 115. 157.
*Leuwenh. arcan. p.* 217.
*Blank. belg.* 181. *t.* 16. *f. A-H.*
*Reaum. gall.* 3. *t.* 39. *f.* 14. 15. 16.
*Suecis* Gallåple.
Habitat frequens in foliis *Quercus*, præſertim in fruticibus, ubi a pagina inferiore plures ſæpe Gallæ globoſæ, rubicundæ, glabræ, quæ non indureſcunt, in medio larvam continentes; ex hac conficiunt cives atramentum.
*DESCR.* Longitudo cimicis. *Corpus* atrum. *Caput* fuſcum. *Antennæ* filiformes, extrorſum craſſiores, 12 articulis. *Thorax* fuſcus, gibboſus lineis 3 glabris elevatis. *Abdomen* ſubovatum, atrum, nitidum, gibbum, ſeſſile. *Alæ* erectæ, albæ venis nigris, corpore duplo longiores absque puncto marginali. *Pedes* griſei; *Femora* ſubtus nigra.

1522.

1522. CYNIPS *Quercus baccarum* nigra, baſi antennarum pedibusque flaveſcentibus.
*Udam. diſſ.* 81. *t.* 1. *f.* 14.
Habitat in Gallis diaphanis, piſiformibus, paginæ inferioris foliorum *Quercus* Roboris.

1523. CYNIPS *Quercus petioli* nigra, pedibus albidis, femoribus fuſcis.
*Roeſ. inſ. app. t.* 35. 36.
Habitat in Galla utrinque convexa, inflata, petioli ſ. ramuli *Quercus.*
*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Corpus* nigrum. *Abdomen* glabrum. *Alæ* hyalinæ. *Antennæ* longitudine fere corporis. *Pedes* omnes pallidi; *Femora* craſſiuſcula, nigricantia.

1524. CYNIPS *Quercus pedunculi* griſea, alis cruce lineari.
*Reaum. inſ.* 3 *t.* 40. *f.* 1-6.
Habitat in *Gallis* granulatis, concatenatis, Amenti maſculi *Quercus.*

1525. CYNIPS *Quercus gemmæ* gemmæ Quercus Roboris.
Tenthredo gallæ imbricatæ. *Fn.* 948.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 43. *f.* omnes.
Habitat in *Quercu* ubi gemma in Gallam imbricatam inæqualem terminalem tranſit, quæ inſectum fovet.
*DESCR.* Magnitudo pediculi. *Corpus* griſeum ſ. teſtaceum. *Oculi* fuſci. *Antennæ* ſubfuſcæ, longitudine corporis. *Alæ* hyalinæ cruce lineari.

1526. CYNIPS *Quercus corticis* corticis Quercus Roboris.
Habitat in Galla cyathiformi ſ. peziziformi diſco convexo, cincto punctis ultra viginti concavis, cortici *Quercus* immerſa. T. Bergman.

1527. CYNIPS *Quercus ramuli* pallidus, abdomine oculisque nigris.
Habitat in Gallis lanatis albis ramulorum *Quercus Roboris* D. C. Solander.
*DESCR.* Minima. *Antennæ* moniliformes, longitudine abdominis. *Corpus* totum pallidum exceptis oculis & abdomine nigris.

1528. CYNIPS *Fagi* Fagi ſylvaticæ.
Tenthredo gallæ foliorum Fagi. *Fn.* 946.
*Friſch. germ.* 2. *p.* 24. *t.* 5. Ichneumon foliorum ulmi.
Habitat in *Fagi ſylvaticæ* foliis. Similis etiam in *Ulmi campeſtris* foliis.
*DESCR. Alæ* corpore longiores, ut in Phalænis deflexæ, puncto marginali terram ſpectante.

1529. CYNIPS *Viminalis* flava, thorace nigro.
*Rœſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 10. *f.* 5. 6. 7.
Habitat in *Salice viminali*, intra gallam ſub coſta folii.
*DESCR.* Parva. *Caput* & *Abdomen* flava. *Thorax* niger.

1530. CYNIPS *Amerinæ* nigra, pedibus pallidis.
Habitat in *Salicis pentandræ* ramulis intra Gallam inæqualem terminalem.

1531. CYNIPS *Capreæ* viridis nitida, pedibus pallidis. *Fn.* 940.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 39. *t.* 22.
Habitat in *Salicis* Gallis ferrugineis, hordeiformibus, medio folio immerſis, nec non in variis excreſcentiis ramorum.

1532. CYNIPS *Salicis ſtrobili* atra, thoracis tergo vireſcente.
Tenthredo atra, thoracis tergo vireſcente, pedibus ſaltatoriis. *Fn.* 941.
Habitat in *Salice myrtilloide*, cujus ramuli terminantur *Roſula* imbricata, magnitudine & figura coni Humuli, intra ſquamas, dum ſeparantur, in intimo apice unicum ſedet inſectulum, arcte incluſum conniventibus numeroſis foliolis, quod prodiit alatum Junio 5.
*DESCR.* Magnitudo pulicis. *Corpus* totum, pedibus & antennis atrum. *Antennæ* filiformes, apicem verſus minime acutiores ſunt, tamen corpore dimidio breviores. *Abdomen* ovatum, acutum. *Pedibus* ſaltat, licet figura pedum craſſiore non gaudeat. *Caput* & *Thorax* a tergo vireſcentia ſunt.

## Tenthredo.

1533. TENTHREDO *femorata* antennis clavatis luteis, corpore atro, femoribus poſterioribus maximis.
Habitat in Alnetis.
*DESCR.* Major. *Corpus* atrum. *Antennarum* clavæ ferrugineæ. *Plantæ* pedum teſtaceæ. *Femora* quatuor poſteriora magna & craſſa. Scutelli locus exciſus & vacuus.

1534. TENTHREDO *lutea* antennis clavatis luteis, abdominis ſegmentis pleriſque flavis.
Tenthredo antennis clavatis, atra, ſegmentis abdominalibus 3. 4. 5. ferrugineis. *Fn.* 923.
*Goed. belg.* 1. *p.* 119. *t.* 64.
*Liſt. gœd.* 179. *f.* 77. *a.*
*Friſch. germ.* 4. *p.* 42. *t.* 25. Eruca ſalicina viridis, rugis ſexaginta duabus.

Habi-

Habitat in *Salice*, *Alno*, *Betula*. *Larva* glabra, viridis, pedibus 28; ſæpe jacet ſpiralis cochleæ depreſſæ inſtar, linea dorſali longitudinali nigra, utrinque flava.

*DESCR.* *Tenthredo* ipſe magnitudine Crabronis niger hirſutus, articulis 3. 4. 5. abdominalibus ferrugineis, reliquis nigris. *Femora* & tibiæ nigræ, palmis flavis. *Antennæ* clavatæ, flavæ, infimo articulo nigro. *Alæ* venis atro-ferrugineis, margine poſtico fuſcis.

1535. TENTHREDO *Vitellina* antennis clavatis, abdomine rufo, dorſo nigro, femoribus poſticis dentatis.

Habitat in *Salice* T. Bergman.

*DESCR.* Statura ſequentis, ſed labio caret. *Corpus* nigrum pubeſcens. *Abdominis* omnia latera, uti ſubtus, rufa, dorſo ſolo nigro. *Pedes* nigri, Tibiis plantisque flavis. *Femora* poſtica prope apicem dentata. *Antennæ* nigræ. *Alarum* margo tenuior nigricans.

1536. TENTHREDO *Amerina* antennis clavatis, corpore cinereo, ano rufo, labio albo.

*Roeſ. inſ.* 2. *veſp. t.* 1.

Habitat in *Salice*.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum pube alba, unde cinereum apparet. *Plantæ* pedum ferrugineæ. *Anus* rufo-ferrugineus, ut & *Antennarum* clavæ. *Labium* oris magnum, orbiculatum, niveum.

1537. TENTHREDO *lucorum* antennis clavatis nigris, corpore villoſo atro.

Tenthredo antennis clavatis, atra; abdomine ovato, alis ferrugineis. *Fn.* 924.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 9. Ichneumon ater, alis teſtaceis, antennis clavatis.

Habitat in *Lapponia Ubmenſi* & Pithoæ in *Alno*.

*DESCR.* Magnitudo vulgaris Bombylii, obtuſiſſima. *Abdomen* ſubrotundum, depreſſum, villoſum, atrum, holoſericeum. *Thorax* & caput nigra. *Antennæ* clavatæ, nigræ, articulis ſex, obtuſiſſimæ. *Alæ* ferrugineæ, puncto marginali nigro, oblongo, venis rufis reticulatæ; variat antennarum clava nigra & ferruginea.

1538. TENTHREDO *faſciata* antennis clavatis nigris, abdomine glabro atro, alis ſuperioribus faſcia fuſca.

Habitat in Sylvis.

1539. TENTHREDO *nitens* antennis clavatis, abdomine viridi cæruleſcente nitente.

Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media. *Caput* & *Thorax* villoſus nigra. *Abdomen* viridi-cæruleo nitens. *Alæ* ferrugineæ. *Tibiæ* flavæ. Maris abdomen ſupra longitudinaliter nigricans antennis ferrugineis, nec ut in femina nigris.

1540. TENTHREDO *Pini* antennis pectinatis lanceolatis, thorace ſubvilloſo.
*Uddm. diſſ.* 90. *f.* 13.
Habitat in *Pini ſylveſtris* foliis. Larva cærulea utraque extremitate fulva.

*DESCR.* Magnitudo Cimicis. *Corpus* nigricans. *Thoracis* dorſum ſuturis variis. *Alæ* fuſcæ venis nigris, macula marginali nigra. *Femora* nigra. *Tibiæ* pallidæ. *Antennæ* atræ, corpore dimidio breviores, pectinatæ, acuminatæ, concavæ: radiis circiter 20 ſubæqualibus: ſummis apice introrſum antrorſumque flexis. *Femina* griſea capite nigro, antennis filiformibus ſimpliciſſimis.

1541. TENTHREDO *Juniperi* antennis pectinatis obtuſis, thorace glabro.
*Uddm. diſſ.* 91. *f.* 12.
Habitat in *Junipero communi.* Larva dilute viridis punctis nigris adſperſa.

*DESCR.* Similima præcedenti, ſed minor. *Corpus* nigrum. *Thorax* glaber. *Antennæ* pectinatæ. *Femora & Tibiæ* fulvæ, nec flavæ. *Femina* griſea oculis nigris.

1542. TENTHREDO *uſtulata* antennis ſubclavatis continuis, thorace cæruleſcente, alis macula fuſca.
Habitat in nemoribus.

1543. TENTHREDO *ruſtica* antennis ſubclavatis, abdomine nigro: cingulis quatuor flavis.
Habitat in pratis ruſticorum.

1544. TENTHREDO *Padi* antennis ſeptem-nodiis, atra, femoribus tibiisque albis.
Tenthredo atra, tibiis femoribusque albis. *Fn.* 944.
Habitat in foliis *Pruni Padi*, quæ ſubtus edendo cribri inſtar perforat.

*DESCR.* Antennæ, caput, thorax, abdomen atra. *Alæ* glaucæ puncto marginali oblongo atro. *Femora* & tibiæ albæ, ſed *palmæ*, præſertim poſticæ, nigræ. *Antennæ* antrorſum exſertæ, 7 vel 8 articulis acuminatæ.

1545. TENTHREDO *Scrophulariæ* antennis ſeptemnodiis luteis, abdomine cingulis quinque flavis: primo remotiore.
Tenthredo antennis ſeptinodiis, nigra; ſegmentorum abdominalium marginibus, excepto ſecundo & tertio, flavis. *Fn.* 935.
*Blackwell. herb. t.* 87. *f.* 10.

Habi-

Habitat in *Scrophularia* omni, præcipue in *nodoſa*, quam omni anno devaſtat.

*DESCR. Caput* nigrum. Maxillæ nigræ, dentatæ; Oris labium ſuperius flavum; ſub ſingulo oculo lineola flava. *Antennæ* ferrugineæ ſive fulvæ, clavatæ, ſeptem articulis, excepto infimo. *Thorax* niger a baſi ad alas utrinque linea flava. Ad latera baſeos punctum utrinque flavum, & ſub alæ inſertionem macula flava; apex thoracis puncto flavo gemino, altero poſt alterum; ad baſin femoris tertii paris macula flava. *Abdominis* nigri ſegmenta 1 4 5 6 7 8 9 lineis flavis terminantur, non vero 2 3, ergo ſpatium latius inter lineam primam & ſecundam flavam tergi; ſubtus omnia ſegmenta margine flava ſunt. *Femora* omnia nigra, ſed tibiæ rufæ. *Alæ* hyalinæ, puncto marginali ferrugineo, & margine exteriore alarum majorum ferrugineo. Facies & magnitudo veſpæ. *Mas* femoribus poſticis ſubtus linea flava. *Femina* aculeo brevi.

*PUPPA* pedibus inſtructa jacet intra terræ glebam (ad radices Scrophulariæ) excavatam uti Scarabæi Puppa, ubi deliteſcit a præcedenti anno per hyemem in primum junii.

*LARVA* nivea, longitudine digiti transverſi, craſſitie pennæ anſerinæ; *capite* nigro: pedibus 6 & 16 ſeu 22; tota ſuperna ſuperficie punctis nigris notata, quorum intermedia dorſalia paulo majora.

1546. TENTHREDO *Abietis* antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdominis ſegmentis quatuor ferrugineis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 556. *n.* 13 & 27.

Tenthredo antennis ſeptinodiis, abdomine flavo: pone nigro. *Fn.* 928.

*Friſch. germ.* 2. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 21. 22. 23. 24.

Habitat frequens in *Abietibus Upſalienſibus* menſe Majo.

*DESCR. Alæ* incumbentes, nigricantes, diaphanæ. *Abdominis* tres vel quatuor anteriores articuli ruſeſcentes. *Corpus* reliquum nigrum. *Pedes* rufi.

1547. TENTHREDO *Ceraſi* antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, pedibus luteis, ſcutello flavo.

*Reaum inſ.* 5. *t.* 12. *f.* 1-5.

Habitat in *Ceraſi* foliis, quæ mutanda involvit.

*DESCR. Corpus* & omnia nigra, exceptis pedibus omnibus pallidis. *Scutellum* in hac flaveſcens eſt, & punctum ſæpius flavum ante alas.

1548. TENTHREDO *Salicis* antennis ſeptemnodiis, corpore flavo, vertice capitis thoracisque nigro.

Tenthredo antennis ſeptinodiis, flava; capitis vertice thoracisque medio nigris, macula alarum ovata. *Fn.* 927.

Habitat in *Salicibus* variis.

*DESCR. Abdomen* absque petiolo thoraci adnatum, totum flavum. *Thorax* flavus, ſed in medio tergi macula magna nigra, & ſubtus inter pedes primarios & ſecundarios macula magna nigra. *Caput* pone oculos nigrum. *Antennæ* fuſcæ, 7 articulis, ſubulatæ. *Alæ* incumbentes, membrana-

branaceæ, reticulatæ, cum punčto marginali nigro. *Pedes* flavi, ſed palmæ poſteriores nigricantes.

1549. TENTHREDO *meſomela* antennis ſeptemnodiis, abdomine ſubflavo, dorſo nigro arcubus flaveſcentibus.
Tenthredo antennis ſeptinodiis, dorſo nigro lineis pallidis transverſis arcuatis recurvis. *Fn.* 936.
Habitat in *Oſtrogothia.* Fr. Haſſelquiſt.

*DESCR.* *Alæ* membranaceæ: majores margine exteriore nigro punčtoque nigro oblongo. *Femora* & *Tibiæ* pallidæ, poſtice nigræ. *Oculi* atri. *Abdomen* ſubtus flavum, a tergo nigrum lineis ad latera retrorſum flexis pallidis ſ. ſingulo ſegmento macula magna ſemicirculari tecto, margine poſtico & laterali pallido. *Scutelli* apex flavo-albicans, intra quem macula flava & ad ejus latera punčta duo minima pallida. *Antennæ* nigræ, ſeptem articulis.

1550. TENTHREDO *rufipes* antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdomine cingulis duobus luteis, pedibus rubris.
Habitat ruri.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum. *Antennæ* filiformes. *Oris* labium flavum, acuminatum. *Abdomen* cingulis duobus; priore fulvo, poſteriore flavo. *Pedes* fulvi plantis nigris; poſticæ tibiæ baſi nigræ.

1551. TENTHREDO *campeſtris* antennis ſeptemnodiis, corpore nigro, abdominis cingulo flavo inæquali, antennis tibiisque flavis.
Habitat ruri.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum. *Antennæ* flavæ, punčtum ferrugineum ante oculos. *Scutellum* flavum. *Abdomen* luteum apice & baſi atrum. *Femora* nigra. *Tibiæ* & *Plantæ* flavæ. *Alæ* macula ferruginea.

1552. TENTHREDO *atra* antennis ſeptemnodiis, corpore atro, pedibus rubris.
Habitat ruri.

*DESCR.* Media. *Corpus* atrum. *Os* flavum. *Pedes* ferrugineo-rufi.

1553. TENTHREDO *ovata* antennis ſeptemnodiis, corpore atro, thorace ſupra rufo.
Habitat ruri.

*DESCR.* Statura Tenthr. Pini, ovata, gibba, capite thoraceque punčtis ſcabra.

1554. TENTHREDO *viridis* antennis ſeptemnodiis, corpore viridi, abdomine ſupra fuſco.
Habitat ruri.

*DESCR.* Media. *Corpus* flavo-virens. *Antennæ* nigræ, ſetaceæ. *Oculi* nigri.

nigri. *Caput* inter oculos nigrum. *Thoracis* dorſum nigrum. *Abdomen* dorſo nigrum. *Femora* & *Tibiæ* linea longitudinali exteriore nigra.

1555. TENTHREDO *Roſæ* antennis ſeptemnodiis, corpore flavo, coſta alarum ſuperiorum longitudinali nigra.
Tenthredo antennis ſeptinodiis, corpore flavo, macula alarum longitudinali ſternique nigra. *Fn.* 929.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 14. Ichneumon alis planis luteis: margine exteriore nigris, collari nigro.
Habitat in *Roſæ* foliis.

*DESCR.* *Abdomen* flavum. *Thorax* flavus, in medio tergi & medio ſterni niger: *Oculi* & *caput* nigra. *Pedes* flavi, ſed palmæ omnes articulis nigris. *Antennæ* nigræ, filiformes 7 articulis; ſingulare eſt, quod punctum marginale alarum, non ovatum ſit, ſed extenſum longitudinaliter cum margine exteriore alæ ad ipſam baſin, nigrum.

1556. TENTHREDO *cincta* antennis ſeptemnodiis, corpore atro, abdomine cingulo albo.
Habitat in *Roſa*.

*DESCR.* Minor. *Corpus* atrum. *Antennæ* filiformes. *Abdomen* cingulo albo. *Femora* nigra baſi alba. *Tibiæ* rufæ, baſi albæ.

1557. TENTHREDO *livida* antennis ſeptemnodiis, corpore atro, abdomine ſupra infraque livido.
Ichneumon ater, femoribus teſtaceis, antennis medio albis. *Fn.* 955.
Habitat ruri.

*DESCR.* *Caput* nigrum. *Os* album. *Antennæ* filiformes, nigræ, verſus apicem nigrum albæ. *Femora* rufa, a tergo fuſca. *Thorax* niger. *Abdomen* livido ferrugineum baſi nigrum. Plantæ poſticæ nigræ. *Alia*, forte ſexus differentia, abdomine toto atro.

1558. TENTHREDO *ſeptentrionalis* antennis ſeptemnodiis, pedibus poſticis compreſſis dilatatis.
Habitat in pratis ruſticorum.

*DESCR.* Minor. *Caput* & *Thorax* nigra. *Antennæ* nigræ, ſetaceæ, longitudine fere corporis. *Abdomen* ferrugineum, baſi nigrum. *Pedes* ferruginei. *Tibiæ* poſticæ baſi albidæ, apice dilatato nigræ, uti etiam tarſus niger dilatatus.

1559. TENTHREDO *duodecim-punctata* antennis ſeptemnodiis, corpore atro: punctis duodecim albis.
Habitat in pratis.

*DESCR.* *Corpus* totum nigrum. Macula alba utrinque ante alas in thorace. *Scutellum* album. Tria ſegmenta *abdominis* macula utrinque alba. Ultimum ſegmentum abdominis apice album. *Femora* ſecundi paris macula alba. *Tibiæ* annulo flavo. *Labia* flava.

1560. TENTHREDO *erythrocephala* antennis ſetaceis, corpore cæruleo, capite rubro.
*Uddm. diſſ.* 89.
Habitat in *Pinu ſylveſtri.*

*DESCR.* Media. *Corpus* Alæ & omnia cæruleſcentia. *Caput* rubrum. *Antennæ* & oculi nigri. *Mas* ater, ſolum Maxillæ & Labium oris flávum. *Tibiæ* anticæ flaveſcentes.

1561. TENTHREDO *ſylvatica* antennis ſetaceis, corpore nigro, pedibus thoracisque characteribus flavis.
Tenthredo nigra, pedibus flavis, thoracis characteribus flavis. *Fn.* 931.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* *Caput* nigrum, poſtice duabus lineolis flavis: maxillæ rufo-bidentatæ. *Thorax* niger, apice flavo, laterisque baſi tuberculo flavo, *Abdomen* nigrum. *Pedes* flavi, ſed femora 1. 2. verſus baſin nigra. *Alæ* nigro-nitidæ venis atris: macula marginali ovata, atra. *Antennæ* ſetaceæ; articulis plus quam triginta.

1562. TENTHREDO *nemoralis* antennis ſetaceis, corpore atro, abdominis ſegmentis lateralibus albis.
Habitat in nemoribus.

1563. TENTHREDO *Cynoſbati* antennis ſetaceis, pedibus ferrugineis: poſticis albo nigroque annulatis. *Fn.* 937.
*Reaum. gall.* 5. *t.* 14. *f.* 1. 2. 3. &c.
Habitat in *Roſæ* foliis.

*DESCR.* Inter parvas eſt; *Facies* ichneumonis. *Abdomine* lineari, totus ater; ſed femora & tibiæ & palmæ omnes ferrugineæ, exceptis poſticis albo nigroque variis; *Antennæ* atræ 18 articulis.

1564. TENTHREDO *reticulata* antennis ſetaceis, alis pallido fuſcoque variis: venis elevatis albis reticulatis.
Habitat in Finlandia.

*DESCR.* Media. *Caput* flavum, nigro variegatum. *Antennæ* ſetaceæ, nigræ. *Thorax* niger, antice lamina transverſa flava. *Abdomen* flavum, ano nigro. *Pedes* nigri. *Alæ* fuſcæ, albo variegatæ, venis etiam elevatis albis reticulatæ.

1565. TENTHREDO *Betulæ* antennis ſetaceis, corpore rubro, thorace ano oculisque nigris, alis poſtice fuſcis.
Habitat in *Betulis*. D. C. Solander.

*DESCR.* Magnitudo & Statura T. erytrocephalæ. *Antennæ* ſetaceæ, rubræ, apice fuſcæ, articulis 24. *Caput* rubrum lineis 2 longitudinalibus. *Oculi* nigri; Puncta 3 conglobata verticis. *Thorax* niger, antice ruber. *Abdomen* rubrum poſtico ſegmento nigro, *Pedes* rubri. *Alæ* glaucæ, verſus apices fuſcæ.

1566.

1566. TENTHREDO *ſaltuum* antennis ſetaceis, corpore nigro, abdomine luteo.
Habitat apud nos paſſim.

1567. TENTHREDO *flava* flava, alarum macula ferruginea. *Fn.* 930.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 10. *f.* 6, 7.
Habitat in pratis tempore vernali.
*DESCR.* Magnitudo Formicæ minoris. *Corpus* ventricoſum, totum flavum. *Oculi* nigri. *Alæ* flavo-griſeæ; in medio macula ferruginea obſoleta.

1568. TENTHREDO *intercus* nigra, pedibus flavis.
Habitat in *Arctii Lappæ* foliis ſubcutanea; etiam in *Atropæ* foliis.
*DESCR.* Magnitudo culicis. *Corpus* nigrum. *Antennæ* corpore longiores, nigræ. *Pedes* longi, flavi. *Alæ* opalinæ puncto marginali flavo; e ſubcutanea Atropæ.

1569. TENTHREDO *Rumicis* Rumicis Lapathi.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 10. *f.* 13. 14.
Habitat in *Rumicis Lapathi* foliis.

1570. TENTHREDO *Ulmi* Ulmi campeſtris.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 10. *f.* 16.
Habitat in *Ulmi campeſtris* foliis.

1571. TENTHREDO *Alni* Betulæ Alni.
*Reaum. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 1, 2.
Habitat in *Alni* foliis frequens.

1572. TENTHREDO *Salicis.*
Tenthredo ſalicina: Larvæ cæruleo-viridis, pectore caudaque fulva. *Fn.* 933.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 9. *t.* 4. Ichneumon flavus larvæ viridis nigro punctatæ.
*Goed. belg.* 1. *p.* 65. *t.* 19.
*Liſt. goed.* 125. *t.* 49.
*Reaum. gall.* 5. *t.* 11. *f.* 3.
Habitat in *Salice fragili* & *caprea* frequens.
*DESCR. LARVAM* ſolam vidi, quæ frequens eſt. Totum *Corpus* cæruleum ſive viridi-cæruleum, 9 ordinibus longitudinalibus macularum nigrarum; ſed tria ſegmenta prima corporis, & tria poſtrema, fulva ſunt, tamen nigro punctata. *Caput* nigrum, glabrum: *Pedum* tria paria in fulva pectoris parte, dein 6 paria in parte corporis cærulea, tum unum par in cauda fulva: ſumma 20 pedes.

1573

# Sirex.

1573. SIREX *Gigas* abdomine ferrugineo: ſegmentis 3, 4, 5, 6. nigris, thorace villoſo.

Tenthredo nigra, artubus ferrugineis, ani corniculo cylindrico. *Fn.* 925.

*Act.-upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 1. Ichneumon flavus, abdomine medio nigro, cauda acuta, aculeo umbilicali triplici exſerto.

*Reaum. gall.* 6. *t.* 31. *n.* 1. 2.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 1, 2.

*Act. ſtockh.* 1739. *t.* 3. *f.* 7.

Habitat paſſim, nec infrequens.

*DESCR.* Major reliquis: *Caput* nigrum, pone oculos flavum. *Thorax* niger totus, hirtus, baſi utrinque flaveſcente puncto prominulus. *Alæ* ferrugineæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores, luteæ, 22 articulorum. *Abdomen* cylindrico-oblongum, inciſuris tribus poſticis, duabusque primis, luteis; at 3. 4. 5. 6. maxima ex parte nigris; ultimum ſegmentum obtuſum, terminatum corniculo recto, tereti, acuto; abdomen ſubtus atrum, e cujus medio rima verſus poſteriora fiſſa, e qua exit aculeus rectus, niger, corniculo abdominis longior, rigidus, compoſitus e tribus ſetis conjunctis. *Femora* brevia, nigra; tibiæ & palmæ omnes luteæ.

1574. SIREX *Spectrum* abdomine atro, thorace villoſo: litura ante alas lutea.

Tenthredo atra; pedibus ferrugineis: ani apice depreſſo acuto. *Fn.* 926.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 6.

Habitat in Ligno antiquo.

*DESCR.* Magnitudine cum præcedenti certat. *Tota* atra. *Thorax & Caput* hirſuta: *Abdomen* glabrum, novem articulis: extimus articulus ſive ani terminatur ſpina craſſa, acuta, depreſſa, non vero, ut in præcedenti, cylindrica. *Aculeus* triplex incipit ſub medio abdominis & protenditur ultra ani ſpinam. *Alæ* ſubfuſcæ. *Antennæ* nigræ, verſus baſin fuſcæ, articulis 20. *femora*, tibiæ, palmæ ferrugineæ.

1575. SIREX *juvencus* abdomine atro-cæruleſcente, thorace unicolore villoſo.

Ichneumon nigro-cæruleſcens ſubhirſutus, abdomine ſeſſili, pedibus flaveſcentibus. *Fn.* 954.

*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 7.

Habitat in Roſlagia.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis. *Alæ* longitudine abdominis, latiores, margine exteriore fuſco. *Corpus* atrum, cæruleſcens. *Antennæ* corpore dimidio breviores, baſi teſtaceæ. *Pedes* teſtacei.

1576. SIREX *camelus* abdomine atro lateribus albo-maculato, thorace lævi.
*Uddm. diſſ.* 82.
Habitat in Ligno antiquo corrupto.
*DESCR.* Minor. *Corpus* nigrum. *Caput* verſus occiput lunulis duabus albis, & punctum album ante oculos. *Antennæ* nigræ, baſi ferrugineæ thorace breviores. *Thorax* læviuſculus, litura alba ante alas. *Abdomen* atrum, ſegmentis ſingulis utrinque macula acuta alba. *Pedes* ferruginei.

1577. SIREX *mariſca* abdomine teſtaceo: ſegmentis duobus ultimis nigris, thorace ſubvilloſo.
Habitat Upſaliæ. *P. Oſbeck.*
*DESCR.* Statura & facies S. gigantis, ſed dimidio minor. *Antennæ* flavæ, longitudine dimidii corporis. *Caput* nigrum, ad latera poſtica luteum. *Thorax* niger, ſubvilloſus. *Pedes* quatuor priores flavi; duo poſtremi nigri geniculis flavis. *Abdominis* flavi ſegmentum primum & duo ultima nigra.

## Ichneumon.

1578. ICHNEUMON *ſugillatorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdomine atro ſegmentis tribus utrinque puncto albo.
Habitat apud nos frequens.
*DESCR.* Medius. *Antennæ* nigræ annulo albo. *Caput* nigrum. *Thorax* niger, immaculatus, ſcutello albo. *Abdomen* nigrum: ſegmentis tribus primis margine laterali puncto albo. *Pedes* nigri. *Tibiæ* anticæ anterius pallidæ.

1579. ICHNEUMON *raptorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque luteis, reliquis apice albis.
Habitat in pratis.
*DESCR.* Medius. *Caput* & *Thorax* nigra, immaculata. *Scutellum* albidum. *Antennæ* baſi undique flavæ. *Pedes* lutei, ſed femora 4 poſteriora nigra. *Abdominis* ſegmentum 1 nigrum; 2, 3 ferruginea; 4, 5 atra; 6, 7 atra macula ſulphurea.

1580. ICHNEUMON *ſarcitorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento tertio poſterius ſecundoque ferrugineis, ſexto flavo.
Ichneumon niger; abdominis ſegmentis duobus anticis ferrugineis, apice thoracis flavo. *Fn.* 976.
β Ichneumon abdomine antice ferrugineo: poſtice nigro: inciſuris flavis, antennis annulo albo. *Fn.* 984.

Habi-

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* *Antennæ*, *caput*, *thorax* nigra, ſed *Scutellum* albido flavum & punctum flavum ſub baſi alæ. *Abdominis* petiolus niger, duo ſegmenta prima ferruginea, ita tamen, ut baſis poſterioris ferruginei ſegmenti nigricans ſit; hinc pars abdominis ferruginea quaſi linea transverſa notata: quatuor reliqua abdominis ſegmenta nigra ſunt. *Pedes* ferruginei, ſed poſtici femoribus & tibiis apice nigris. *Antennæ* luteo annulatæ, apice nigræ.

1581. ICHNEUMON *extenſorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis, ultimis apice albis.

Ichneumon abdomine antice ferrugineo: poſtice nigro immaculato, antennis annulo albo.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 50. *n.* 23. Ichneumon antennis ſpiralibus, abdomine nigro, articulis duobus ſuperioribus teſtaceis.

Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Antennis nigris; Cingulo albo; capite nigro; thorace nigro apice flavo; pedibus luteis, femoribus nigris; alis glaucis, abdomine nigro ſegmento ſecundo & tertio ferrugineo, reliquis immaculatis.

1582. ICHNEUMON *quæſitorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis tribus ultimis ſegmentis dorſo macula flava.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Medius. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* immaculatus puncto minutiſſimo albo ſub baſi alæ. *Pedes* omnes ferruginei. *Antennæ* annulo albo. *Abdominis* tria ultima ſegmenta ſupra macula parva ſulphurea.

1583. ICHNEUMON *culpatorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis, reliquis nigris.

Habitat in pratis.

1584. ICHNEUMON *infractorius* ſcutello flavo, thorace maculato, abdominis ſegmentis omnibus margine albidis, pedibus ferrugineis.

Habitat Calmariæ. *A. Modeer.*

*DESCR.* Minor. *Corpus* nigrum. *Antennæ* annulo albo. *Oculi* margine flavi. *Thorax* lineola flava ante alas; puncto flavo ſupra pedes. *Scutellum* duplex flavum. *Abdominis* ſegmenta margine flava. *Pedum* poſticorum genua nigra.

1585. ICHNEUMON *conſtrictorius* ſcutello flavicante, thorace bidentato ſubmaculato, abdominis ſegmento ſecundo ferrugineo.

Habitat paſſim, non infrequens.

DESCR.

*DESCR.* Medius, niger. *Antennæ* longitudine thoracis, nigræ, albo ſemi-annulatæ. *Thorax* puncto ſub baſi alarum & ſcutello flavo ſ. albido. *Abdominis* ſegmentum ſecundum ferrugineum ſ. rufum.

1586. ICHNEUMON *ſaturatorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdominis nigri ſegmento ultimo albido.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 23. *f.* 16.
Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* nigrum, immaculatum: *Antennæ* annulo albo. *Scutellum* album. *Pedes* ferruginei tibiis poſticis nigris. *Anus* albus ſeſquialtero ſegmento.

1587. ICHNEUMON *molitorius* ſcutello albo, thorace immaculato abdominis apice tibiarumque baſibus albis.
Habitat ad Liumkihl. *P. Forſkåhl.*

*DESCR.* Medius, totus ater. *Antennæ* medio albæ. *Abdominis* ſummus apex puncto albo. *Tibiæ* omnes baſi albæ: *Alæ* hyalinæ.

1588. ICHNEUMON *criſpatorius* ſcutello flavicante, thorace ſubmaculato, abdomine toto luteo-ferrugineo: apice ſubfuſceſcente.
Habitat apud nos paſſim.

*DESCR.* Medius. *Corpus* nigrum. *Antennæ* verſus baſin flavo-annulatæ. *Thorax* vix maculatus, niſi puncto ſubferrugineo ad baſin alarum. *Scutellum* flavum. *Pedes* flavi: *Femora* nigricantia, apicibus flava. *Abdominis* ſegmentum flavum; 2 flavum baſi ferruginea; 3 ferrugineum; 4. 5. ferrugineo-fuſceſcentia.

1589. ICHNEUMON *Piſorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine toto luteo.
α Ichneumon niger, abdomine tibiisque ferrugineis, antennarum medio albo. *Fn.* 966.
β Ichneumon niger, abdomine tibiisque ferrugineis, antennis annulo albo. *Fn.* 968.
Habitat in Larvis *Phalænæ Piſi.*

*DESCR.* Eſt hic e majoribus generis. *Caput* nigrum: oculi nigricantes: *Antennæ* nigræ, ſpiraliter inflexæ, in medio albi inſtar annuli, licet vix perfecti, qui cingit antennas. *Thorax* niger; a capite verſus alas utrinque linea albida; ſub alarum inſertionibus punctum albicans. *Femora* nigra omnia, ſed tibiæ & palmæ omnes pallide ferrugineæ. *Abdomen* ferrugineum totum, ſed petiolus abdominis niger eſt. *Alæ* membranacei coloris, puncto marginali ferrugineo.

1590. ICHNEUMON *luctatorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmento ſecundo tertioque luteis.
Ichneumon niger, tibiis ſegmentoque ſecundo tertioque abdominis flavis. *Fn.* 983.

Habi-

Habitat *Upſaliæ.* R. Haſt.

*DESCR.* *Caput*, *thorax*, *antennæ* nigra. ante oculos utrinque macula flava. *apex* Thoracis flavus, punctum flavum ſub baſi alarum. *Abdominis* primum ſegmentum eſt petiolus niger: reliqua ſegmenta depreſſa, quorum ſecundum & tertium flavum, reliqua nigra, ſed quartum tribus maculis obſoletis ferrugineis. *Femora* nigra: *Pedes* flavi, geniculis nigris.

1591. ICHNEUMON *volutatorius* ſcutello flavicante, thorace variegato, abdominis ſegmentis omnibus dorſo flavis.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* Medius. *Caput* flavum, nigro varium. *Thorax* niger, flavo variegatus: maculæ 2 ſupra baſin; 2 ſub alis: inferiore majore; 3 poſticæ: intermedia lunata. *Abdominis* ſegmenta dorſalia flava, baſi nigra. *Pedes* ferruginei. *Antennæ* nigræ, ſubtus longitudinaliter flavæ.

1592. ICHNEUMON *vaginatorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdominis ſegmentis margine flavis: primo quintoque unicolore.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* Medius. *Corpus* nigrum, macula flava ante ſingulum oculum. *Thorax* puncto flavo ſub baſi alarum. *Abdominis* ſegmenta margine flava. *Pedes* anteriores lutei; poſteriores duo femoribus & tibiis baſi ferrugineis. *Antennæ* nigræ, ſubtus longitudinaliter pallidæ.

1593. ICHNEUMON *perſuaſorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis omnibus utrinque punctis duobus albis.

Ichneumon niger, fronte punctisque abdominis albidis, pedibus rufis. *Fn.* 964.

*De Geer. inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 7.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 19. Ichneumon niger, abdomine cylindraceo punctato; pedibus rubris, alis albidis.

Habitat apud nos rarius.

*DESCR.* *Antennæ* nigræ. *Caput* nigrum, fronte flavo-albida. *Thorax* niger, macula lineari albida ſupra inſertionem alarum. *Abdomen* cylindricum, longum, nigrum, punctis duobus albis ovalibus transverſis ad marginem ſingulæ inciſuræ abdominis a tergo. *Pedes* rufi, ſed poſtici tibiis nigris. *Alæ* parum glaucæ cum puncto marginali oblongo atro. Quibusdam *Aculeus* niger, longitudine corporis vel longior.

1594. ICHNEUMON *lituratorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine nigro: ſegmentis quatuor medio flavis, pedibus ferrugineis.

Habitat ruri. *C. Blom.*

*DESCR.* Minor. *Corpus* nigrum. *Antennæ* ſubtus pallidiores. *Frons* verſus os flava. *Thorax* ſcutello minutiſſimo flavo; lineola lutea inter caput

caput & alas utrinque. *Abdomen* ſubſeſſile: inciſuris quatuor margine medio, nec ad latera ſe extendente, lineola lutea. *Pedes* ferruginei; plantis poſticis fuſcis.

1595. ICHEUMON *deſignatorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: ſegmentis primis quatuor utrinque puncto albo.

Ichneumon ater, tibiis nigris, abdomine maculis utrinque quatuor albis. *Fn.* 965.

Habitat frequens apud nos.

*DESCR. Corpus* totum nigrum ſive atrum, ſed macula utrinque ante oculos alba; duo alba puncta ſupra os. *Thorax* ante alarum baſin utrinque linea alba a capite ducta cum puncto albo, & ſubtus puncto albo. *Apex thoracis* albus cum lineola alba transverſa. *Abdomen* longum, ſegmentis 1. 2. 3. 4. utrinque macula ſive puncto albo: horum 1 ſegmentum petiolus eſt. *Aculeus* nullus manifeſtus.

1596. ICHNEUMON *edictorius* ſcutello flavicante, thorace maculato punctis utrinque duobus, abdomineque toto atro.

Ichneumon ater, tibiis apiceque thoracis albis. *Fn.* 960.

Habitat in pratis.

*DESCR.* Mediæ eſt magnitudinis, *totus* ater; *Antennæ* etiam nigræ; apex thoracis in tergo ſolus albus. *Femora* nigra. *Tibiæ* omnes albæ, uti & palmæ in primis pedibus. *Abdomen* ſublunulatum. *Punctum* marginale alarum pallidum.

1597. ICHNEUMON *deliratorius* ſcutello flavicante, thorace maculato punctis utrinque tribus, abdomineque toto atro, tibiis albis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Medius. *Corpus* nigrum. *Labium* albidum. *Thorax* niger: puncta tria vix conſpicua albida ad baſin alæ. *Scutellum* album. *Abdomen* oblongum nigrum. *Pedes* nigri: *Tibiæ* & Tharſi baſi albidi.

1598. ICHNEUMON *fuſorius* ſcutello flavicante, thorace maculato, abdomine luteo: petiolo nigro.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo Ich. piſorii. *Corpus* nigrum. *Frons* linea lutea ante ſingulum oculum; puncta duo lutea ad exortum alarum. *Abdomen* luteum, petiolo ſ. primo ſegmento nigro. *Femora* nigra; tibiæ luteæ.

1599. ICHNEUMON *foſſorius* ſcutello flavicante, thorace immaculato, abdomine toto atro, pedibus rufis.

Habitat frequens in campis.

*DESCR.* Medius. Antennæ nigræ. *Caput* nigrum; fronte flava duabus maculis. *Thorax* niger. *Scutellum* albidum. *Abdomen* nigrum. *Pedes* ferruginei.

1600. ICHNEUMON *comitator* ater totus, antennis faſcia alba.
Habitat in ſylvis.
*DESCR.* *Corpus* totum nigrum, immaculatum. *Alæ* etiam obſcuriores. *Antennæ* in medio, ab uno latere, albæ.

1601. ICHNEUMON *peregrinator* niger, pedibus ſubclavatis abdomineque ferrugineis: ſegmentis duobus ultimis nigris, ano albido.
Habitat in Pratis.
*DESCR.* Pediculo duplo major.

1602. ICHNEUMON *incubitor* niger, abdomine ferrugineo: apice nigro macula alba, alis hyalinis, antennis ſubfaſciatis.
Ichneumon niger, abdomine ferrugineo apice nigro: antennis annulo albo. *Fn.* 970.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 7. Ichneumon aculeo triplici, pedibus abdomineque teſtaceis, apice nigro.
Habitat inter flores paſſim, nec non in ſylvis.
*DESCR.* *Caput* & *Thorax* nigra. *Antennæ* nigræ, annulo albo. *Pedes* omnes rufi. *Abdomen* obverſe ovatum, ferrugineum, ultimo articulo nigro: *Aculeo* parvo triplici. *Alæ* membranaceæ.

1603. ICHNEUMON *reluctator* niger, abdomine medio piceo, tibiis anticis clavatis.
Habitat in campis.
*DESCR.* Medius. *Corpus* nigrum. *Antennæ* niveo annulo. *Abdomen* nigrum, in medio relucens obſolete ferrugineo. *Tibiæ* piceæ. *Aculeus* abdomine longior.

1604. ICHNEUMON *denigrator* corpore atro, alis nigris lunula hyalina, abdomine teſtaceo ſubſeſſili.
Habitat in pratis.
*DESCR.* Medius. *Corpus* atrum, læve. *Antennæ* vix longitudine corporis. *Abdomen* ſubſeſſile, flavum. *Aculeus* niger longitudine corporis. *Alæ* nigræ: ſuperiores in medio lunula albida. *Alium* vidi ſimillimum absque alarum lunula albida, Aculeo corpore dimidio breviore.

1605. ICHNEUMON *deſertor* corpore luteo, alis fuſcis: faſciis duabus albis.
Habitat in pratis.
*DESCR.* Parvus. *Corpus* totum flavum. *Oculi* & *Antennæ* corpore breviores, nigræ. *Alæ* fuſceſcentes: medio litura alba. *Aculeus* corpore brevior.

1606. ICHNEUMON *corruſcator* corpore artubusque atris, alis fuſco-hyalinis.
Habi-

Habitat in pratis.

1607. ICHNEUMON *rutilator* corpore nigro immaculato, antennis ſubtus, abdomine pedibusque quatuor anterioribus ferrugineis.
Habitat Calmariæ. Modeer.
*DESCR.* Medius. Antennæ ſubtus longitudinaliter flaveſcentes. *Caput* fronte quadrata lutea. *Thorax* immaculatus. Abdomen excepto petiolo nigro ferrugineum. *Scutellum* immaculatum. *Pedes* quatuor priores ſubferruginei; poſtici duo nigri.

1608. ICHNEUMON *manifeſtator* corpore atro immaculato, abdomine ſeſſili cylindrico, pedibus rufis.
Ichneumon ater, pedibus rufis. *Fn.* 959.
*Raj. inſ.* 256. Veſpa Ichneumon tota nigra; præter pedes, qui crocei ſunt.
*ib.* Muſca tripilis corpore tenui admodum & prælongo, ſetis a cauda, omnium, quas unquam vidi, longiſſimis, exeuntibus.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 9.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 3. Ichneumon cauda tripili, abdomine tereti atro, pedibus filiformibus rubris.
Habitat paſſim in arenoſis.
*DESCR.* *Corpus* totum antennis, capite, thorace, abdomine, aculeo nigrum. *Aculeus* filiformis, niger, conſtans ſetis tribus, (intermedio rubro,) corpore longioribus. *Abdomen* cylindricum. *Pedes* longi, toti rufi. *Alæ* macula nigricante marginali.

1609. ICHNEUMON *compunctor* corpore atro immaculato, abdomine ſubpetiolato oblongo, pedibus rufis: tibiis poſticis apice nigris.
Ichneumon ater, femoribus pedibusque teſtaceis, antennis ſubtus pallidis. *Fn.* 957. 958.
Habitat apud nos frequens in *Pupis Papilionum.*
*DESCR.* Minor. *Corpus* nigrum. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Palpi* ſetacei, lutei. *Pedes* omnes ferruginei; poſtremi plantis fuſcis; Abdomen nigrum. *Aculeus* brevis. *Antennæ* ſubtus luteæ.

1610. ICHNEUMON *deluſor* corpore nigro, abdomine ferrugineo baſi apiceque nigro, femorum poſticorum patellis ſolis nigris.
Habitat in pratis.

1611. ICHNEUMON *titillator* corpore nigro, abdomine ferrugineo baſi apiceque nigro, pedibus poſticis nigris: plantis albis.

Ichneumon niger, abdomine medio pedibusque anterioribus rufis, palmis poſticis albis. *Fn.* 982.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Medius. *Corpus* capite, thorace, pedibus antennisque nigris immaculatis *Abdomen* ferrugineum, petiolo & apice nigrum, *Pedes* anteriores ferruginei; Pedes poſteriores nigri plantis albis.

1612. ICHNEUMON *venator* corpore atro immaculato, abdominis baſi ſubtus incarnata, pedibus rufis, aculeo retractili.

Habitat in Pratis.

1613. ICHNEUMON *extenſor* corpore nigro immaculato, abdomine cylindrico, pedibus rufis, palpis ſetaceis.

Ichneumon linearis; antennis longitudine corporis, tentaculis ſetaceis, femoribus clavatis. *Fn.* 986.

Habitat in *Scania.* D. Leche.

*DESCR.* Eſt longitudine Culicis, valde tenuis & oblongus. *Pedes* teſtacei. *Femora* clavata. *Abdomen* clavatum. *Antennæ* longitudine corporis, in *Cauda* tres ſetæ longitudine corporis. *Alæ* complicatæ ſive incumbentes, macula ferruginea marginali. Duæ ſetæ ſive *tentacula* ad os longitudine thoracis, albæ. alter ſexus caret ſetis in cauda.

1614. ICHNEUMON *exarator* corpore piceo immaculato, abdomine femoribusque clavatis, palpis ſetaceis, alis macula nigra albaque.

Habitat in pratis.

*DESCR.* *Corpus* parvum, anguſtum. *Pedes* longiuſculi. *Aculeus* corpore longior.

1615. ICHNEUMON *Turionellæ* niger, abdomine cylindrico, macula alarum fuſca albæ inſerta, tibiis ferrugineis albo annulatis.

Habitat in *Phalænæ Turionellæ* Larvis.

*DESCR.* Minor. *Corpus* atrum. *Tibiæ* omnes ferrugineæ annulo albo baſi propiore. *Aculeus* abdomine brevior.

1616. ICHNEUMON *Strobilellæ* niger, aculeo corpore longiore, pedibus luteſcentibus, tibiis poſticis digitoque nigris albo annulatis.

Ichneumon niger, abdomine ferrugineo: apice nigro, antennis nigris. *Fn.* 971.

*Act. upſ.* 1736 *p.* 29. *n.* 5. Ichneumon niger, cauda exſerta triplici, pedibus anterioribus abdomineque luteis.

Habitat in *Phalænæ Strobilellæ Turionellæque* Larva.

DESCR.

*DESCR.* Antennæ, caput, thorax nigra. *Abdomen* ovatum, ferrugineum ultimo articulo nigro. *Pedes* ferruginei, ſed femora poſtica nigra. *Aculeus* triplex, longitudine fere abdominis. *Alæ* glaucæ.

1617. ICHNEUMON *Moderator* niger, abdomine petiolato compreſſo, ore palpato, pedibus pallidis, aculeo corpore ſubbreviore.

Habitat in *Ichneumonis Strobilellæ* Larva, qua conſumta cranio ejus ſuperſtiti folliculum inædificat. D. Rolander.

*DESCR.* Parvus. *Corpus* nigrum. *Pedes* pallide ferruginei. *Antennæ* longitudine corporis. *Aculeus* vix corporis longitudine; *Alius* vero prodiit aculeo corpore duplo longiore; Pedibus quatuor prioribus ferrugineis.

1618. ICHNEUMON *Reſinellæ* niger, pedibus flavis, abdomine ſubcylindrico ſeſſili, antennis baſi luteis.

Habitat in *Phalænæ Reſinellæ* Larva.

*DESCR.* Minutus. Corpus atrum, immaculatum, filiforme. Antennarum baſis flava. Pedes toti luteſcentes.

1619 ICHNEUMON *prærogator* niger, pedibus flavis, abdomine oblongo obtuſo.

Habitat in *Phalænæ Salicis* Larvis.

1620. ICHNEUMON *mandator* niger, abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis: apice ſupra albo, antennis unicoloribus.

Habitat in pomariis.

1621. ICHNEUMON *enervator* niger, abdominis primis tribus ſegmentis rufis apice ſupra albo, antennis albo faſciatis.

Ichneumon abdomine antice ferrugineo poſtice nigro maculis quatuor albis. *Fn.* 978.

Habitat in hortis.

*DESCR.* *Caput* nigrum, immaculatum. *Thorax* immaculatus, niger. *Abdominis* ſegmentum primum nigrum; ſecundum & tertium ferrugineum; reliqua nigra cum macula alba in tergo. *Pedes* rufi; *Femora* poſtica nigra.

1622. ICHNEUMON *gravidator* niger, abdominis ſegmento primo ferrugineo abdomen dimidium obtegente.

Habitat in nemoribus.

1623. ICHNEUMON *inculcator* niger, abdomine falcato toto ferrugineo.

Ichneumon niger, abdomine toto ferrugineo. *Fn.* 972.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 6. Ichneumon aculeo triplici erecto, collari nigro, abdomine pedibusque teſtaceis. *Fn.* 972.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Caput, antennæ, thorax nigra. *Alæ* membranaceæ. *Abdomen* obverſe ovatum, ferrugineum. *Pedes* omnes feruginei.

1624. ICHNEUMON *pugillator* niger, abdomine falcato: ſegmentis ſecundo tertio quartoque rufis, pedibus tenuibus ferrugineis.
Ichneumon niger; abdomine antice luteo, pedibusque luteis. *Fn.* 975.
*Raj. inſ.* 255. Veſpa ichneumon major & longior, abdomine multo tenuiore ligamento pectori adnexo.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 6. *f.* 12.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 16. Ichneumon niger, abdomine falcato ſuperne luteo, alis erectis.
Habitat in *Phalænæ Ziczac* larvis.

*DESCR.* Convenit facie cum proxime præcedentibus, eſt tamen paulo minor. *Abdomine* anterius luteo & poſterius duobus tribusque ſegmentis nigro convenit cum prioribus duobus; *thorace* undique nigro & petiolo abdominis etiam nigro a prædictis differt. *Pedes* maxima parte nigri ſunt. *Aculeo* pungit & dolorem excitat.

1625. ICHNEUMON *ruſpator* niger, abdomine ſubcylindrico, pedibus ferrugineis, femoribus clavatis: poſticis dentatis.
Habitat in pratis & hortis.

*DESCR.* Medius. *Corpus* totum nigrum, immaculatum. *Antennæ* et Palpi nigri. *Pedes* ferruginei. *Femora* brevia, clavata: Poſtica ſubtus dente armata & baſi fuſca. *Aculeus* longitudine corporis.

1626. ICHNEUMON *jaculator* niger, abdomine falcato: ſegmentis ſecundo tertio quartoque rufis, tibiis poſticis clavatis.
Ichneumon tibiis poſticis clavatis. *Fn.* 985.
*Mouff. lat.* 64. *f.* 121. Muſca tripilis 1.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 10 *f.* 14.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 36. *f.* 10.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 2. Ichneumon cauda triplici, abdomine ſuperne flaveſcente, pedibus clavatis.
*p.* 29. *n.* 17. Ichneumon cauda inermi, abdomine falcato, pedibus clavatis.
Habitat in *Apis truncorum*, *floriſomnis*, *Sphegisque figuli* Larvis; antennis perquirit ubi larva latet, avolat, redit & imponit ei ovum. T. Bergman.

*DESCR.* Caput, thorax, pedes, antennæ nigra. *Aculeus* in fœmina triplex

plex, niger (intermedio rubro), piliformis, longitudine corporis vel longior, apice albus. *Abdomen* falcatum, petiolo thoraci adfixum, nigrum, ſed verſus baſin rufum. *Pedes* poſteriores conſtant femoribus parvis, his proximus articulus eſt tibia nigra, minus craſſa, & tertius articulus ſive tibia inferior craſſiſſima, nigra, clavata; ultimus articulus tenuis baſi albus.

1627. ICHNEUMON *aſſectator* niger, abdomine falcato: ſegmento ſecundo tertio quartoque latere rufis, tibiis poſticis clavatis.

Habitat in campis.

*DESCR.* Similis antecedenti, at dimidio minor. *Corpus* totum nigrum. *Abdominis* tria ſegmenta medio ad latera ferruginea. *Tibiæ* ad baſin annulo luteſcente; poſticæ clavatæ. *Aculeus* abdomine triplo brevior.

1628. ICHNEUMON *luteus* luteus thorace ſtriato, abdomine falcato.

Ichneumon luteus totus. *Fn.* 967.

*Gœd. belg.* 2. *p.* 135. *f.* 37.

*Liſt. gœd.* 59. *f.* 20. *C.*

*Raj. inſ.* 253. *n.* 6. Veſpa ichneumon major tota fulva, alis amplis: anterioribus nota fulva circa medium marginem anteriorem inſignibus.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 15. Ichneumon flavus, abdomine falcato, alis erectis.

Habitat in *Larvis.* Larva hujus adhæret larvæ Phalænæ & conſumit.

*DESCR.* Totum corpus, caput, thorax, abdomen, antennæ, pedes, unius ejusdemque coloris *flavi*, vel dilute lutei. *Alæ* membranacei coloris, puncto marginali luteo. *Abdomen* arcuatum, baſi anguſtiore petiolo adfixum. *Antennæ* longitudine fere corporis infinitis articulis. *Oculi* ſoli nigricantes.

1629. ICHNEUMON *ramidulus* luteus, abdomine falcato apice nigro.

Ichneumon totus luteus; abdominis apice nigro. *Fn.* 969.

*Raj. inſ.* 253. *n.* 7. Veſpa ichneumon præcedenti congener, ſed minor, tum corpore tum alis, verum imo abdomine ſeu cauda nigra.

Habitat rarius in nemoribus.

*DESCR.* *Corpus* totum luteum, duo tantum ſegmenta extima abdominis nigra. *Alæ* membranacei coloris. *Antennæ* longitudine corporis.

1630. ICHNEUMON *glaucopterus* luteus, pectore nigro, abdomine falcato, ano nigro.

Ichneumon ferrugineus; abdominis apice pectoreque inferiore nigro. *Fn.* 973.

Habitat rarius in ſepibus.

*DESCR.* Antennæ, capitis latera, pedes, abdominis antica pars, ferruginea; at *Thorax* ſubtus & abdominis tria extima ſegmenta nigra.

1631. ICHNEUMON *circumflexus* niger, abdomine falcato antice luteo, pedibus poſticis nigro-geniculatis, ſcutello flavo.

Ichneumon niger: abdomine antice luteo, pedum geniculis nigris. *Fn.* 974.

Habitat Upſaliæ. *R. Haſt.*

*DESCR.* Caput nigrum: linea circum oculos fulva: macula frontis flava, & labium flavum. *Antennæ* ferrugineæ. *Apex* Thoracis macula flava. *Pedes* ferruginei, ſed poſtici baſi ovati, nigri. Femora & tibiæ apice nigra. *Abdomen* flavo-ferrugineum, compreſſum, falcatum, ſed apice nigrum; in dorſo abdominis linea longitudinalis nigra.

1632. ICHNEUMON *cinctus* ater, antennis pedibusque ferrugineis; alis albis: faſciis duabus nigris.

Ichneumon niger; alis albis: faſcia duplici nigra: poſteriore majore. *Fn.* 984.

Habitat in pratis.

*DESCR.* Parvus eſt, magnitudine culicis, anguſtus, totus niger, *antennis* tenuiſſimis rectis. Totum *corpus* atrum eſt, ſed *femora* primora rufeſcunt; *alæ* aqueæ cum macula magna nigricante poſtice; & ante hanc lineola transverſa nigra.

1633. ICHNEUMON *Muſcarum* auratus, pedibus flavis ſaltatoriis.

*De Geer. inſ.* 1. *t.* 32. *f.* 19, 20.

Habitat in *Muſcarum aphidivorarum* Larvis.

1634. ICHNEUMON *Bedeguaris* auratus, thorace viridi, abdomine aureo.

Tenthredo thorace viridi-æneo; abdomine aureo. *Fn.* 939.

*Blank. belg.* 188. *n.* 12. *t.* 16. *quoad deſcr.*

*germ.* 142. *t.* 16. *f.* 5.

*Act. nat. cur. ann.* 12. *obs.* 10.

Habitat in *Cynipedis Roſæ* Bedeguare & *C. Quercus* Gallis.

*DESCR.* Omnium hujus generis pulcherrima, magnitudine minimæ formicæ. *Antennæ* cylindraceæ, nigræ, corpore dimidio breviores. *Thorax* æneo-viridis. *Abdomen* deauratum, ignei coloris. *Pedes* incarnati. *Aculeus* triplex letæ inſtar, longitudine corporis, niger, intermedio rubro.

1635. ICHNEUMON *Juniperi* auratus viridis, antennis nigris, puncto alarum rubro.

Ichneumon viridi-æneus: antennis nigris ſpiralibus. *Fn.* 987.

Habitat in *Tipula juniperi* intra ſuam triglochiden.

DESCR.

*DESCR.* *Corpus* totum viridi-æneum, magnitudine pediculi; *Antennæ* nigræ, ſpirales. *Alæ* aqueæ: puncto marginali rubro. *Larva* rubra. *Puppa* ovata, pellucida, aquei coloris.

1636. ICHNEUMON *Puparum* auratus cæruleus, abdomine viridi nitido, pedibus pallidis.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 18.
Habitat in *Papilionum pupis.*

1637. ICHNEUMON *Larvarum* auratus viridis, abdomine nigro: macula dorſali purpuraſcente, pedibus flavis, antennis ſeptemnodiis.
Habitat in *Phalænarum Larvis.*

1638. ICHNEUMON *Gallarum* fuſco-æneus, abdomine nigro, tibiis albidis.
Habitat intra *Cynipedis Quercus* ramulii larvas.
*DESCR.* Cynipedem dixiſſem, niſi locus & alimentum prohibuiſſet. Similis ichn. larvarum, ſed totus, excepto capite, fuſco æneus, *Abdomine* ſolo nigro. *Tibiæ* omnes albæ. *Antennæ* corpore breviores articulis ſeptem.

1639. ICHNEUMON *Cynipedis* auratus viridis, abdomine fuſco baſi cingulo pallido, pedibus flaveſcentibus.
Tenthredo thorace viridi nitente, abdomine fuſco: baſi cingulo pallido, pedibus flaveſcentibus. *Fn.* 942.
Habitat in *Salice pentandra* ubi *Gallæ glabræ.* irregulares ramos, terminantes, intus lamelloſæ, inter quarum lamellas jacet hoc inſectum; prodit fine Aprilis; prodiit etiam e Pupis Phalænæ, quæ victitaverat foliis Quercus.
*DESCR.* Magnitudo vix pulicis. *Caput & Thorax* nitide viridi-ſericea. *Abdomen* ovatum, fuſcum, baſi pallido cingulo cinctum. *Pedes* pallidi. *Antennæ* minus pallidæ, corpore breviores.

1640. ICHNEUMON *Coccorum* nigro-æneus, abdomine cæruleſcente, pedibus lividis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 35. *f.* 17.
Habitat in *Coccis.*

1641. ICHNEUMON *Secalis* niger, capite rufo, oculis viridibus.
Habitat in *Phalænis* ſpicarum *Secalis.*
*DESCR.* Magnitudo Pediculi. *Caput* rufum. *Oculi* pulchre virides. *Thorax* totus niger. *Antennæ* nigræ, filiformes, longitudine vix corporis. *Alæ* puncto marginali ſubrotundo, atro. *Abdomen* ovatum, nigrum, læve, petiolo ſcabro. Aculeus longitudine abdominis.

1642. ICHNEUMON *ſubcutaneus* niger, alis hirſutis: macula lunari nigra, antennis ſubfiliformibus.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 30. *f.* 21.
Habitat in *Larvis ſubcutaneis* foliorum.

1643. ICHNEUMON *Aphidum* niger, abdomine baſi pedibusque anticis genubusque poſticis flavis.
Ichneumon Aphidum. *It. gotl.* 307. *Fn.* 953.
*Friſch. inſ.* 11. *p.* 19.
Habitat in *Aphidibus Cirſiis.* Serratulæ arvenſis.
*DESCR.* Ambulat hic ſuper Aphides, magnitudine pulicis, præcedenti ſimilis, totus niger; *abdomine* ad baſin, ut & pedibus, flavis; ſed *pedes poſtici* modo ad genicula flavi. *Antennæ* atræ; cum ova deponat anum verſus thoracem inflectit & incurvat aratri inſtar, eoque pungit vel anum aphidis vel appendiculi apicem.

1644. ICHNEUMON *ovulorum* niger, pedibus rufis, antennis filiformibus longis.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 35. *f.* 11-13.
Habitat in *Lepidopterorum ovis.*
*DESCR.* Alium non nihil diverſum vidi ex ovis phalænarum omni pulice minorem, toto corpore atrum.

1645. ICHNEUMON *globatus* niger, pedibus ferrugineis.
Ichneumon ſerico conglobato albo. *Fn.* 951.
*Journaldes ſcavant.* 1713. *p.* 474. Mouche a cotton.
*Derrh. phyſico-theol. l.* 8. *c.* 6. *n.* 21.
*Raj. inſ.* 295. *n.* 13.
*Friſch. germ.* 6. *p.* 24. *t.* 10.
*Reaum. gall.* 2. *t.* 35. *f.* 6.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 10. Ichneumon tophos ſericeos exſtruens.
Habitat in *Graminum* culmis; circa autumnum in pratis non infrequens eſt folliculus ſericeus, magnitudine ovi columbini, ſolitarius, albus e quo prodeunt numeroſi ichneumones.

1646. ICHNEUMON *glomeratus* niger, pedibus flavis.
Ichneumon ſerico conglomerato-flavo. *Fn.* 952.
*Gœd. lat.* 1. *p.* 59. *n.* 11.
*Liſt. gœd.* 17. *n.* 7. *Alterum experimentum.*
*Wagn. helvet.* 226 Vermiculi ex crambide.
*Raj. Cantabr. p.* 35.
*inſ.* 254. *n.* 12. & *p.* 260. Muſca braſſicariæ erucæ.
*Derrh. phyſico-theol. l.* 8. *c.* 6. *n.* 21.

*Reaum.*

*Reaum. gall.* 2. *t.* 33. *f.* 2, 7. 8.
*Mer. europ. t.* 45.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 6.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 11. Ichneumon paraſiticus erucarum minimus.

Habitat in Larvis *Papilionis Braſſicæ*; quumque Larva illa ad metamorphoſin ſeſe accingat moritur, ex ejus corpore prodeunt plurimæ hujus larvæ, a matre antea intra corpus Larvæ majoris ſepultæ; hæ tum nent ſingulæ ſingulum folliculum ſericeum, non album ſed flavum, unde plurimi folliculi glomerati.

DESCR. *Corpus* nigrum, magnitudine pulicis. *Antennæ* nigræ, corpore longiores; Pedes flavi.

1647. ICHNEUMON *pectinicornis* ater, antennis ramoſis.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 6.
*Act. ſtockh.* 1740. *p.* 464. *t.* 1. *f.* 4-6.
Habitat in ſubcutaneis *Quercus* larvis.

## Sphex.

1648. SPHEX *ſabuloſa* nigra hirta, abdominis petiolo biarticulato: ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis.
*Friſch. germ.* 2. *t.* 1. *f.* 6, 7.
Habitat in *Terra ſabuloſa*, quam fodit, inque ea ſepelit araneam.

DESCR. Major. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* ſubpubeſcens. *Abdominis* primum ſegmentum ſ. petiolus filiformis, niger; ſecundum & tertium ſegmentum in aliis ferrugineum; in aliis ferrugineum dorſo nigro.

1649. SPHEX *clavipes* nigra, abdominis petiolo ferrugineo uniarticulato clavato, pedibus clavatis.
Habitat in campis.

DESCR. Parva. *Corpus* nigrum, glabrum. *Antennarum* infimus articulus luteus. *Maxillæ* luteæ. *Tibiæ* quatuor anteriores flavæ. *Tibiæ* poſticæ clavatæ, baſi flavæ. *Abdomen* ferrugineum, poſtice magis fuſceſcens; petiolus clavatus nigricans.

1650. SPHEX *figulus* atra, abdomine ſubpetiolato: marginibus ſegmentorum lucidis.
Habitat in Parietum ligneorum foraminibus, quæ claudit depoſita Aranea & obturat.

DESCR. Magnitudo vix Culicem ſuperat; oblonga, anguſta, tota nigra. *Alæ* fuſceſcentes absque puncto marginali.

1651. SPHEX *viatica* nigra pubeſcens, alis fuſcis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris.

Ichneumon ater, abdominis ſeſſilis ſegmentis anticis rufis, alis fuſcis. *Fn.* 977.

*Friſch. germ.* 2. *p.* 11. *t.* 1. *f.* 13.

*Raj. inſ.* 254. *n.* 9. Veſpa ichneumon major, capite, thorace & pedibus nigris, abdominis anteriore parte rubra, poſteriore nigra.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 50. *n.* 25. Ichneumon ater, alis nigricantibus, abdomine medio ſuperiore teſtaceo.

Habitat ſat frequens in Uplandia.

*DESCR.* E maximis eſt, tota atra, uti antennæ, caput, thorax, pedes & alæ. *Abdomen* ovatum, vix petiolatum, ferrugineo-rufum ſive fuſco-rufum, exceptis ultimis tribus ſegmentis nigris. *Antennæ* breves, arcuatæ, articulis decem.

1652. SPHEX *fuſca* atra lævis, abdominis ſegmentis tribus primis ſubferrugineis.

Habitat ubique in viis & campis arenoſis.

*DESCR.* Simillima Sph. viaticæ, ſed *Thorax* lævis. *Abdominis* ſegmenta tria prima ferruginea marginibus nigris. *Maxillæ* minores quam in Sph. viatica.

1653. SPHEX *myſtacea* nigra, ſcutello flavo; abdominis ſegmentis tribus margine flavis: primo interrupto, tibiis ferrugineis.

Habitat Calmariæ. A. Modeer.

*DESCR.* Facies Veſpæ. *Antennæ* nigræ. *Caput* nigrum: linea ſupra os transverſa, lutea, interrupta. *Thorax* margine antico, puncto ante alas, ſcutelloque luteus. *Abdomen* ſeſſile, atrum, acutum; ſegmento 1 ſupra maculis duabus luteis; 2, 3, & fere 4 margine luteis. *Femora* nigra. *Tibiæ* & plantæ ferrugineæ. *Alæ* planæ, adeoque Veſpa eſſe nequit.

1654. SPHEX *pectinipes* nigra glabra, abdomine anteriore ferrugineo, pedibus primariis ciliatis.

Habitat in collibus arenoſis.

*DESCR.* Minor. *Corpus* totum nigrum, læve. *Pedes* antici extrorſum tibiis valde ciliatis. *Alæ* fuſceſcentes absque puncto marginali. *Abdominis* tria ſegmenta priora ferruginea.

1655. SPHEX *variegata* nigra tota, alis albo maculatis.

Tenthredo atra, alis nigro alboque maculatis, antennis undecim-nodiis. *Fn.* 932.

*DESCR.* Media vel minor, tota atra. *Alæ* ſuperiores faſcia anguſta nigra in medio & alia lata nigra poſterius locata; macula alba rotunda ad apicem. *Abdomen* poſtice nonnihil pubeſcens.

1656. SPHEX *colon* nigra, pedibus antennisque rufis, thorace viridi, alis maculis duabus nigris.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Pediculo paullo major. *Caput* & *Thorax* viridi-ænea. *Antennæ* teſtaceæ. *Pedes* teſtacei. *Abdomen* ſubcæruleſcens. *Alæ* ſuperiores maculis duabus fuſcis rotundis; anteriore minore.

1657. SPHEX *ſiſpes* atra, abdomine petiolato, femoribus poſticis clavatis denticulatis rufis.

Habitat in Scania. *D. C. Solander.*

*DESCR.* Magnitudo formicæ. *Corpus* atrum. *Tibiæ* poſticæ magnitudine fere abdominis, ferrugineæ, ſubtus plurimis denticulis. *Abdomen* ovatum, breviſſimum: petiolo uniarticulato.

1658. SPHEX *gibba* nigra, abdomine ferrugineo apice fuſco, alis primoribus apice nigricantibus.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum, exceptis ſegmentis duobus ultimis abdominis nigris. *Alarum* extremitates fuſceſcentes.

1659. SPHEX *rufipes* atra, abdominis ſegmentis utrinque macula alba, alis apice fuſcis, pedibus poſticis rubris.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Corpus* totum atrum, glabrum. *Abdominis* ſegmenta 2, 3. utrinque puncto albo; 6 vero 1. ultimum ſupra unico puncto albo. *Pedes* 4 poſteriores tibiis & dimidiis femoribus ſanguineis. *Alæ* omnes extimo nigricantes.

1660. SPHEX *arenaria* abdominis faſciis quatuor flavis: primo ſegmento duobus punctis flavis.

Apis nigra, abdomine faſciis quatuor undique flavis. *Fn.* 994.

Habitat *Fablunæ* ad Sacellum *capellet*, juxta viam publicam, in arena cuniculos formans, & gregaria habitans.

*DESCR.* Magnitudo fere Apis mellificæ. *Corpus* nigrum; frons maculis tribus luteis; punctum flavum pone oculos. *Thorax* punctis duobus remotis in antica parte; duobus ad locum ſcutelli approximatis & uno utrinque ad apicem thoracis. *Abdominis* quatuor ſegmenta cingulo flavo, juxta marginem locato, ſed primum ſegmentum coarctatum utrinque puncto flavo notatum. *Tibiæ* ſubferrugineæ.

1661. SPHEX *ſemiaurata* viridis nitida, abdomine ferrugineo apice nigro.

Habitat in Scania. *D. C. Solander.*

*DESCR.* Magnitudo formicæ. *Antennæ* nigræ. *Caput*, *Thorax*, *Femora* viridi ænea. *Tibiæ* ferrugineæ. *Abdomen* ferrugineum, ovatum, apice ſ. ſegmentis duobus poſtremis nigrum.

1662.

1662. SPHEX *foſſoria* thorace immaculato, ore argenteo, abdomine maculis utrinque quinque luteſcentibus.

Habitat in collibus ſabuloſis.

*DESCR.* Major; *Corpus* nigrum. *Os* argenteum: maxillis luteis. *Antennarum* infimus articulus luteus. *Thorax* ſubpubeſcens puncto calloſo ferrugineo ante alas. *Abdomen* ovatum, nigrum, ſegmentis quinque utrinque macula laterali ferruginea ſ. luteſcente; in aliis albida. *Tibiæ* imprimis poſteriores flavæ. *Caput* grande eſt.

1663. SPHEX *leucoſtoma* atra glabra, labio argenteo, palmis fuſcis.

Habitat in arenoſis.

*DESCR.* Minor, facie apis, tota nigra. *Femora* & *Tibiæ* ſubclavatæ.

1664. SPHEX *vaga* thorace bipunctato, abdominis faſciis tribus flavis: primis interruptis, tibiis flavis.

Habitat paſſim.

## Chryſis.

1665. CHRYSIS *ignita* glabra nitens, thorace viridi, abdomine aureo: ano quadridentato.

Apis nitida: thorace viridi-cæruleo, abdomine inaurato *Fn.* 1004.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 5. Apis parietina nitida, collari cæruleo, abdomine aureo.

*Friſch. germ.* 9. *p.* 19. *t.* 10. *f.* 1. Veſpa argillacea variegata ſ. ſuperbe colorata.

Habitat in parietibus & muris, præſertim argillaceis.

*DESCR.* Ape domeſtica minor. *Pulcherrima* ſane in genere ſuo eſt; caput & thorax cyanea nitidiſſima; abdomen ignei coloris nitens *auro*; pungit & vulnerat uti apis. *Alæ* fuſcæ. *Abdominis* ultimum ſegmentum (excepto ani) dentatum eſt, uti & thorax aliquatenus poſtice. *Antennæ* nigræ, articulis 12.

1666. CHRYSIS *aurata* glabra nitens, thorace viridi, abdomine aureo: ano bidentato.

Habitat ad parietes.

*DESCR.* Præcedente quadruplo minor. *Antennæ* nigræ. *Thorax* viridi-cæruleus, nitens. *Abdomen* auratum, fulgidiſſimum. *Alæ* fuſceſcentes.

1667. CHRYSIS *cyanea* glabra nitens, thorace abdomineque cæruleo: ano tridentato.

Habitat in parietibus ligneis.

*DESCR.* Simillima Ch. ignitæ, ſed paulo minor, unicolor, tota cærulea nitens.

1668. CHRYSIS *viridula* glabra nitens viridis, thorace abdominisque ſegmentis duobus primoribus tergo aureis: ano quadridentato.

Habitat in Parietibus. D. C. Solander.

*DESCR.* Similis Chr. ignitæ, ſed tota viridis, præter primum & ſecundum *Abdominis* ſegmentum rubro aureum & *thoracis* dorſum aureum.

1669. CHRYSIS *fulgida* glabra nitens, thorace abdominisque primo ſegmento cæruleis, reliquis aureis: ano quadridentato.

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* Similis Sph. ignitæ, ſed *Abdomine* aureo, exceptis primo & ſecundo ſegmento cæruleo; reliquis aureis fulgidiſſimis.

## Veſpa.

1670. VESPA *Crabro* thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis inciſuris puncto nigro duplici contiguo.

Apis thorace nigro: antice rufo immaculato, abdominis inciſuris puncto nigro duplici contiguo. *Fn.* 988.
*Mouff. lat.* 50. Crabro.
*Merr. pin.* 196. Crabro.
*Raj. inſ.* 250. Crabro vulgaris.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 21. *t.* 11. *f.* 1. Crabro.
*Swamm. bibl. t.* 26. *f.* 9.
*Suecis* Bolgetting.

Habitat in arboribus, ſub arborum radicibus & in domibus vacuis, victitat raptu aliorum inſectorum, etiam apum mellificarum.

*DESCR. Labium* ſuperius luteum: *Caput* rufum. *Thorax* niger, antice rufus. *Pedes* griſei. *Abdominis* inciſuræ extrorſum luteæ, introrſum nigræ, punctis duobus in ſegmento 3 4 5, ſed baſi connatis cum nigredine interiore inciſurarum.

1671. VESPA *vulgaris* thorace utrinque lineola interrupta, ſcutello quadri maculato-luteo, abdominis inciſuris punctis nigris diſtinctis.

Apis thorace lineolis trium parium differentium flaveſcentium, punctis nigris inciſurarum liberis. *Fn.* 989.
*Mouff. lat.* 52. Veſpa.
*Merr. pin.* 196. Veſpa flava major.
*Raj. inſ.* 250. Veſpa vulgaris.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 23. *t.* 12. *f.* 2.
*Swamm. bibl. t.* 26. *f.* 8.
*Suecis* Weſpa, Getting.

Habi-

Habitat ſub tectis, frequens apud nos, muſcarum prædatrix.
*DESCR.* *Antennæ* nigricantes. *Frons* luteo-varia. *Thorax* ater: linea utrinque ante alas, flava interrupta; poſtice puncta 4 flava transverſa: *Segmenta* Abdominis nigra, omnia margine flava, in ſingulo duo puncta nigra connexa cum nigredine in prioribus inciſuris, in poſterioribus vero diſtincta. *Tibiæ* flavæ.

1672. VESPA *rufa* thorace lineola utrinque, ſcutello bimaculato, abdomine flavo antice ferrugineo.

Apis thorace nigro: lineolis flavis, abdominis ſegmentis nigris: margine flavis; primo ſecundoque ferrugineo. *Fn.* 998.

Habitat rarius in hortis.

*DESCR.* Magnitudo & facies Veſpæ vulgari ſimillima. *Caput* nigrum, fronte flava cum macula haſtata; maxillæ flavæ. Punctum flavum inter antennas. Capitis latera flava utrinque lineola. *Thorax* niger cum lineola ante ſingulam alam flava; puncta duo transverſa flava loco ſcutelli. *Abdominis* ſegmenta nigra, marginibus flavis, ſed primum ſegmentum omnino ferrugineum margine flavo; ſecundum ſegmentum baſi in medio nigra. *Femora* maxima ex parte nigra, ſed tibiæ ferrugineæ. *Antennæ* nigræ.

1673. VESPA *parietum* thorace lineola punctisque duobus, ſcutello bipunctato, abdomine faſciis quinque flavis: prima remotiſſima.

Apis nigra; abdomine faſciis quinque flavis: prima remotiſſima. *Fn.* 990.

*Friſch. germ.* 9. *t.* 12. *f.* 1.

Habitat paſſim.

*DESCR.* *Antennæ* clavatæ, nigræ, infimo articulo ſubtus flavo; puncta flava ad baſin maxillarum a latere, 2 ad apicem labii ſuperioris, 2 in fronte, 1 inter antennas, 2 in medio tergi thoracis, 1 ad ſingulam alam. *Thoracis* baſis linea flava. *Tibiæ* omnes flavæ. *Segmenta* Abdominis omnia quinque margine flava, quorum primum remotius, latius, ſemibifida lineola. *Alæ* minus explicatæ.

1674. VESPA *muraria* nigra, thorace punctis duobus ferrugineis, abdomine faſciis quatuor flavis: prima remotiſſima.

Apis nigra; thorace baſi flaveſcente, abdomine faſciis quatuor flavis: prima remotiſſima. *Fn.* 991.

*Friſch. germ.* 9. *p.* 24. *t.* 12. *f.* 8. 9.

Habitat ruri.

*DESCR.* Nigra tota eſt. *Antennæ* fere clavatæ; a tergo ad baſin *Thoracis* duæ maculæ ferrugineæ; verſus apicem thoracis macula nulla. *Abdomen* cingitur quatuor flavis faſciis, quarum prima maxime a reliquis remota eſt. *Tibiæ* etiam flavæ ſunt.

1675. VESPA *cribraria* nigra, abdomine faſciis ſex flavis: inter-

termediis tribus interruptis, tibiis anticis clypeis cribriformibus.

*α* Apis glabra nigra; tibiis flavis, abdominis faſciis tribus flavis: primis interruptis. *Fn.* 997.

*Act. ſtockh.* 1751. *p.* 56. *t.* 3. *f.* 1. Apis nigra, abdomine faſciis ſex flavis: intermediis interruptis, tibiis anticis lamellis perforatis.

*Raj. inſ.* 255. Veſpa ichneumon antennis reflexis, pedibus anterioribus velut clypeatis.

DESCR. *Caput* atrum. *Antennæ* atræ, ſubulatæ. *Os* argenteum. *Thorax* niger, pubeſcens. *Abdomen* glabrum, atrum: ſegmentum 1 immaculatum margine flavo; 2 macula utrinque ovata; 3 utrinque macula lutea; 4 linea flava a tergo interrupta; 5 linea flava contigua: 6 itidem. *Abdomen* ſubtus totum atrum eſt. *Tibiæ* fulvæ. Femora nigra, Tibiæ anteriores nigræ inſtructæ lamina cornea convexa, punctis pellucidis adſperſa.

*β* Apis nigra; abdomine faſciis quatuor flavis: tribus primis interruptis.

Habitat paſſim inter flores, quaſi quæ cribraret pollinem, ſed cribra non ſunt perforata, uti videntur.

DESCR. *Corpus* nigrum, ape minus. *Tibiæ* omnes flavæ. *Thorax* immaculatus. *Abdomen* a lateribus pingitur utrinque tribus lineolis transverſis flavis, & pone has lineola transverſali flava. *Antennæ* breves, nigræ, baſi flavæ.

1676. VESPA *coarctata* abdominis primo articulo infundibuliformi, ſecundo campanulato maximo bipunctato.

Apis nigra, abdominis primo articulo infundibuliformi, ſecundo campanulato maximo. *Fn.* 1002.

*Friſch. germ.* 9. *p.* 17. *t.* 9.

Habitat in *Salicetis*.

DESCR. Media, tota atra. *Abdomen* glaberrimum; margines ſegmentorum abdominis omnes flavi; articulus primus tenuis, parum ventricoſus, ſecundus maximus, ut omnes reliquos intra ſe retrotractos occultare poſſit; huic articulo utrinque macula flava (apud nos non uti Friſchii) linearis obliqua. *Thorax* niger: macula flava unica ad baſin linearis, interrupta; ad ſingulam alam unica; ad apicem unica linearis, ſed hæc bifida eſt. Friſchii deſcriptio optima eſt.

1677. VESPA *campeſtris* abdominis faſciis quatuor flavis: prima interrupta.

Habitat paſſim.

DESCR. Media. *Corpus* nigrum. *Os* ſupra linea transverſa, flava. *Thorax* antice linea baſeos, flava, transverſa. Punctum flavum ante alas; Punctum transverſum flavum loco ſcutelli. *Abdominis* primum ſegmentum maculis duabus transverſis, flavis; tria inſequentia ſegmenta margine flava. *Tibiæ* ferrugineæ.

1678. VESPA *arvenſis* abdominis faſciis quatuor flavis: tertia interrupta.

α Apis nigra, thorace baſi apiceque flaveſcente, abdomine faſciis quatuor flavis: tertia interrupta. *Fn.* 992.

β Apis glabra nigra, abdomine faſciis tribus flavis: tertia remotiſſima, primo articulo infundibuliformi. *Fn.* 996.

Habitat in campis & arvis.

*DESCR.* Veſpa vulgari minor. *Antennæ* nigræ; *Corpus* nigrum, ad marginem *Thoracis* anteriorem lineola flava, & in medio thoracis loco ſcutelli punctum flavum. *Abdomen* tribus faſciis transverſis flavis a tergo notatur, quarum ſecunda ac tertia remotiſſima; his duabus interiacet ab utroque latere punctum oblongum flavum; primus abdominis articulus anguſtus & clavatus. *Pedes*, exceptis femoribus rufis, nigri ſunt.

1679. VESPA *parietina* abdominis faſciis quinque flavis: prima remotiore.

Veſpa glabra nigra, abdomine faſciis tribus flavis: prima remotisſima. *Fn.* 995.

Habitat in Parietibus.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum. Puncta quatuor flava ad os & unum inter antennas, quæ baſi ſubtus flavæ. *Thorax* linea flava baſeos & puncto luteo ſupra ſingulam alam, geminoque loco ſcutelli. *Abdomen* faſciis 5 l. 6 flavis, quarum prima remotior.

1680. VESPA *biglumis* thoracis ſcutello biſpinoſo, abdominis ſegmentis margine albis: ſecundo punctis duobus albis. *Syſt. nat.* 10. *n.* 8. & 12.

Habitat ad lapidum latera auſtralia, conficiens nidum e fiſtulis aggregatis. *Rolander.*

*DESCR.* Statura Veſpæ vulgaris. *Corpus* nigrum. *Frons* albida. *Antennæ* ſubtus flavæ. Punctum flavum pone oculos. *Thorax* punctis aliquot albis; loco ſcutelli puncta duo alba; ad apicem utrinque laminula alba reflexa, acuminata. *Abdomen* ſegmentis margine albis: ſecundo punctis duobus albis. *Pedes* ferruginei.

1681. VESPA *uniglumis* thorace immaculato: ſcutello mucronato, abdominis ſegmentis tribus puncto laterali albo.

Apis nigra, tibiis ferrugineis, abdomine maculis utrinque quatuor flaveſcentibus. *Fn.* 1011.

Habitat paſſim in hortis. Licet minima ſit, ſæpe tamen Muſcam domeſticam, ſe triplo vel quadruplo majorem, occiſam ſecum trahit, uti Sphex.

*DESCR.* *Caput* & *Thorax* nigra, immaculata. *Abdomen* nigrum, cujus inciſuræ quatuor primariæ a tergo notantur pari macularum albiſſimarum, quarum par thoraci proximum maculam habet utrinque ovatam, reliqua paria conſtant maculis linearibus. *Femora* nigra, ſed *Tibiæ* ferrugineæ. *Antennæ* non capite longiores, nigræ, deorſum inflexæ & apicibus obſoletæ. *Scutellum* mucrone prominet acuto.

1682.

1682. VESPA *ſpinipes* labio flavo marginato, abdomine faſciis quinque flavis.

Habitat rarius apud nos

*DESCR.* Minor. *Corpus* nigrum. *Caput* immaculatum labio flavo bidentato f. emarginato. Punctum flavum inter antennas antico latere flavas. *Thorax* immaculatus margine anteriore flavo. *Abdomen* faſciis quinque, flavis: prima remotiſſima. *Tibiæ* flavæ. *Femora* ſecundi paris dentibus tribus armata.

*SEXUS* alter caret dentibus femorum, punctoque flavo gaudet ante alas & antennis antice tantum baſi flavis.

1683. VESPA *bifaſciata* thorace immaculato, abdomine faſciis duabus flavis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Similis præcedenti. *Antennæ* clavatæ *Caput* nigrum, immaculatum, uti etiam Thorax. *Abdomen* nigrum: ſegmentis duobus primis margine flavis: quarum faſcia poſterior ſubtus etiam cingit abdomen. *Tibiæ* baſi palleſcentes.

## Apis.

1684. APIS *longicornis* antennis filiformibus longitudine corporis hirſuti fulvique.

*Swamm. bibl. t. 26. f. 6.*

Habitat paſſim, nec infrequens.

*DESCR.* Facies A. mellificæ. *Corpus* nigrum hirſutie rariore fulveſcente, *Abdominis* magis obſcura. *Frons* pallida. *Antennæ* atræ, filiformes, longitudine corporis.

1685. APIS *tumulorum* antennis filiformibus longitudine corporis nigri, pedibus maxillisque flaveſcentibus.

Apis nigra, pedibus maxillisque flavis. *It. gotl.* 336. *Fn.* 1000.

Habitat in *Wiſingsö* inſula Wetteri, in ipſis antiquiſſimis tumulis ſepulchralibus.

*DESCR* Magnitudo dimidiæ muſcæ domeſticæ; *Toto* corpore nigra exceptis *pedibus* & maxillis pallide luteis. *Antennæ* filiformes, corporis fere longitudine, ſubtus pallidiores.

1686. APIS *clavicornis* antennis clavatis longitudine corporis nigri, abdomine faſciis duabus flavis interruptis.

Habitat Upſaliæ rarius. *P. Kalm.*

*DESCR.* Minor. *Antennæ* clavatæ, longitudine corporis, nigræ; latere anteriore, excepto apice, luteæ. *Corpus* nigrum. *Frons* macula rotunda, alba. *Thorax* immaculatus. *Abdomen* anguſtatum faſciis duabus, flavis, interruptis.

1687. APIS *centuncularis* nigra, abdomine ſubtus lana fulva.
Apis nigra, abdomine ſupra lineis quatuor albis, ſubtus lana fulva. *Fn.* 1010.
*Raj. inſ.* 242. Apis ſylveſtris corpore longo anguſto, parva nigra, dorſo lanugine rara fulva obſito, abdomine ſupino nigro glabro ſplendente, prono lanugine rufa denſa veſtito.
*DESCR.* Ape mellifica minor. *Caput* nigrum. *Frons* cinerea. *Thorax* niger, hirſutie ſubcinerea. *Abdomen* ovatum, nigrum, acutum, inciſurarum marginibus albis; ſubtus lana rufa ſeu ferruginea valde piloſum. *Pedes* nigri.

1688. APIS *cineraria* nigra, thorace hirſuto albicante: faſcia nigra, abdomine cæruleſcente.
Habitat paſſim, minus frequens.
*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum. *Thorax* hirſutus, albido cinereus: faſcia nigra inter alas. *Abdomen* atrum cæruleſcens, ſupra glabrum. *Frons* piloſa, cinereo-albida.

1689. APIS *retuſa* nigra ſubhirta, abdominis baſi retuſa, tibiis poſticis extus lanatis.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Magnitudo A. mellificæ. *Corpus* totum nigrum, pubeſcens. *Tibiæ* poſticæ dilatatæ, extus vellere brevi denſo flavo.

1690. APIS *rufa* fuſca, abdomine rufeſcente, fronte alba.
Apis hirſuta, capite nigro, abdomine rufo, fronte alba. *Fn.* 1009.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* Apis fuſca, fronte alba, collari teſtaceo.
*Raj. inſ.* 242. Apis ſylveſtris parva, abdomine breviore, toto ſupina parte lanugine rufa veſtito, thorace lanugine albicante.
Habitat ubique.
*DESCR.* Minor. *Corpus* hirtum, ſupra helvulum. *Caput* nigrum, frontis hirſutie albida. *Thorax* ſubtus pilis albidis. *Abdomen* ſubtus fere totum nigrum. *Antennæ* filiformes, corpore dimidio breviores.

1691. APIS *bicornis* fronte bicorni, capite nigro, abdomine hirſuto.
Apis hirſuta, capite thoraceque nigro, abdomine rufo, fronte bicorni. *Fn.* 1008.
*DESCR.* *Thorax*, caput, oculi, antennæ nigra. *Abdomen* rufum. *Pedes* rufeſcentes, ad minimum poſteriores. *Frons* nigra, minime alba, ad baſin maxillarum in fronte duo *Corniculа* incurva, rigida, nec mobilia, prominula, hirſutie vix longiora, nigra, infra apicem, a parte exteriore, denticulo notata; facies & magnitudo apis mellificæ.

1692. APIS *truncorum* nigra glabra, fronte albida pubeſcente, abdomine ſegmentis margine albidis: ſubtus flavicante.
Habitat in *Parietibus* ligneis.
*DESCR. Corpus* formica majus, atrum, glabrum. *Frons* barba albida. *Antennæ* filiformes, longitudine thoracis. *Abdominis* ſegmenta vix margine alba, ſed potius verſus latera; ſubtus pubeſcens flavensque.

1693. APIS *helvola* rufa villoſa oblonga: ſubtus albida.
Habitat apud nos frequens.
*DESCR. Caput* nigrum. *Thorax* villoſus, ferrugineus. *Abdomen* nigricans, minus villoſum. *Tibiæ* poſticæ lana ferruginea.

1694. APIS *ſuccincta* thorace flaveſcente ſubvilloſo, abdomine nigro cingulis quatuor albis.
Apis ſubhirſuta cinerea, abdomine nigro: ſegmentis albidis, fronte flaveſcente. *Fn.* 1007.
Habitat apud nos rariſſime, nec niſi unicam vidi, a *P. Kalm.*
*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum. *Frons* albicante vellere. *Thorax* villoſo albidus. *Abdomen* atrum, nudum, inciſurarum marginibus quatuor villoſo-niveis. *Pedes* nigri. *Tibiæ* extus albido-piloſæ.

1695. APIS *ænea* ænea griſeſcente-pubeſcens.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Media ſ. A. mellifica dimidio minor. *Corpus* totum viridi æneum, at *Thorax* vellere flaveſcente tectus. *Antennæ* nigræ.

1696. APIS *cæruleſcens* fuſca ſubvilloſa, abdomine cæruleſcente: inciſurarum marginibus albicantibus.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Minor. *Corpus* totum atrum, cæruleſcens, immaculatum, villoſitate, vix obſervanda, albicante.

1697. APIS *mellifica* pubeſcens, thorace ſubgriſeo, abdomine fuſco, pedibus poſticis glabris utrinque margine ciliatis.
Apis gregaria. *Fn.* 1003.
*Mouff. lat.* 2. Apis.
*Merr. eur.* 2. *p.* 19. *t.* 1.
*Aldr. inſ.* 20.
*Jonſt. inſ.* 1. *t.* 2.
*Charl. exerc.* 6.
*Merr. pin.* 106. Apis domeſtica ſ. vulgaris alvearium.
*Raj. inſ.* 240. Apis.
*Dal. pharm.* 386. *n.* 15. Apes.
*α Mouff. lat.* 37. Fucus.
*Merr. pin.* 196. Fucus.
*Suecis* Bi.

Habitat apud nos in ſylvarum cavis arboribus rarius, communiter a ruſticis colitur.

Cibus harum eſt mel e nectariis florum, præſertim autumno e floribus *Ericæ*, ſed mel inde rufeſcit; Provinciæ itaque Erica deſtitutæ, ut Oelandia, mel album ſuppeditant, at Cera e Polline antherarum conficitur.

1698. APIS *cunicularia* pubeſcens, thorace ferrugineo, abdomine fuſco, pedibus undique villoſis.

Habitat in *Terra ſabuloſa* pluribus foraminibus remotis; ubi plures diſtincto domicilio nidificant.

*DESCR.* Simillima A. mellificæ.

1699. APIS *variegata* thorace abdomineque albo-variegato, tibiis ferrugineis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Minor. *Corpus* arctum, nigrum, absque ordine albo-variegatum, imprimis ad latera abdominis. *Tibiæ* & *Plantæ* ferrugineæ.

1700. APIS *roſtrata* labio ſuperiore conico inflexo, abdominis faſciis glaucis repandis.

Apis pedibus maxillisque flavis: apice nigris, inciſuris abdominalibus glabris: margine nigris. *Fn.* 999.

*It. gotl.* 246 Jord-bij.

Habitat in monticulis arenoſis *Gotlandiæ*, ubi in ſingulo nido unicus pullus

*DESCR.* Oculi, os, pedes flava. *Thorax* niger. *Abdomen* nigrum ſegmento abdominis ſingulo ante margines flavo; margo enim baſeos & extimus niger eſt; primum ſegmentum macula utrinque unica notatur. *Alæ* glaucæ, venoſæ. *Thorax* ſubhirſutus, macula flava pone ſingulam alam, linea flava interrupta ad apicem thoracis. *Oris* labium ſuperius corneum, inflexum, magnum, acuminatum. *Dentes* utrinque ſolitarii, flavi, apice nigri. Veſpæ vulgaris magnitudo.

Differt ſexu: *Aliæ* abdomine luteo maculato (ut ſupra); Antennis ſupra nigris, ſubtus flavis; Aculeo corneo breviſſimo, rigido; *Aliæ* albo pictæ, ubi prior luteo. Antennæ fere ex toto nigræ. Aculeo pungente, longo, flexuoſo, ut in apibus.

1701. APIS *manicata* nigra, pedibus anticis hirſutiſſimis, abdomine maculis lateralibus flavis, ano tridentato.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo A. mellificæ. *Corpus* fuſceſcens. *Abdomen* utrinque macula flava ſ. ſex paribus. *Pedes* anteriores valide barbato-ciliati, flaveſcentes. *Anus* aculeis tribus, fixis, divaricatis & inſuper unico ad latera, magis anteriore.

1702. APIS *lagopoda* griſeſcens, pedibus anticis dilatato-ciliatis, tibiis poſticis clavatis, ano emarginato.

Habi-

Habitat paſſim.

*DESCR.* Magnitudo præcedentis, fuſca vellere ſubgriſeo. *Frons* hirſuta *Labio* obtuſo. *Palmæ* anticæ hirſutæ, dilatatæ, albæ, aculeis extus dilatatis ciliatæ. *Tibiæ* poſticæ incraſſatæ.

1703. APIS *quadridentata* fuſca, abdomine cingulis quinis albidis, ano quadridentato: intermediis bifidis.

Habitat in pratis floriferis frequens.

*DESCR.* Similis A. ſuccenturiatæ, ſed triplo minor. *Caput* & *Thorax* vellere ſubcineraſcentia. *Abdomen* conicum, atrum, marginibus inciſurarum quinque albis: prima obſoleta, niſi ad latera. *Anus* prominet quatuor dentibus, intermediis longioribus.

1704. APIS *floriſomnis* nigra, abdomine cylindrico incurvo, ano bidentato, tibiis poſticis apice ſpinoſis.

Habitat ubique floribus inhærens tempore nocturno, nec diſcedens.

*DESCR.* Parva, anguſta, oblonga, nigra. *Frons* cinereo-pubeſcens. *Thorax* pallido-ſubpubeſcens. *Abdomen* ſemicylindricum, fere glabrum, ſeptem ſegmentis, incurvatum plerumque. *Ano* bifido, obtuſo.

1705. APIS *conica* fuſca, abdomine conico acutiſſimo: ſegmentorum marginibus albis.

Apis ſubhirſuta cinerea, abdomine conico, ſegmentorum marginibus albis. *Fn.* 1006.

*Raj. inſ.* 262. Veſpa ſylveſtris caudata, abdomine nigro: annulis flavis diſtincto?

Habitat in terra & minis.

*DESCR.* Ape domeſtica paulo minor eſt. *Antennæ* nigræ, ſubclavatæ. *Caput* & *Thorax* pilis cinereis. *Abdomen* conicum, acutiſſimum, inciſurarum marginibus albidis, adeoque 5 a tergo; 4 vel 3 ſubtus lineolæ albæ. *Frons* nigra.

1706. APIS *annulata* nigra, fronte annulisque pedum albis.

Habitat apud nos frequens.

*DESCR.* Magnitudo Formicæ. *Corpus* totum atrum. *Frons* alteri ſexui lineola ante ſingulos oculos alba; alteri frons tota alba cum macula alba in baſi antennarum. *Thorax* nudus, puncto albo convexo ante alas. *Tibiæ* quatuor poſteriores baſi albæ.

1707. APIS *ruficornis* antennis pedibus punctisque duobus thoracis ferrugineis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Caput* nigrum. *Os* ferrugineum. *Antennæ* ferrugineæ. *Thorax* niger, aliis lineæ ferrugineæ quatuor longitudinales; aliis punctum flavum ante alas & duo flava loco ſcutelli. *Abdomen* ferrugineum, glabrum maculis flavis lateralibus, poſtice faſciis flavis. *Pedes* ferruginei. *Alæ* apice fuſceſcentes.

1708. APIS *carioſa* fuſca ſubvilloſa, fronte pedibusque flavis.
Apis nigra, pedibus fronteque flavis. *Fn.* 1001.
Habitat in antilis & ſiphonibus carioſis *Scaniæ*. D. Leche.
*DESCR.* Magnitudo præcedentis. *Tota* nigra, ſed inter antennas flava: Pedes (exceptis femoribus.) rufo-pallidi, præſertim quatuor poſteriores. *Antennæ* dimidio corpore fere breviores, rectæ.

1709. APIS *terreſtris* hirſuta nigra, thoracis cingulo flavo, ano albo. *Fn.* 1012.
*Jung. verm.* 51. Bombylius.
*Mouff. lat.* 53. *f.* 2. Bombylius.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 174. *f.* 46.
*Liſt. gœd.* 233. *f.* 105.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 24. *t.* 13. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 247. *n.* 5. Bombylius.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 12. Apis hirſuta nigra, collari abdominisque cingulo nigro, apice albo.
*Reaum. gall.* 6. *t.* 3. *f.* 1.
*Suecis* Jord-Humbla. *Uplandis* Mõmus.
Habitat in ipſa *Terra*, ubi copioſum mel colligit.
*DESCR.* Inter Bombylios dictos hæc maxima eſt. *Totum Corpus* undique hirſutum & nigrum; *Abdomen* antice nigrum, dein flavum, medio nigrum, poſtice album. *Thorax* antice flavo colore cingitur.

1710. APIS *hortorum* hirſuta nigra, thorace abdomineque antico flavo, ano albo.
Habitat ſub terra.
*DESCR.* Simillima præcedenti; a qua differt faſcia *Abdominis* flava baſin abdominis occupante, nec utrinque nigra faſcia diſtincta.

1711. APIS *pratorum* hirſuta nigra, thorace antice flavo, ano rubro.
Habitat in Pratis.
*DESCR.* Minor. *Corpus* nigricans. *Thorax* antice ſulphureus. *Abdomen* ano rubro.

1712. APIS *lapidaria* hirſuta atra: ano fulvo. *Fn.* 1015.
*Reaum. gall.* 6. *t.* 11. *f.* 1. 2.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 13. Apis hirſuta nigra, abdominis apice rubro.
*Friſch germ.* 9. *p.* 25. *n.* 2. (ſed noſtra minor.)
*Suecis* Sten-Humbla.
Habitat in *acervis lapidum*, copioſe mellificans.
*DESCR.* Tota atra eſt, excepto apice *abdominis* tribus inciſuris rufo-fulvis.

1713. APIS *ſylvarum* hirſuta pallida, thoracis faſcia nigra, ano rubro.
Habitat in Sylvis.
*DESCR.* Similis ſequenti, ſed vellere pallido. *Thorax* faſcia nigra inter alas. *Abdomen* pallidum interlucente nigredine corporis tanquam obſcuris faſciis. *Anus* ruber.

1714. APIS *muſcorum* hirſuta fulva, abdomine flavo. *Fn.* 1017.
*Friſch. germ.* 9. *p.* 26. *n.* 8.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 18. Apis hirſuta, collari fulvo, abdomine flavo.
*Suecis* Moſſ-Humbla.
Habitat ſub *Hypnis* & *Muſcis* aliis, in pratis frequens, parum mellificans.
*DESCR.* *Thorax* fulvus. *Abdomen* luteum ſ. pallidius fulvum, *ano* concolore.

1715. APIS *hypnorum* hirſuta fulva, abdominis faſcia nigra: ano albo.
Apis hirſuta fulva, abdominis medio nigro: ano albo. *Fn.* 1018.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 17. Apis hirſuta, collari fulvo, abdominis baſi fulva: medio nigro, ano albo.
Habitat ſub *Muſcis.*
*DESCR.* *Thorax* fulvus. *Abdomen* nigrum, baſi fulvum, *ano* albo.

1716. APIS *lucorum* hirſuta flava: ano albido.
Habitat in Lucis.
*DESCR.* Media. *Corpus* totum flaveſcens *ano* albido; in *abdomine* translucet nigredo corporis quaſi obſoletis faſciis.

1717. APIS *acervorum* hirſuta atra. *Fn.* 1013.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 15. Apis hirſuta, tota nigra.
Habitat in *Terra*, minus frequens.
*DESCR.* Præcedenti ſimilis, ſed minor; toto *Corpore* nigro, immaculato, exceptis ſetulis quibusdam circa collum ſulphureis.

1718. APIS *ſubterranea* hirſuta atra: ano fuſco. *Fn.* 1014.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 14. Apis hirſuta nigra, abdominis apice fuſco.
Habitat in *Terra*, minus frequens.
*DESCR.* Præcedenti ſimilis, ſolo apice Abdominis minus nigro.

1719. APIS *alpina* hirſuta, thorace nigro, abdomine luteo. *Fn.* 1016.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 28. *n.* 12. Apis hirſuta maxima alpino-lapponica, collari nigro, abdomine luteo.
Habitat in *Alpibus Lapponicis*, ubi modo unicam legi.
*DESCR.* Magnitudine ad Scarabæum Cervum accedit, tota hirſuta & atra, excepto *Abdomine* toto luteo ſeu ferrugineo, ſolaque abdominis baſi nigra.

## Formica.

1720. FORMICA *herculeana* nigra, abdomine ovato, femoribus ferrugineis.
Formica magna. *It. gotl.* 232. *Fn.* 1019.
*Raj. inſ.* 69. Formica maxima hippomyrmex.
*Act. Sockh.* 1741. *p.* 39. Haeſt-Myror.
*Suecis* Häſtmyra. *Uplandis* Björnmyra.
Habitat in *Truncis putridis* cavis.
*DESCR.* *Caput* nigricans, in occipite puncta tria. *Thorax* ferrugineus ad tergum nigricans. *Pedes* ferruginei. *Squama intergerina* ovata, integra, acuto-rotundata. *Abdomen* fuſcum conſtans 5 ſegmentis.

1721. FORMICA *rufa* thorace compreſſo toto ferrugineo, capite abdomineque nigris.
Formica rufa. *Fn.* 1020.
*Raj. inſ.* 69. Formica media rubra.
*Act. ſtockh.* 1741. *p.* 39. Piſſ-Myror.
*Suecis* Stack-Myra. *Uplandis* Biörn-Myra.
Habitat ubique in ſylvis, *acervos* e foliolis aceroſis exſtruens.
*DESCR.* *Corpus* fuſcum. *Thorax* ferrugineus, compreſſus. *Pedes* ferruginei. *Squama intergerina* ferruginea, acuminata.
*MAS*: *Corpus* nigricans. *Abdomen* ſegmentis ſex. *Pedes* ferruginei.
*FÆMINA*: *Corpus* nigricans. *Caput* ſubtus ferrugineum. *Thorax* ferrugineus dorſo fuſco. *Abdomen* ſegmentis quatuor, primo antice ferrugineo.

1722. FORMICA *fuſca* cinereo-fuſca, tibiis pallidis.
Formica fuſca. *Fn.* 1021.
*Raj. inſ.* 69. Formica media, nigro colore ſplendens.
*Act. ſtockh.* 1741. *p.* 40 Swart-Myror.
*Suecis* Swart-Myra.
Habitat ſub *terra* glareoſa.
*DESCR.* *Corpus* cinereo fuſcum, pilis cineraſcentibus minutiſſimis veſtitum, unde certo modo ad lucem viſum, videtur nigrum, alias cinereum. *Caput* fere thorace anguſtius. *Thorax* teretiuſculus. *Squama* intergerina quadrato-emarginata. *Antennæ* infimo articulo longiſſimo rufo. *Femora* fuſca. *Tibiæ* pallidæ. *P. Forſkåhl.*

1723. FORMICA *nigra* tota nigra nitida, tibiis cineraſcentibus.
Formica atra. *Fn.* 1023.
*Raj. inſ.* 69. Formica minor e fuſco nigricans.
*Act. Stockh.* 1741. *p.* 41. Smä-Myror.
Habitat in terra.

1724. FORMICA *obſoleta* ſupra nigra; ſubtus teſtaceo-rufa, abdomine ſubgloboſo.
Habitat paſſim.
DESCR. *Caput* vix thoracis craſſitie. *Thorax* teretiuſculus. *Squama* intergerina humilis, truncata. *Abdomen* ovatum, acuminatum, longitudine thoracis, pilis rufeſcentibus minimis. *Tibiæ* & *Plantæ* cineraſcentes. *Corpus* ceterum nigro nitidum. Abdomen huic tantum longitudine thoracis, in præcedente vero Abdomen longitudine thoracis cum capite. *P. Forſkåhl.*

1725. FORMICA *rubra* teſtacea, oculis punctoque ſub abdomine nigris.
Formica rubra. *Fn.* 1022.
*Raj. inſ.* 69. Formica minima rubra.
*Act. ſtockh.* 1741. *p.* 40. Etter-Myror.
*It. gotl.* 246. Etter-Myror.
*Lewenh. epiſt.* 1687. *p.* 97. *f.* 8.
*Swam. quart. p.* 181. *t.* 9.
*Suecis* Ettermyra. *Uplandis* Rödgiöter.
Habitat in *ceſpitibus* graminoſis.
DESCR. *Caput* thorace latius, teſtaceum. *Antennæ* teſtaceæ. *Thorax* pallidus, parum compreſſus. *Abdomen* ovato oblongum pilis albicantibus; punctum nigrum ſub abdomine.

1726. FORMICA *cæſpitum* petiolo nodis duobus alternis: poſteriore majore.
Habitat in *Tuberibus cæſpitoſis.*
DESCR. *Caput* thorace latius. *Antennarum* infimus articulus tertia tantum pars totius eſt. *Thorax* teretiuſculus. *Squamæ* intergerinæ loco nodi duo globoſi: poſteriore majore. *Abdomen* vix longitudine thoracis, ovato-acuminatum, pubeſcens. *Femora* & *Tibiæ* ſatis longæ. *Alæ* pallidæ, verſus corpus magis fuſcæ. *P. Forſkåhl.*

## Mutilla.

1727. MUTILLA *europæa* nigra, abdomine faſciis tribus albis interruptis, thorace poſtice rufo.
*Udd. diſſ.* 98. *t.* 17. Apis aptera.
Habitat in ſylvis arenoſis rariſſima.

DESCR.

DESCR. Magnitudo Veſpæ cribrariæ. *Caput* & *Antennæ* nigræ, thorace breviores. *Thorax* rufus, antice niger. *Abdomen* nigrum, hirtum faſciis tribus albis; quarum duæ poſteriores interruptæ. *Pedes* nigri.

1728. MUTILLA *formicaria* glabra rufa, capite abdomineque pubeſcente nigris.
Habitat rariſſime apud nos.

1729. MUTILLA *Acarorum* glabra rufa, capite abdomineque poſtico nigris.
Habitat cum *Acaris*, quibus victitat.
*DESCR.* Parva. *Antennæ* nigræ, longitudine fere corporis. *Caput* nigrum. *Thorax* niger. *Abdomen* nigrum: ſegmento primo ferrugineo. *Pedes* ferruginei: tibiis poſticis nigris. *Fæmina* ſimillima aculeo exſerto abdomine breviore.

# VI. DIPTERA.

## Oeſtrus.

1730. OSTRUS *Bovis* alis maculatis, thorace flavo faſcia fuſca, abdomine flavo apice nigro.
Oeſtrus thorace flavo: cingulo nigro, alis nigra faſcia, pedibus pallidis. *Fn.* 1024.
*Raj. inſ.* 271. Muſca bipennis Oeſtrum dicta, alis membranaceis punctis crebris nigrioribus velut adſperſis.
*Derrh. phyſico theol. l.* 8. *c.* 6. *n.* 11. Wormils.
*Friſch germ.* 5. *p.* 21 *t.* 7. Vermis in ſtercore vaccino.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 38. 37. 36.
*Suecis* Styng. Brômskula.
Habitat in dorſo *Boum* per totam hyemem, Julio exiens. β in ventriculo Equorum, ipſis circa ſolſtitium æſtivum lethalis.
*DESCR.* Magnitudo muſcæ majoris. *Os* nullum: rima abſque dentibus & proboſcide. *Oculi* nigri. *Antennæ* articulo lentiformi cum ſeta. *Thorax* flavus, cingulo nigro inter alas conſpicuo. *Scutellum* nigris pilis, intermediis fulvis reflexis. *Abdomen* flavum, ſegmentis margine fuſcis, ultimo articulo abdominis nigro. *Pedes* pallidi. Halteres ſub alis albi. Cauda exſerta inermis, ſub abdomine valde inflexa. *Alæ* albæ, incumbentes, in medio faſcia lata tranſverſa fuſca; puncto gemino fuſco in apice alarum, & tertio puncto inter faſciam & corpus verſus marginem tenuiorem.

β VARIE-

β *VARIETAS* fronte infra oculos etiam hirſuta, Abdomine & Pectore ſubtus nigricantibus abdomine toto flavo, alis uno puncto in apice; habitat intra ventriculos Equi.

1731. OESTRUS *Tarandi* alis immaculatis, thorace flavo faſcia nigra, abdomine fulvo apice flavo.
Oeſtrus thorace flavo: cingulo nigro, alis immaculatis, pedibus nigris *Fn.* 1025.
*Fl. lapp.* 360. *n.* 517. Oeſtrum Rhangiferinum Lapponicum, ventre fulvo.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 23. Oeſtrum idem.
*Act. ſtockh.* 1739. *p.* 121. *t.* (*ad paginam* 84.) 3. *f.* 5. 6.
*Lappis* Curbma.
Habitat in dorſo Cervorum *Tarandorum*, præſertim manſuetorum.

*DESCR.* Præcedenti duplo major. *Alæ* immaculatæ *Abdomen* magis hirſutum, ipſa tunica nigra, ſed lana fulva, excepta baſi abdominis flava lana. *Thorax* flavus faſcia atra inter alas. *Pedes* nigri.
*Larva* per totam hyemem latet ſub cute Rhenonum in dorſo, cauſſans fontanellas illas, quibus emaciantur Rhangiferi & cicatrices quibus contaminantur eorum coria. Dicitur & *œſtrus* & *œſtrum*.

1732. OESTRUS *naſalis* alis immaculatis, thorace ferrugineo, abdomine nigro pilis flavis.
Oeſtrus niger; thorace flavo. *Fn.* 1026.
*Flor. lapp.* 363. *p.* 517. Oeſtrum Rhangiferinum Lapponicum, ventre nigro.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 24. Oeſtrum idem.
*Lappis* Trompe.
Habitat in Lapponia.

*DESCR.* *Oculi* magni, nigri. *Frons* lutea. *Thorax* ferrugineus, villoſus. *Abdomen* alis longius, nigrum, veſtitum pilis raris, flavis, ſericeis. *Femora* nigra. *Tibiæ* flavæ. *Antennæ* clavatæ, nigræ, triplici articulo, ariſtatæ.

1733. OESTRUS *hæmorrhoidalis* alis immaculatis, thorace nigro: ſcutello pallido, abdomine nigro: baſi albo apiceque fulvo.
Oeſtrus ani Equorum. *Fn.* 1028.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 35. *f.* 1-7.
*It. gotl.* 277. Vermes hæmorrhoidum cæcarum facie.
Habitat in recto ani Equorum, inſtar hæmorrhoidum cæcarum hærens.

*DESCR.* *Caput* album. *Oculi* nigri. *Thorax* niger, ſcutello pallido. *Abdomen* cingulo nigro, baſi album, apice fulvum. *Alæ* immaculatæ, quem puto eundem eſſe.

1734. OESTRUS *ovis* alis ſubpunctatis abdomine tomentoſo albido nigroque ſubteſſellato.

Oeſtrus abdomine albo nigroque verſicolore. *Schreber inſ.* 15. *n.* 12.

Oeſtrus ſinus frontis ruminantium. *Fn.* 1027.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 35. *f.* 21. 22. 23. 24.

*Suecis* Nosmaſken.

Habitat in naſo ſive ſinu frontis animalium ruminantium, imprimis *Ovium. It. Scan.* 128.

*DESCR. Corpus* totum fuſcum, albis nigrisque punctis undique irroratum. *Bucca* alba inflata. *Frons* cinerea punctis ſparſis excavatis.

## Tipula.

1735. TIPULA *pectinicornis* antennis pectinatis, alis macula nigra, thorace flaveſcente.

Habitat in Graminoſis.

*DESCR.* Major. *Antennæ* nigræ, plumoſæ, baſi luteæ. *Caput* nigrum: collari flavo. *Thorax* nigricans lateribus flavis. *Abdomen* flavum; linea dorſali & lateribus nigricantibus. *Pedes* flaveſcentes.

1736. TIPULA *quadrimaculata* alis patulis fuſco-venoſis: margine maculis quatuor fuſcis, abdomine ſupra flavo.

Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* E maximis noſtratibus. *Thorax* flaveſcens, nigro-maculatus. *Abdomen* flaveſcens margine fuſco: Segmentum primum ſupra macula magna nigra; ſecundum lineola. *Femora* pallida apice & annulo ad apicem nigro. *Alæ* venis fuſcis maculisque obſolete fuſcis; ad coſtam maculis duabus fuſcis ſaturatioribus.

1737. TIPULA *calmarienſis* alis maculis, quatuor marginalibus venisque fuſcis: abdomine luteſcente ſegmento primo ſupra nigro.

Habitat Calmariæ.

*DESCR.* Maximas inter numeranda. *Alæ* maculis 4 fuſcis ad coſtam craſſiorem. *Thorax* flaveſcens maculis fuſcis. *Abdomen* luteſcens, verſus margines magis fuſcum: primo ſegmento macula quadrata atra tecta.

1738. TIPULA *rivoſa* alis hyalinis: rivulis fuſcis maculaque nivea.

Tipula alis exalbidis: macula nivea: rivulis fuſcis. *Fn.* 1121.

*Raj. inſ.* 72. *n.* 2. Tipula maxima, alis majoribus ex fuſco & albo variegatis.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 50. *n.* 1. Tipula lapponica cinerea, alis albis: rivulis fuſcis.

*Act. ſtockh.* 1739. *t.* 3. *f.* 8. ubi hanc delineavi.

Habitat *Ubmoæ* in Weſtro-Botnia, ubi eam quondam inveni frequentem, rarior Upſaliæ.

DESCR.

*DESCR.* Maxima eſt. *Corpus* & abdomen cinereo-fuſcum: cauda bifida. *Alæ* hyalinæ ſeu exalbidæ; rivulus fuſcus ſecundum marginem exteriorem longitudinaliter extenditur, qui ramum verſus marginem interiorem oblique emittit, et inde oblique extrorſum, ubi coadunatur cum eodem, a quo ortus; macula magna nivea occupat ſpatium ſub ramificatione maculæ fuſcæ. Adeoque inter omnes noſtras ſpecioſiſſima eſt.

1739. TIPULA *crocata* alis macula fuſca, abdomine atro faſciis fulvis.

Tipula corpore nigro fulvoque variegato. *Fn.* 1123.

*Raj. inſ.* 72. *n.* 4. Tipula elegans, dorſo & ſcapulis nigris, ventre croceo, alis macula fuſca notatis, lævis & ſplendens.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 30. *n.* 2. Tipula abdomine annulis luteis nigriſque alternantibus.

Habitat in *Roſlagia.*

*DESCR.* *Corpus* atrum & ſaturatiſſime nigrum eſt: *articuli* abdominis, excepto exteriore margine, crocei ſeu fulvi; variæ lituræ fulvæ in ipſo thorace. *Alæ* ſubfulveſcentes, venis fuſcis, puncto marginali obſcuro. *Femora* verſus baſin luteſcentia.

1740. TIPULA *oleracea* alis hyalinis coſta marginali fuſca. *Fn.* 1124.

*Gœd. belg.* 2. *p.* 165. *t.* 44.

*Liſt. gœd.* 331. *f.* 139.

*Bradl. natur. p.* 25. *f.* 3.

*Friſch. germ.* 5. *t.* 3. *f.* 1, 2.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 11. *f.* 7.

*Leuwenh. epiſt.* 1693, *dec.* 20. *f.* 4. 5. & 1714. *oct.* 26. *f.* 4.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 6. Tipula cinerea, alis cinereis margine exteriore fuſco.

Habitat in terra, inter radices olerum ipſa Larva.

*DESCR.* *Tota* cinerea. *Alæ* membranacei coloris, margine exteriore longitudinaliter (non tamen uſque ad ſummum apicem) linea lata, longa, fuſca pictæ, quæ linea quaſi ex plicis conſtat; ſub hac linea ala albidior eſt.

1741. TIPULA *hortorum* alis hyalinis: maculis albis ſparſis obſoletis. *Fn.* 1125.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 30. *n.* 3. Tipula cinerea, alis cinereis: vaſis fuſcis maculiſque albis.

*Raj. inſ.* 72. *n.* 6. Tipula vulgari ſimilis, ſed multo minor, alis fuſcis: maculis albidioribus & nervis magis opacis.

*Alb. inſ. t.* 61. *f. F. mas. G. fœmina.*

*Suecis* Harkrank.

Habitat ubique communis.

*DESCR.* *Tota* cinerea. *Alæ* cineraſcentes, maculis aliquot albis vix manifeſtis ſparſis; vaſa alarum fuſca ſunt, abſque macula aliqua obſcura marginali.

1742.

1742. TIPULA *variegata* alis hyalinis macula pallida obſoleta, corpore nigro luteoque variegato. *Fn.* 1131.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 8. Tipula cinerea, alis cinereis immaculatis.

Habitat cum reliquis.

*DESCR.* *Alæ* hyalinæ, vaſis pallidis, puncto marginali obſcuriore macula pallida. *Corpus* viridi nigroque variegatum, præſertim pectus, perbelle pictum. Magnitudo media ſeu proxime præcedentis. *Maris* cauda obtuſa, pene capillaris, longiſſima. *Fœminæ* cauda acuta, ut in reliquis.

1743. TIPULA *contaminata* alis nigro-immaculatis, corpore nigro. *Fn.* 1134.

Habitat in hortis paſſim.

*DESCR.* Eſt e mediæ magnitudinis Speciebus. *Alæ* hyalinæ nervoſæ triplici faſcia punctorum conglomeratorum nigrorum: ſingulam faſciam punctum interjacet nigrum juxta marginem majorem alæ. Totum *Corpus* nigrum, etiam oculi. *Pedes* lividi. *Antennæ* quindecim articulis.

1744. TIPULA *lunata* alis cineraſcentibus lunula marginali alba. *Fn.* 1126.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 30. *n.* 4. Tipula cinerea, alis fuſcis, macula lunata alba.

*Raj. inſ.* 73. *n.* 10. Tipula ſeptimæ ſimilis, paulo tamen major, oculis viridiſcentibus.

Habitat cum prioribus in cultis.

*DESCR.* Noſcitur a reliquis facile *Alarum* colore cinereo una cum venis unicoloribus in loco; ubi punctum marginale ſolet collocari, huic *Lunula* alba. *Dorſum* abdominis fuſcum.

1745. TIPULA *pratenſis* alis ſubcinereis: vaſis fuſcis punctoque marginali obſcuro, fronte fulva. *Fn.* 1128.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 5. Tipula cinerea, alis fuſcis: vaſis nigris, macula lunata nigra.

*Friſch. germ.* 4. *p.* 24. *t.* 12. Tipula terreſtris major.

Habitat vulgaris per Sueciam.

*DESCR.* Corpus obſcurum ſeu nigrum; latera flava; *Thoracis* lituræ luteæ. *Alæ* ſubcinereæ, vaſis fuſco nigricantibus, macula ſeu puncto marginali nigricante. *Halteres* pallidi apice albo. *Antennæ* atræ. *Pedes* nigri: femoribus ferrugineis.

1746. TIPULA *terreſtris* alis hyalinis: puncto marginali fuſco; dorſo abdominis cinereo. *Fn.* 1129.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 7. Tipula incarnata, alis cinereis puncto nigro.

*Friſch. germ.* 7. *p.* 30. *t.* 22. Tipula terreſtris media.

Habitat cum præcedentibus.

DESCR.

*DESCR.* Differt a præcedentibus, quod dimidio minor, tam mas quam fœmina. *Pedum* genicula nigra. *Corpus* ſubincarnatum. *Alæ* hyalinæ venis cineraſcentibus; punctum marginale ferrugineum ſeu fuſcum.

1747. TIPULA *cornicina* alis hyalinis: puncto marginali fuſco, abdomine flavo: lineis tribus fuſcis. *Fn.* 1130.
Habitat paſſim inter arbuſta.

*DESCR.* Eſt inter majores, non maximas, numeranda. *Alæ* hyalinæ, puncto fuſco. *Abdomen* flavum: lineis tribus longitudinalibus fuſcis, quarum una in dorſo, una in ſingulo latere; apex abdominis fuſcus. *Thorax* flavus; a tergo lineis tribus fuſcis.

1748. TIPULA *nigra* alis fuſcis, corpore atro. *Fn.* 1132.
*Smolandis* Polſa.
Habitat in Uplandia rarius. *Larvæ* latent in terra pingui humida, radices conſumentes.

*DESCR.* Eſt e mediæ magnitudinis. Alæ fuſcæ, vaſis nigricantibus cum puncto marginali. *Thorax* & Abdomen atra. *Pedes* fuſci. *Fœminæ* gaudent ano ſubulato, *Mares* vero obtuſo.

1749. TIPULA *atrata* alis glaucis: puncto marginali corporeque atro, pedibus rufis. *Fn.* 1127.
Habitat in Larvis *Phalænarum.*

*DESCR.* Eſt inter maximas ſui generis, capite, thorace, abdomine atris, nitidis. *Pedes* omnes ferruginei. *Antennæ* atræ, nodoſæ articulis duodecim, longitudine thoracis. *Alæ* glaucæ, præſertim inter punctum marginale & corpus, vaſis nigricantibus, puncto marginali majuſculo atro. Baſis abdominis parum rubra. *Anus* fœminæ in ſtylum trivalvem deſinit.

1750. TIPULA *bimaculata* alis hyalinis: maculis duabus fuſcis, abdominis medio maculato-ferrugineo, antennis plumoſis
Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Media. *Caput; Antennæ* & *Thorax* nigra. *Abdomen* nigrum, in medio, tam lateribus quam ſubtus, ferrugineum ſ. lividum. *Alæ* in medio macula nigra & apices alarum fuſcæ. *Pedes* lividi, flaveſcentes; articulis apice nigris.

1751. TIPULA *ocellaris* alis albidis, maculis ocellaribus nigricantibus plurimis.
*Gadd. ſatag.* 87. Tipula alis albidis, punctis 12 nigris ocello fuſco cinctis, dorſo abdomineque cinereo.
Habitat in Europa.

*DESCR.* Media. *Alæ* expanſæ, albidæ duplici ſerie ocellorum fuſcorum, quarum margine exteriori adjacentes obſcuriores.

1752. TIPULA *annulata* alis fuſco-variegatis, femoribus annulo albo. *Fn.* 1122.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis eſt; *Corpus* totum cinereo fuſcum. *Alæ* ſubcinereæ, verſus marginem anteriorem faſciis quatuor vel quinque fuſcis; verſus marginem poſteriorem circulis tribus fuſcis, cum puncto in medio fuſco. *Pedes* griſei. *Femora* verſus apices annulo nigro cincta. *Antennæ* 14 articulis, quorum 1 rectus, oblongus, niger; 2 globoſo-gibbus; 3-13 ſubrotundi; 14 acuminatus.

1753. TIPULA *flaveſcens* alis immaculatis, corpore flavo, dorſo fuſco. *Fn.* 1133.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Mediæ magnitudinis ſive Culice vulgari paulo major. *Alæ* hyalinæ, immaculatæ. *Corpus* flavum, ſed caput, thorax & abdomen a tergo fuſca. *Pedes* longi.

1754. TIPULA *regelationis* alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo-fuſco.

Habitat, primo vere, in terra prægnante; choreas in Aëre inſtituit.

*DESCR.* Magnitudo culicis. *Corpus* læve, cinereo-fuſcum. *Antennæ* thorace paullo longiores. *Alæ* hyalinæ venis fuſcis, nitentes e glauco-cinereo, extenſæ ſ. patentes, uno puncto ſ. anaſtomoſi in medio. *Abdomen* tenue.

1755. TIPULA *replicata* alis hyalinis margine tenuiore recurvato, corpore fuſco, antennis ſimplicibus. De Geer. act. Upſal.

Habitat Leufſtadii.

*DESCR.* Dabitur propediem loco citato.

1756. TIPULA *monoptera* nigra, pedibus palpisque pallidis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Dimidio minor Culice. *Corpus* nigricans. *Alæ* hyalinæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Pedes* omnes pallidi ſ. lividi, ut etiam Palpi. *Antennæ* corpore breviores. Statura Tipulæ alis patulis, ſed alam alteram alteri incumbentem gerit.

1757. TIPULA *arundineti* albida, antennis villoſis, oculis atris.

Habitat in *Arundinetis*, ubi choreas agit.

*DESCR.* Magnitudo Culicis. *Alæ* hyalinæ, incumbentes, margine interiore ſubciliatæ. *Antennæ* ſubciliatæ, thorace breviores. *Oculi* magni, atri. *Corpus* flaveſcenti-pallidum. *Fæminæ* anus mucronatus, adſcendens, teſtaceus. *Maris* furca obtuſa

1758. TIPULA *plumoſa* thorace vireſcente, alis hyalinis puncto nigro. *Fn.* 1135.

*It.*

*It. œland.* 40. 41. 86. 160.
*Friſch. inſ.* 11. *t.* 12.
*Reaum. gall.* 5. *t.* 5. *f. omnes.*
*Gœd. belg.* 3. *p.* 35. *f.* X. quoad figuram.
*Liſt. gœd.* 336. *f.* 140. quoad iconem.
Habitat hujus *Larva* in mari, latitat ſæpe intra tubulos filiformes molles argillaceo-glareoſos, quos conſtruit longiſſimos. *Tipulam* ipſam nullibi frequentiorem vidimus, quam in *Oelandiæ* lucis; inque *Scania* 223.

*DESCR.* Hæc Culice pipiente duplo major eſt. *Alæ* incumbentes, membranaceæ, puncto nigro in medio alæ, ad marginem exteriorem ex anaſtomoſi duorum vaſorum orto. *Corpus* fuſcum, ſed nuper excluſum omnino viride, præſertim ad latera thoracis verſus abdomen; hirſuties vix ulla in toto corpore; inciſurarum margines pallidiores. *Gibber* ſeu ſacculus ſub thorace. *Pedes* antici reliquis longiores, non tamen elevati. *Os* palpis incurvis, non pungens. *MAS* antennis plumoſis ex pilis pallidis undique ſpectantibus, & ano ſeu cauda elevata, bifida. *FÆMINA* antennis modo villoſis, cauda non elevata, nec alis longiore. *LARVA* filiformis, longa, læte rubra, mollis, 12 articulis compoſita, cauda bifida. Pedes duo pone caput & totidem ante caudam; omnes abſque unguibus, obtuſi, apice pilis ciliati, in penultimo ſegmento paria duo cirrhorum filiformium pedibus ipſis longiorum.

1759. TIPULA *litoralis* vireſcens, alis immaculatis, pedibus anticis longiſſimis.

α Tipula viridis, alis albis immaculatis. *Fn.* 1140.
Habitat copioſe in altiſſimis montibus Norrtellie.

*DESCR.* Culice vulgari minor. *Corpus* totum pallide flavum. *Pedes* longi, virides; antici longiſſimi. *Antennæ* breviſſimæ; maris pectinatæ. *Oculi* nigri. *Alæ* incumbentes, ſtriatæ.

β Tipula fuſca; abdomine anteriore viridi. *Fn.* 1136.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Caput, thorax & tria poſteriora ſegmenta abdominis fuſca ſive nigricantia. *Abdomen* teres, viride, exceptis articulis ultimis. *Alæ* albæ, immaculatæ. *Pedes* longi, ex parte albi. *Antennæ* maris plumoſæ, fuſcæ. Magnitudo Culicis vulgaris. *Pedum* genicula nigricantia. Pedes antici longiſſimi.

1760. TIPULA *motitatrix* pedibus anticis maximis motatoriis; annulo albo.

Tipula pedibus anticis maximis antenniformibus motatricibus; annulo albo. *Fn.* 1137.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 7. *t.* 13. Culex luteo viridis, pedibus antenniformibus.
Habitat in pratis *graminoſis* & lucis, in gramine juxta terram, Larva autem in aqua.

*DESCR.* *Corpus* in aliis dilute viride, in aliis nigro & incarnato variegatum;

tum; a tergo thoracis lineæ tres, quarum intermedia brevior. *Pedes* antici duplo longiores, quos ſedens erectos tenet & motitat inſtar antennarum, quas habet breves, in mare plumoſas, non ita in fœmina. Omnes *pedes* annulo nigro cinguntur.

1761. TIPULA *vibratrix* pedibus anticis maximis motatoriis: apice albis.

*It. œl.* 160. nomen idem.

*DESCR.* Hæc antecedenti duplo major. *Abdomen* tenue, viride. *Thorax* ater. *Pedes* albidi, ſed antice verſus baſin nigri. *Antennæ* fuſcæ, in mare plumoſæ.

1762. TIPULA *tremula* pedibus anticis longiſſimis motatoriis nigris: annulis albis.

Habitat paſſim. T. Bergman.

*DESCR.* *Oculi* nigri. *Antennæ* piloſæ. *Thorax* pallidus maculis tribus longitudinalibus nigris. *Alæ* hyalinæ, immaculatæ. *Abdomen* flavo-rubrum.

1763. TIPULA *monilis* pedibus albis: annulis novem nigris, alis albo cinereoque variis.

Tipula pedibus albis: annulis novem nigricantibus, alis albo cinereoque maculatis. *Fn.* 1139.

Habitat in *Scania*. D. Leche.

*DESCR.* Magnitudo Culicis vulgaris. *Alæ* albo cinereoque valde maculatæ. *Pedes* longi, nivei, ſinguli annulis circiter novem fuſcis, belle variegati, quibus ab omnibus facile diſtinguitur.

1764. TIPULA *macrocephala* corpore vireſcente, oculis thoracisque tergo nigris. *Fn.* 1141.

Habitat in Littoribus humidis.

*DESCR.* Vix pediculo major; *Ala* alæ incumbit, quaſi unica eſſet, nitida. *Corpus* ſubflavum, a tergo thoracis nigrum. *Oculi* magni, nigri, caput quaſi nigrum efficiunt. *Antennæ* nigræ; articulis decem globoſis. *Alæ* hyalinæ nervis tribus, quorum marginalis cum apice intermedio jungitur; at nervus intimus verſus baſin marginis bifidus eſt.

1765. TIPULA *Marci* nigra glabra: alis nigricantibus, femoribus anticis introrſum ſulcatis. *Fn.* 1143.

*Reaum. gall.* 5. *t.* 7. *f.* 17, 18.

Habitat frequens in *fimetis* & *vaporariis* hortorum primo vere.

*DESCR.* Longitudo muſcæ domeſticæ, ſed multo anguſtior; totum *Corpus* & artus omnes nigra. *Antennæ* capite fere breviores, incurvatæ, boum cornua referentes, nigræ, ſingulá ſeptem articulis conſtat, quaſi perfoliatæ eſſent, hinc breviſſimæ; ſub ore duo Palpi inflexi. *Os* proboſcis eſt, non aculeus. *Abdomen* maris lineare & atrum, fœminæ vero ſubtus flaveſcens craſſum. *Alæ* nigricantes margine exteriore in medio nigræ obſcura

ſcura macula, vel ſaltem margine ipſo magis atro. *Thorax* glaber eſt, pone carinatus. *Alæ* incumbentes; *Femora* antica craſſiora, interiore latere ſulco longitudinali exarata.

1766. TIPULA *brevicornis* nigra glabra, alis margine nigricantibus, tibiis anticis ſpina terminatis.
Habitat in umbroſis, ſæpe adhærens reperitur Lychnidi viſcariæ.
*DESCR.* Facies T. Marci, at magnitudo Culicis pipientis. *Corpus* nigrum, glabriuſculum. *Antennæ* breviſſimæ, filiformes. *Palpi* cauda longiores. *Abdomen* lineare. *Alæ* incumbentes margine exteriore nigricante e lineis duabus craſſioribus, quæ in medio maculam conſtituunt. *Pedes* poſtici abdomine paullo longiores. *Tibiæ* anticæ terminatæ ſpina gemina rigida; exteriore majore.

1767. TIPULA *putris* fuſca, alarum baſi cinerea. *Fn.* 1144.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 37. *t.* 22. Muſca vermis rerum putridarum.
Habitat in terra, primo vere frequens in *vaporariis*, ſedens in vaſis & teſtis.
*DESCR.* Magnitudo pediculi; *Tota* fuſca. *Abdomen* glaucescens. *Antennæ* filiformes, longæ, 14 articulis conſtantes. *Thorax* gibbus. *Halteres* exalbidi.

1768. TIPULA *Febrilis* atra oblonga hirta, alis nigricantibus.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 61. Muſca oblonga atra hirſuta, alis fuſcis incumbentibus, pedibus nigris. *Fn.* 1145.
*Pet. gaz.* 22. *t.* 14. *f.* 4. Muſca oblonga noſtras nigra.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 31. *t.* 6.
*Liſt. gœd.* 260. *t.* 108.
*Reaum gall.* 5. *t.* 7. *f.* 7, 12.
Habitat ſæpius apud *ægros* febre intermittente laborantes.
*DESCR.* Magnitudo muſcæ domeſticæ, ſed magis oblonga, toto corpore & pedibus nigra, pilis hirſuta. *Alæ* dorſo ſibi invicem incumbunt, ac ſi unica eſſet ala; ſunt etiam e membranaceo ſeu aqueo colore in nigredinem transeunte; certe margo alarum exterior omnino niger eſt.

1769. TIPULA *Florilega* atra holoſericea. *Fn.* 1146.
Habitat in ramis arborum, præſertim in *Malis poſt pluvias*; copioſiſſima in Belgio, rarior in Suecia.
*DESCR.* Parva eſt muſca, aterrima, holoſericum ſuperficie referens, mollis; lente inſpecta tota pilis tenuiſſimis denſis veſtita cernitur.

1770. TIPULA *hortulana* alis albis: margine exteriore nigro, thorace abdomineque rubro. *Fn.* 1147.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 62. Muſca corpore rubro, capite pedibusque nigris, alis albidis: margine exteriori nigro cum puncto.

 Habi-

Habitat in *Aſparago* & *floribus* arborum, quas deſtruit.

*DESCR.* Magnitudo Muſcæ domeſticæ. *Caput* parvum, nigrum. *Thorax* & *Abdomen* rubra, glabriuſcula; ubi abdomen jungitur thoraci nigredo a tergo apparet. *Alæ* albæ, ſed margo craſſior longitudinalis ater eſt. *Pedes* nigri. *Femora* longa. *Sexus* variat: alter totus ater eſt, ſed femora longa & craſſiuſcula.

1771. TIPULA *Phalænoides* alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis. *Fn.* 1148.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 13. Culex alis depreſſis margine villoſis.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 6. *t.* 11. Culex parvus cinereus, alis pendulis.

*Leuwenh. epiſt.* 1692. *jun.* 24. *p.* 473. *f.* 2. 3.

Habitat in *parietibus* ad ſterquilinia, & ubi venti ſilent.

*DESCR.* Minima eſt. *Alæ* ratione magnitudinis maximæ, ad latera deflexæ, ut in Phalænis, lanceolato-ovatæ, undique ciliatæ, ſtriatæ, acutæ. *Antennæ* filiformes, cinereæ, articulis XI. nigricantibus, globoſis conſtructæ.

1772. TIPULA *hirta* hirſuta, alis deflexis ovatis ciliatis albo nigroque teſſulatis.

Habitat in *Arctio Lappa*. C. Alſtrömer.

*DESCR.* *Statura* T. Phalenoidis, ſed tota hirta, albo nigroque pulcherrime teſſulata. *Alarum* margine omni hirſuto ſ. ciliato. *Antennæ* filiformes, longitudine fere corporis, verticillatim villoſæ.

1773. TIPULA *notata* atra, alis albis, abdominis latere antico macula alba. *Fn.* 1149.

Habitat in plantarum foliis.

*DESCR.* Muſca domeſtica minor. *Thorax* glaber, cum toto corpore, ater; *Antennæ* XI. articulis, quaſi perfoliatæ: *punctum* unum utrinque in ſingulo latere abdominis juxta pectus album; margo thoracis interdum albus conſpicitur, quaſi lineola arcuata, reliqua omnino atra.

1774. TIPULA *Juniperina* alis incumbentibus glaucis: margine tenuiore villoſis. *Fn.* 1150.

*Smolandis* Kikbår. *W:gothis* Orkorn. *It. W:goth.* 63.

Habitat in *Junipero*. Ex ovo depoſito in apicibus ramorum Juniperi enaſcitur ibidem æſtate quoddam Triglochin (quo Smolandi in Tuſſi ferina utuntur,) conſtans foliis tribus craſſioribus, conniventibus, ventricoſis, ore patulis, intra quæ tria alia foliola, minima, exacte conniventia, ne aërem admittant, includentia Larvam rubram, quæ Majo menſe in Pupulam rubram, alis nigris, pedibus albis mutatur, & hæc in Tipulam; quæ ſæpe conſumitur ab *Ichneu-*

*Ichneumone Juniperi*. Gallæ iſtæ rubræ in foliis & petiolis *Populæ tremulæ*, magnitudine piſorum, etiam Muſcam, Juniperi & Salicis ſimillimam, & forte eandem, producunt; ſed hanc ſufficienter non examinavi.

*DESCR.* Facies Culicis. *Pedes* animalculo longiores. *Antennæ* ſetaceæ ſive moniliformes, articulis circiter 14 globoſis, remotis, pilis aliquot vagis ornatæ. *Caput* minimum. *Oculi* nigri. *Thorax* & *Abdomen* fuſco-rufeſcens; humeri gibbi. *Alæ* membranaceæ, margine exteriore nigricante, præter nervos in ſingula binos; at margo alarum exterior villoſus eſt. *Halteres* ſub alis, ut in reliquis.

*OBS. Friſch. germ. 4. p. 38. t. 21.* Muſca vermis rubri gemmarum Salicis multa communia cum noſtra haber, ut dubitemus an ſpecie diverſa; cum Larvæ, Pupulæ & Tipulæ ipſius plurima attributa eadem & margo alarum interior hirſutus.

1775. TIPULA *paluſtris* atra, abdomine rufeſcente. *Fn.* 1151.
Habitat in flore *Iridis Pſeud Acori* frequens.

*DESCR.* Hæc omnium minima, vix pulicis magnitudine; grandinis inſtar copioſa ſupra aquas, lacus & paludes æſtate volitat. *Alæ* huic incumbentes. *Abdomen* ovatum.

1776. TIPULA *longicornis* antennis corpore incarnato longioribus. *Fn.* 1152.
Habitat inter *Carduum* paluſtrem media æſtate, præſertim ad Oeſtunaberg.

*DESCR.* Minima eſt & pulice fere minor. *Caput* nigrum fronte albida. *Thorax* a tergo fuſcus. *Antennæ* & Pedes nigri longi; *Alæ* abdomine longiores membranaceæ incumbentes. *Antennæ* corpore & alis ſeſquilongiores.

1777. TIPULA *pennicornis* antennis bipectinatis, corpore atro, halteribus albis.
Habitat heic minus frequens.

*DESCR.* Pulice minor, anguſta. *Corpus* aterrimum.

1778. TIPULA *rufipes* atra, pedibus rufis, alis medio nigris baſi flaveſcentibus.
Habitat paſſim. Uddman.

*DESCR.* Magnitudo pulicis. *Corpus* atrum. *Antennæ* pallidæ, villoſæ. *Alæ* incumbentes, baſi flaveſcentes, ceterum fuſco-hyalinæ, in medio macula ſ. faſcia tota nigra. *Pedes*, exceptis plantis primis, rufæ; anteriores longiores.

## Muſca.

1779. MUSCA *plebeja* antennis filatis ſubulatis, corpore cinereo hirto, abdomine inciſuris margine albidis.

Habitat paſſim, minus frequens.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum, hirtum. *Oculi* brunnei. *Alæ* & *Tibiæ* ſubteſtaceæ. *Abdomen* conicum, hirtum, ſegmentorum marginibus pallidis.

1780. MUSCA *chamæleon* antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato luteo, abdomine nigro: faſciis lateralibus luteis.
Oeſtrus aquæ. *Fn.* 1029.
Muſca fuſca ſubhirſuta, abdominis margine acuto lineis utrinque tribus flavis, quarta triangulari. *Fn.* 1083.
*Hoffn. inſ.* 3. *t.* 7.
*Goed. belg.* 1. *p.* 128. *t.* 70. Chamæleo.
*Liſt. goed.* 355. *t.* 144.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 28. *t.* 10. Tabanus aquaticus.
*Swamm. quart.* 138. *t.* 4. Tabanus.
Habitat in Paludibus & Piſcinis frequens.

*DESCR.* Muſca domeſtica major. *Thorax* fuſco-cinereus, villoſus, apice flavus. *Oculi* fuſci, lineola transverſa obſcuriore. *Alæ* ſubferrugineæ. *Abdomen* ovatum, nigricans, ſegmento ſingulo apice utrinque (non in medio) flavo, excepto 4:to quod terminatur triangulo flavo. *Halteres* albi. *Antennæ* nigræ clavato-ſubulatæ. *Femora* nigra, tibiis ultimis flavis.

1781. MUSCA *microleon* antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato nigro, abdomine atro: ſtrigis lateralibus albis.
Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Similis præcedenti, ſed duplo minor. *Corpus* nigrum. *Scutelli* dentes ferruginei. *Abdominis* ſegmenta ad latera linea transverſa, flava, anguſta.

1782. MUSCA *hydroleon* antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato nigro, abdomine viridi; medio nigro annulato.
Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* M. chamæleone minor. *Caput* & *Thorax* nigra. *Scutellum* bidentatum, nigrum, dentibus pallidis. *Halteres* virides. *Abdomen* undique viride: dorſo maculis tribus (prioribus ſenſim minoribus) nigris, connatis, antice lateribus angulatis. *Pedes* teſtacei.

1783. MUSCA *pantheriana* antennis filatis, corpore atro, abdominis dorſo maculis tribus, marginibusque totidem connatis albis.
Habitat rarius heic loci.

*DESCR.* Minor. *Caput* nigrum occipite puncto flavo. *Antennæ* flaveſcentes. *Thorax* flavis lineis tribus latis apice connexis. *Scutellum* flavum. *Halteres* flavi. *Abdomen* flavum ſegmentis margine nigris; tribus prioribus macula nigra transverſa. *Alæ* hyalinæ.

1784. MUSCA *morio* antennis filatis ſubulatis, corpore hirto atro, alis dimidiato-nigris.

Muſca

Muſca atra, alarum margine tenuiore ſinuato-albicante. *Fn.* 1067.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 35. Muſca atra, alarum margine inferiore albeſcente lacerato.

*Aldr. inſ.* 348. *t.* 2. *f.* 13.

*Jonſt. inſ. t.* 8. *muſcarum aldrovandi t.* 2. *f.* 13.

Habitat in Hortis paſſim.

*DESCR.* Tota atra cum capite, thorace, abdomine, pedibus, alis; ſed margo alarum tenuior albus eſt, vel potius exalbidus; dum hæc albedo ſinus format, alamque quaſi obtuſe ſerratam reddit, & in abdomine a tergo duo vel quatuor puncta nivea ad margines ſegmentorum.

1785. MUSCA *maura* antennis filatis ſubulatis, corpore hirto atro albo-faſciato, alis nigro variis.

Habitat in prædiis.

*DESCR.* *Caput* nigrum. *Oculi* fuſci. *Antennæ* breviſſimæ, cylindricæ, terminatæ ſeta. *Thorax* niger, villoſus, utroque latere linea longitudinali exalbida. *Abdomen* ovatum, hirſutum, nigrum, in medio faſcia lineari exalbida; ad baſin vero & apicem abdominis pili albidi. *Halteres* albi capitellis niveis. *Pedes* nigricantes.

1786. MUSCA *tarda* antennis filatis ſubulatis, corpore lævi, thorace æneo-nigro, abdomine atro, pedibus ſubteſtaceis.

Habitat rarior.

*DESCR.* Muſca domeſtica dimidio minor. *Antennæ* breviores. *Oculi* fuſci. *Thorax* niger, parum cupreo colore lucens, non politus. *Halteres* albi. *Abdomen* oblongiuſculum, atrum. *Femora* lurida ſ. livido-teſtacea, ut & Tibiæ, ſed poſticæ magis nigræ. *Alæ* incumbentes tegunt Abdomen ac ſi nullæ eſſent alæ, ſingulari modo. *Oculi* faſcia fuſca.

1787. MUSCA *hottentotta* antennis filatis ſubulatis, corpore hirto luteſcente, alis coſta fuſcis.

Habitat ad pagos.

*DESCR.* Media. *Corpus* nigrum, vellere teſtaceo hirtum. *Oculi* brunnei. *Abdominis* ſegmenta latitudine æqualia, ultimo breviſſimo, unde poſtice obtuſiſſimum.

1788. MUSCA *ſcolopacea* antennis filatis apice ſetigeris, abdomine flaveſcente trifariam nigro-punctato, alis nebuloſis.

Muſca alis membranaceis nigro maculatis, abdomine triplici ordine punctorum nigrorum. *Fn.* 1066.

Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Muſca domeſtica longior. *Caput* & *Thorax* cinerea; in *thorace* ſtriæ tres, fuſcæ. *Alæ* fuſceſcentes maculis nigris & albidis. *Abdomen* flaveſcens cum ordine longitudinali macularum nigrarum a tergo, & utrinque ordine laterali ad latera; *Pedes* pallidi. *Oculi* fuſci. *Anus* nigricans. Facies Aſili, ſed os muſcæ.

1789 MUSCA *tringaria* antennis filatis apice ſetigeris, abdomine trifariam nigro punctato, thorace unicolore, alis immaculatis.

Habitat in nemoribus rarius.

*DESCR.* Similis præcedenti, ſed minor. *Thorax* cinereus. *Scutellum* flavicans. *Abdomen* oblongum, flavum, triplici ordine punctorum nigrorum; ultima duo ſegmenta nigra ſunt. *Pedes* teſtacei. *Alæ* pallidæ, immaculatæ.

1790. MUSCA *Conopſoides* antennis clavatis mucronatis baſi coadunatis, corpore atro, abdominis cingulis tribus flavis.

Habitat apud nos minus frequens.

*DESCR.* *Caput* nigrum. *Frons* utrinque flava. *Occiput* margine flavo. *Antennæ* atræ, clavatæ, acutæ, ultra medium verſus baſin connatæ. *Thorax* ater lineola parva laterali ante ſingulas alas; lineola flava ad ſcutellum. *Alæ* margine exteriori fuſcæ. *Abdomen* clavatum ſegmentis tribus flavis integris & quarto ad baſin flavedine interrupta. *Halteres* albidi.

1791. MUSCA *anilis* antennis filatis hirtis muticis, corpore villoſo albo caneſcente.

Habitat rarius apud nos. *J. Alſtrömer.* In Scania *D. C. Solander.*

*DESCR.* Muſca Magnitudo fere domeſticæ, ſed Abdomen oblongum, acuminatum, conicum totum albo-canum. *Thorax* cinereus, villoſus & *Tibiæ* pallidæ *Halteres* albidi. *Antennæ* filiformes, truncatæ, obtuſæ, baſi pilis adſperſæ, ſed absque ſeta aut ariſta. *Alæ* venis fuſcis anaſtomoſantibus. *Oculi* brunnei.

1792. MUSCA *bombylans* antennis plumatis, tomentoſa nigra, abdomine hirſuto poſtice rufo.

Habitat in Pratis.

*DESCR.* Facies A. Bombylii. *Frons* pallida. *Oculi* nigri. *Antennæ* pluma nigra. *Thorax* hirſutus, flavus. *Abdomen* baſi hirſutum, flavum, medio nudiuſculum atrum, apice hirſutum fulvum; ſubtus atrum. *Alæ* exuſto colore variegatæ. *Pedes* nigri.

1793. MUSCA *myſtacea* antennis plumatis, tomentoſa nigra, thorace, abdominis apice, alarumque baſi fulvis.

Muſca hirſuta, thorace, abdominis apice, alarumque baſibus fulvis. *Fn.* 1069 (*mas.*)

*DESCR.* Inter muſcas maximas locum tenet. *Abdomen* ovatum, nigrum, pone pilis fulvis hirſutum; *Thorax* ſimiliter fulvis pilis veſtitus. *Caput* & *Pedes* nigri. *Alæ* hyalinæ verſus baſin, præſertim verſus earum marginem exteriorem, macula magna ferruginea notatæ.

β Muſca piloſa, thorace griſeo, abdominis apice albo, alis macula ferruginea. *Fn.* 1071. (*femina*)

*Act.*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 32. Muſca fuſca, abdominis apice villis albo, alis pallidis macula lunata ferruginea.

Habitat in hortis & nemoribus rarior.

*DESCR.* E maximis muſcis hæc eſt, Corpore toto nigro, ſed frons pilis flavis. *Thorax* pilis griſeo-flavis, at *Abdomen* verſus baſin nudum, nigrum, verſus apicem autem ſeu poſteriora pilis albis veſtitum. *Tibiæ* verſus genicula, quibus femoribus junguntur, exalbidæ. *Alæ* exalbidæ venis fuſcis, in medio macula transverſali ferruginea notatæ.

1794. MUSCA *lappona* antennis plumatis, ſubtomentoſa nigra, ſcutello ferrugineo, abdomine cingulis tribus.

Muſca nigra, alis ferrugineis, abdomine cingulis tribus albis a tergo interruptis. *Fn.* 1087.

Habitat in Lapponia, Weſtrobotnia frequens.

*DESCR.* Media. *Frons* albida. *Antennæ* breves. *Thorax* pubeſcens, fuſcus, ante alas flaveſcens. *Scutellum* ſubferrugineum. *Abdomen* atrum, tomentoſum faſciis tribus albis interruptis. *Pedes* ferruginei, plantis apice nigris. *Femora* antica nonnihil fuſca. *Alæ* extus ſubferrugineæ.

1795. MUSCA *pendula* antennis ſetariis tomentoſa, thorace lineis quatuor, abdomine faſciis tribus interruptis flavis.

Muſca thorace ſtriis quatuor flavis, abdominalibus ſegmentis tribus interrupto flavis. *Fn.* 1081.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 31. *f.* 1-11.

*Friſch. germ.* 4. *p.* 26 *t.* 13.

Habitat in aquis ſtagnantibus, ubi Larva longo filo pendula.

*DESCR.* *Oculi* fuſci. *Thorax* a tergo 4 ſtriis flavis, & tribus nigris latioribus alternantibus. *Abdominis* ſegmenta fuſca, ſingula faſcia flava magna interrupta (poſterioribus minoribus); ſubtus eſt totum primum & maximum ſegmentum maxima ex parte flavum. *Femora* poſtica craſſa.

1796. MUSCA *florea* antennis ſetariis tomentoſa, thorace faſciis duabus inæqualibus nigris, abdomine duabus luteis ſubabruptis.

Muſca thorace flavo, abdomine faſciis quatuor luteis transverſis: prima majore interrupta. *Fn.* 1080.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 36. Muſca ſubhirſuta, abdomine annulis luteis nigriſque variegato.

*Albin. angl.* 17. *f.* 1

Habitat in horto academico ubique in floribus.

*DESCR.* Facies fere Bombylii. *Thorax* flavis pilis, veſtitus faſciis duabus latis nigris: poſteriore craſſiore. *Oculi* fuſci. *Antennæ* obovatæ. *Tibiæ* albæ & luteæ. *Abdomen* ovatum, in ſegmento uno par macularum majorum, quod fere coit a tergo; in ſegmento 2:do par macularum anguſtiorum, quod coit a tergo; margo hujus ſegmenti in medio flavus. Segmentum 3:um verſus baſin transverſaliter flavum, ut & margo; hinc exſurgit a tergo abdominis primo macularum majorum lutearum par, dein tres faſciæ transverſæ anguſtiores, omnes pilis luteis compoſitæ.

1797.

1797. MUSCA *nemorum* antennis ſetariis tomentoſa, abdomine ſegmento luteo cingulisque tribus albis: ſegmento primo lateribus luteo.

Muſca thorace griſeo; abdominis baſi faſcia lutea interrupta, marginibus inciſurarum exalbidis. *Fn.* 1078.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 37. Muſca abdomine fuſco, annulis luteis, lateribus flavis.

*Alb. angl.* 13. *f. M. L.*

*Reaum. gall.* 3. *t.* 31. *f.* 8.

*Merian. eur. t.* 2.

Habitat in horto academico ubique in floribus.

*DESCR.* Muſca domeſtica major eſt. *Thorax* villis luteis adſperſus. *Abdomen* nigrum, utrinque juxta baſin ſeu in primo & ſecundo ſegmento luteum, dein tribus lineis transverſis anguſtiſſimis albicantibus notatum, quæ oriuntur a ſegmentorum omnium abdominis margine albicante. *Femora* nigra. *Tibiæ* ſuperius albidæ. *Frons* pallida. *Oculi* fuſci. punctum marginale nigrum minimum in medio alæ. *Scutellum* colore thoracis.

1798. MUSCA *arbuſtorum* antennis ſetariis tomentoſa, thorace griſeo, abdomine ſubfuſco: ſegmento primo ſecundoque latere ferrugineis.

Habitat in pratis floridis cum præcedente.

*DESCR.* Similis M. nemorum, at *Thoracis* maculæ non obſoletæ; in hac duo abdominis ſegmenta latere flava, in illo unicum; ſegmentorum margines in hac flavi, in illa albi. *Frons*, in hac, non ſupra antennas flava, ut in illa.

1799. MUSCA *tenax* antennis ſetariis tomentoſa, thorace griſeo, abdomine ſubfuſco unicolore, tibiis poſticis compreſſo-gibbis.

Muſca piloſa, thorace griſeo, abdomine nigro, alis macula obſolete ferruginea. *Fn.* 1072.

Habitat in aquis ſtagnantibus, cloacis, Bibliopegorum pappo, vix preli preſſione deſtruenda larva.

*DESCR.* Eſt e maximis muſcis. Nigra eſt, ſed frons & thorax pilis griſeis veſtiti. *Abdomen* nigrum, minus pubeſcens. *Alæ* membranaceæ, venarum anaſtomoſi juxta medium marginis anterioris ferruginea. *Oculi* nigri, linea duplici perpendiculari fuſca. *Pedum* poſteriorum par femore & proximo articulo ſeu tibia nigrum eſt, hæc tibia etiam pone gibba obſervatur. Facies apis domeſticæ.

1800. MUSCA *intricaria* antennis ſetariis tomentoſa luteſcens, abdominis apice albido, genubus albis.

Habitat in Pratis.

*DESCR.* Habitus M. oeſtraceæ. *Corpus* fuſcum. *Thorax* & *Scutellum* vellere ferrugineo veſtitum. *Abdomen* villoſum, nigrum, poſtice album. *Pedes* nigri. *Tibiæ* baſi albidæ. *Alæ* faſcia obſoleta ferruginea.

1801.

1801. MUSCA *oeſtracea* antennis ſetariis tomentoſa nigra, ſcutello albido, abdominis apice luteſcente.
Muſca piloſa nigricans, abdominis baſi alba, apice fulvo, *Fn.* 1070.
Habitat in ſylvis.

*DESCR.* Facies Bombylii: magnitudo muſcæ domeſticæ, ſed anguſtior. *Caput* nigrum. *Thorax* niger, apice albido; *Abdomen* in medio nigrum, baſi albis pilis, apice vero fulvis veſtitum. *Pedes* nigri. *Alæ* membranaceæ, venis ferrugineis, tenuiſſimis, & macula obſolete ferruginea in medio alæ, eaque ſatis magna.

1802. MUSCA *fallax* antennis ſetariis fuſca, fronte flava, abdomine apice tomentoſo flavo, ſquama halterum lactea.
Habitat in nemoribus.

*DESCR.* Antecedenti minor. *Corpus* fuſcum, parum pubeſcens. *Facies* flavo-albida. *Antennæ* ferrugineæ. *Scutellum* thoraci concolorum. *Abdominis* ultimum ſegmentum fulvum. *Halteres* albi. *Femora* nigra. *Tibiæ* anteriores flaveſcentes, poſticæ ſola baſi. *Plantæ* flavæ apicibus nigris. *Alæ* vix maculatæ.

1803. MUSCA *lucorum* antennis ſetariis ſubtomentoſa, thorace ſubgriſeo, abdomine nigro: ſegmento primo toto flavo
Habitat in Lucis.

*DESCR.* Statura præcedentis. *Facies* albida. *Corpus* vellere griſeo ſ. ſubferrugineo veſtitum. *Abdominis* pars dimidia ſ. poſtica atra. *Pedes* nigri. *Tibiæ* anticæ exteriori latere flavæ. *Alæ* macula fuſca transverſa lata.

1804. MUSCA *ſylvarum* antennis ſetariis tomentoſa nigra, abdominis ultimo ſegmento tomentoſo flavo.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Media, oblonga: *Caput* nigrum: fronte argentea. *Thorax* vix manifeſte tomentoſus, flaveſcente fuſcove renitens pro diverſo ſitu. *Scutellum* concolorum. *Abdomen* oblongum, nigrum, ſegmento 2 lateribus flavo aureo; 3 toto flaviſſimo & fere aureo; 4 ſ. anus minimus niger. *Femora* nigra. *Tibiæ* maximam partem flavæ. *Plantæ* flavæ apicibus nigris.

1805. MUSCA *bicincta* antennis ſetariis elongatis nigra, thorace punctis lateralibus, abdomineque cingulis duobus flavis.
Muſca atra, abdomine cingulis duobus a tergo flavis. *Fn.* 1086.
Habitat inter flores.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ domeſticæ, vel paullo major. *Corpus* totum atrum glabrum. *Abdomen* ſuperne faſciis duabus transverſis flavis, remotiſſimis: prima fere interrupta: ſubtus vero unica transverſa flava, quæ alternat cum dorſalibus. *Frons* lineis duabus flavis; ad baſin *thoracis* utrinque macula parva lutea. *Pedes* verſus apices flavi. *Alæ* fuſcæ, margine craſſiore fuſceſcentes. *Halteres* flavi.

1806.

1806. MUSCA *arcuata* antennis ſetariis elongatis nigra, thorace lateralibus maculis, abdomine cingulis quatuor arcuatis flavis.

Habitat in pratis floridis.

*DESCR.* Media. *Caput* fronte luteſcente. *Antennæ* nigræ, longitudine capitis. *Thorax* pubeſcens, nigricans, lateribus luteo maculatis. *Scutellum* luteum, medio nigrum. *Abdomen* ovatum, nigrum arcubus quatuor luteis medio interruptis, cruribus poſteriora ſpectantibus; Subtus glabrum etiam faſciis quatuor luteo-ferrugineis interruptis. *Pedes* toti ferruginei.

1807. MUSCA *mutabilis* antennis ſetariis elongatis tomentoſa, abdomine nigro griſeoque mutabili, ſcutello ferrugineo, thorace immaculato.

Habitat in pratis.

*DESCR.* Media, pubeſcens. *Thorax* fuſcus vellere ſubteſtaceo. *Scutellum* ſubferrugineum. *Abdomen* ovatum, nigricans, vario ſitu teſtaceo vellere renitens. *Pedes* teſtacei femoribus nigris. *Alæ* venis ferrugineis reticulatæ.

1808. MUSCA *devia* antennis ſetariis elongatis ſubtomentoſa, thorace cæruleo: abdomine violaceo.

Habitat in pratis rarius.

*DESCR.* Magnitudo Muſ. domeſticæ. *Antennæ* nigræ, clavatæ acutæ cum ſetá a latere. *Frons* cærulea, nitens. *Oculi* fuſci. *Thorax* cæruleſcens, nitidus, pilis griſeis obtectus. *Abdomen* atropurpureum, nitens, pilis griſeis breviſſimis fere tectum. *Alæ* hyalinæ venis nigris. *Tibiæ* omnes teſtaceæ.

1809. MUSCA *ichneumonea* antennis ſetariis elongatis cylindricis, thorace pedibusque longiuſculis ferrugineis, abdomine cinereo.

Habitat rarius in floribus.

*DESCR.* Figura Ichneumonis, oblonga, anguſta. *Caput* nigrum. *Antennæ* pallidæ, longitudine capitis. *Thorax* ferrugineus, antice niger. *Scutellum* nigrum; ſub ſcutello utrinque mucro pallidus. *Pedes* teſtacei. *Alæ* pallidæ.

1810. MUSCA *diophthalma* antennis ſetariis nuda, thorace maculis abdomine cingulis ſex flavis, femoribus poſticis dentatis.

Habitat in floribus.

*DESCR.* Media. *Frons* flava. *Oculi* purpuraſcentes margine & faſcia perpendiculari nigra. *Thorax* niger, cui puncta tria ſ. quatuor flava. *Scutellum* nigrum apice ferrugineo. *Abdomen* nigrum, ſegmentis ſex margine flavis: penultimo interrupto. *Pedes* ferruginei: Femora poſtica ſubtus dente notata.

1811. MUSCA *veſpiformis* antennis ſetariis nuda, thorace maculis, abdomine cingulis ſex flavis, pedibus anticis nigris.

Habi-

Habitat in Pratis.

*DESCR.* Similis M. diophtalmæ. *Antennæ* flavæ. *Thorax* maculis novem albicantibus. *Scutellum* glabrum, atrocæruleſcens. *Abdominis* ſegmenta tria faſcia duplici flava cinguntur, quæ faſciæ in ſingulo ſegmento & margine medio uniuntur & ad latera. *Halteres* albi. *Pedes* ferruginei, ſed antici maximam partem nigri. *Frons* flava. *Antennæ* ferrugineæ.

1812. MUSCA *feſtiva* antennis ſetariis nuda, thorace lineis lateralibus, abdomine cingulis quatuor flavis interruptis.
Habitat in Pratis rarius.

*DESCR.* *Corpus* Muſca domeſtica majus, atrum. *Frons* lineis duabus perpendicularibus flavis. *Antennæ* nigræ, capite longiores, ſubclavatæ cum ariſta laterali. *Thoracis* latera linea longitudinali flava, interrupta, cui ſubjacet macula V flavum referens cum duobus punctis. *Scutellum* delta flavo inſcriptum. *Abdomen* arcubus quatuor flavis interruptis, quinto integro terminali. Subtus faſcia flava & poſterius puncta duo flava. *Pedes* ferruginei. *Tibiæ* flavæ. *Alæ* venis ferrugineis.

1813. MUSCA *glaucia* antennis ſetariis ſubtomentoſa, thorace immaculato, ſcutello glauco, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.
Habitat in pratis rarius.

*DESCR.* *Caput* flavum. *Oculi* purpuraſcentes. *Antennæ* nigræ. *Thorax* griſeo-fuſceſcens. *Scutellum* flavum. *Abdomen* nigrum: ſegmentis tribus baſi cinereo glaucis, hinc faſciæ tres glaucæ interruptæque. *Pedes* ferruginei. *Femora* nigra, apicibus ferruginea.

1814. MUSCA *noctiluca* antennis ſetariis ſubtomentoſa atra, abdominis primo ſegmento maculis duabus pellucidis.
Habitat in Sylvis.

*DESCR.* Magnitudo media. *Caput* nigrum, fronte ſubpiloſa. *Oculi* brunnei. *Antennæ* nigræ. *Thorax* niger, antice inſpectus hirſutus, poſtice glaber adparet. *Abdomen* glabrum: ſegmento primo maculis duabus, hyalinis, ovatis, diaphanis, apice magis diſtantibus, ſupra & ſubtus pellucentibus.

1815. MUSCA *gibboſa* antennis ſetariis ſubtomentoſa nigra, abdomine ſubgloboſo cingulis quatuor albis, ſquamis halterum buccatis.
Habitat rarius apud nos.

*DESCR.* Minor. *Caput* nigrum. *Oculi* purpuraſcentes. *Thorax* niger villis caneſcentibus. *Scutellum* concolorum. *Squamæ* Halterum albæ, gibboſæ, magnæ. *Abdomen* ſubgloboſum, atrum, marginibus ſegmentorum late niveis. *Femora* nigra apicibus ſubferruginea; *Tibiæ* ſubteſtaceæ.

1816. MUSCA *Ribeſii* antennis ſetariis nudiuſcula nigra, thorace immaculato, abdomine cingulis quatuor flavis: primo interrupto.

Muſca

Muſca abdomine ovato nigro: lunularum pari, cingulisque tribus flaveſcentibus. *Fn.* 1089.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 41. Muſca nigra glabra, abdomine cingulis luteis: ſuperioribus dimidiatis cincto.

*Gœd. belg.* 1. *p.* 111. *t.* 41.

*Liſt. gœd.* 315. *f.* 133.

Habitat in hortis, victitans *Larva* aphidibus, præſertim Ribis rubri.

DESCR. Hæc ſequenti facie, magnitudine, figura ſimillima: differt ſolum abdomine a tergo duabus lunulis in primo ſegmento, & dein tribus cingulis transverſis flaveſcentibus, in medio dorſo fere anguſtioribus. *Scutellum* etiam flaveſcens. Os, pedes, abdomen ſubtus, flaveſcentia; in margine exteriore *Alæ* linea fuſca obſoleta.

1817. MUSCA *Pyraſtri* antennis ſetariis nudiuſcula nigra, thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis flavis recurvatis.

Muſca abdomine ovato: tribus paribus lunularum albicantium. *Fn.* 1090.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 39. Muſca fuſca glabra, dorſo abdominis tribus paribus albarum lunularum notato.

*Gœd. belg.* 1. *p.* 99. *t.* 47. Proboſcis elephantis.

*Liſt. gœd.* 319. *f.* 134.

*Alb. angl.* 66.

*Mer. eur. t.* 89.

*Blank. belg. t.* 10. *f.* P.

*Reaum. gall.* 3. *t.* 31. *f.* 9.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 17. *t.* 22. *f.* 1.

Habitat Larva in foliis arborum, præſertim Pyri, victitans aphidibus.

DESCR. *Frons* albido-glauca. *Oculi* fuſci. *Thorax* fuſco-æneus, lateribus & pectore villoſo griſeis. *Scutellum* lividum. *Abdomen* atrum lunulis trium parium albis recurvatis: poſte lunulas has lineolæ duæ albæ. Subtus abdomen albicans. *Halteres* albi. *Antennæ* nigricantes. *Femora* nigra. *Tibiæ* flaveſcentes.

1818. MUSCA *transfuga* antennis ſetariis nigra, abdomine cylindrico tomentoſo lunulis bis tribus albidis recurvatis.

Muſca abdomine ſubcylindraceo; tergo tribus paribus lunarum albicantium. *Fn.* 1094.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 40. Muſca fuſca, abdomine oblongo pubeſcente, dorſo tribus paribus albarum lunularum notato.

Habitat inter flores.

DESCR. *Corpus* incanum. *Abdomen* pubeſcens, lunulis minoribus ſinu thoracem reſpicientibus: harum lunularum poſticum par cohæret cum albedine, qua abdomen ſubtus tingitur.

1819. MUSCA *Menthaſtri* antennis ſetariis nuda nigra, thorace maculato, abdomine cingulis quatuor ſcutelloque flavis.
Muſca abdomine arcubus tribus luteis reflexis. *Fn.* 1097.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 42. Muſca fuſca, abdomine acuminato: circulis luteis retrorſum flexis cincto.
Habitat in floribus.

*DESCR.* Parva eſt, & muſca domeſtica dimidio minor, anguſta & veſpæ forma. *Pedes* flavi. *Frons* flava. *Thorax* nigricans, lateribus linea lutea & apice flavus. In *Abdominis* tergo tres lineæ flavæ, arcuatæ; arcuum pedibus verſus poſteriora flexis; primus arcus flavus, in medio interruptus eſt; ſecundus vero integer; tertius ſemi-interruptus; quartus vero interruptus eſt; quintum ſegmentum abdominis flavum eſt, punctis tribus nigris. *Abdomen* ſubtus flavum.

1820. MUSCA *ſcripta* antennis ſetariis nudiuſcula, thorace lineis, ſcutello abdomineque lineari faſciis flavis.
Muſca oblonga; abdomine flavo: characteribus nigris transverſalibus. *Fn.* 1091.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 45. Nomen idem.
Habitat in floribus: Larva Aphidibus victitat.

*DESCR.* Reliquis longior & anguſtior eſt, tota glabra. *Pedes* flavi. *Alæ* albæ, nitidæ. *Abdomen* tenue, flavum; ſegmentis primis duobus apice & baſi fuſcis; reliquis verſus marginem exteriorem & poſteriorem punctis tribus acutis fuſcis, velut characteribus notatis. A ſequentibus duabus vix niſi abdominis colore differt.

1821. MUSCA *mellina* antennis ſetariis nuda, thorace ſubæneo fuſceſcente immaculato, abdomine maculis octo luteſcentibus.
Muſca abdomine oblongo: paribus tribus tetragonorum luteſcentium. *Fn.* 1092.

*DESCR.* Sequenti β adeo ſimilis, ut pro eadem habenda. *Oculi* fuſco-ferruginei. *Thorax* æneo-nigricans, nitidiuſculus. *Alæ* aqueæ, nitentes. *Apex thoracis* non flavus, ſed thoraci concolor. *Pedes* primores 4 flavi, poſtici 2 nigri, geniculis luteis. *Abdomen* oblongum, lineare, nigrum; macularum flaveſcentium par in primo ſegmento minus; in ſecundo ſegmento par macularum flaveſcentium majus exacte tetragonarum; in tertio etiam ſimile, ſed minus ſecundo; in reliquis nulla macula; an ſexu ſolummodo a ſequenti diverſa? abdomen ſubtus eburneum ſive albicans.

β Muſca abdomine oblongo: paribus tribus trigonorum luteſcentium. *Fn.* 1093.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 32, *n.* 43. Muſca fuſca, dorſo tribus paribus trigonorum luteis notato.
Habitat in plantarum foliis frequens, ubi *Larva* inter aphides degit. Pupa flava, oblonga, hinc acuminata.

*DESCR.* Inter minores eſt & oblonga. *Frons* flava. Oculi fuſco-ferruginei,

ginei. *Thorax* æneo-nigricans, nitidiuſculus, apice flavo. *Alæ* aqueæ. *Abdomen* nigro-cæruleſcens, lineare; In primo ſegmento par punctorum luteſcentium; in ſegmentis 2. 3. 4, ſingulis ſcilicet horum, par macularum luteſcentium, rotundarum, quarum poſticum par magis triangulare, angulo poſteriora ſpectante; ultima duo ſegmenta flava puncto nigro in medio. Abdomen ſubtus flavum. Variat in dorſo abdominis 4. 3. 1. 2. paribus macularum ferruginearum, variante figura. *Thorax* a lateribus flava irregulari macula. *Pedes* flavi.

1822. MUSCA *pipiens* antennis ſetariis glabra nigra, abdomine utrinque albo-maculato, femoribus poſticis clavatis dentatis.

Muſca oblonga; femoribus poſticis majoribus. *Fn.* 1096.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 45. Muſca oblonga nigra, abdominis lateribus inæqualiter albis, pedibus poſticis longis.

Habitat in floribus.

*DESCR.* *Corpus* totum nigrum, anguſtum, longum, glabrum *Alæ* albæ, ſegmenta tria abdominis verſus baſin utrinque alba ſunt. Femora poſtica ſubtus denticulata. Tibiæ poſticæ curvatæ annulo pallido. *Femora* poſtica ſaltatoria, reliquis longiora, ſed & multo craſſiora validioraque, alba utrinque macula, (non tamen ſemper). *Abdominis* ultimum ſegmentum ſubtus nigrum eſt, reliqua ſubtus pallida. *Frons* & *Thoracis* latera albida.

1823. MUSCA *ſegnis* antennis ſetariis glabra, thorace ſubæneo, abdomine ferrugineo: apice nigro, femoribus poſticis clavatis.

Muſca oblonga, thorace æneo, abdomine anterius flavo, poſterius nigro. *Fn.* 1104.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 33. Muſca nigra, abdomine anterius fulvo, alis immaculatis.

Habitat in pratis nemoroſis.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ domeſticæ, ſed magis oblonga figura. *Oculi* fuſci. *Thorax* viridi æneus. *Abdomen* oblongum, in aliis pallido-albeſcens, in aliis ferrugineum, poſtice autem ſemper nigrum unico alterove ſegmento, ita tamen ut luteus color majorem locum ſemper occupet. *Femora* nigra; tibiæ annulis albis. *Alæ* aqueæ.

1824. MUSCA *femorata* antennis ſetariis glabra atra oblonga, femoribus poſticis clavatis, pedibusque anticis rubris.

Habitat in Pratis, valde ſegnis.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, atrum, nudiuſculum. *Ferruginea* ſunt antennarum capitula, pedes quatuor anteriores, femora poſtica exceptis apicibus; Halteres. *Femora* poſtica magna ſunt.

1825. MUSCA *inanis* antennis plumatis, piloſa flaveſcens, abdomine pellucido cingulisque duobus nigris.

Habi-

Habitat in Lucis.

*DESCR.* Magna. *Roſtrum* utrinque corneum, glabrum. *Thorax* ſubvilloſus, nigricans. *Scutellum* teſtaceum. *Abdomen* flavum, pellucidum, baſi apiceque nigrum; ſegmenta tria priora margine nigra: primo bifido. *Pedes* fuſceſcentes, tibiis pallidioribus

1826. MUSCA *pellucens* antennis plumatis, piloſa nigra, abdominis ſegmento primo albo pellucido.
Muſca abdomine anterius albo, poſterius nigro: alis albis: nigra macula. *Fn.* 1073.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 30. nomen idem.
Habitat rarius in horto academico, & aliis.

*DESCR.* Certe hæc, ſi non maxima muſcarum noſtratium ſit, inter maximas tamen omnino eſt. *Fronte* gaudet alba flava cornea. *Alæ* albæ, præſertim verſus baſin: in medio alarum macula magna nigra: intra hanc maculam & apices alarum venæ fuſcæ. *Abdomen* dimidiatum, verſus baſin ſupra & ſubtus album pellucidum, verſus apicem nigrum. *Pedes* nigri; minus piloſa eſt, quam præcedentes. *Oculi* fuſci. *Antennæ* flavæ ſeta nigra piloſa.

1827. MUSCA *meridiana* antennis plumatis, piloſa nigra, fronte aurata, alis baſi luteis.
Muſca atra; baſi alarum ferruginea. *Fn.* 1077.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 26. *f.* 10.
Habitat paſſim.

*DESCR.* Eſt hæc ſimillima facile maxima in ſuo genere. Tota nigra: ſed ante oculos macula utrinque deaurata. *Pili* nigri ſeu potius ſetæ ſparſæ per totum corpus. *Pedes* nigri. *Abdomen* ovatum. *Alæ* hyalinæ, verſus baſin flavæ ſive potius ferrugineæ.

1828. MUSCA *cæſar* antennis plumatis, piloſa viridi-nitens, pedibus nigris.
Muſca thorace abdomineque viridi-nitente. *Fn.* 1098.
*Act. upſ.* 1736 *p.* 33. *n.* 54. Muſca carnivora viridi-ænea, abdomine obtuſo.
*Mer. eur. t.* 49.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 8. *f.* 1. & *t.* 19. *f.* 8. *t.* 24. *f.* 13.-15.
*Raj. inſ.* 272. Muſca bipennis, carnariæ vulgaris fere magnitudine, thorace & abdomine ſupino cæruleo colore pulchro nitente, capite nigro.
Habitat ubique in *cadaveribus*, carnibus & putridis.

*DESCR.* Muſca domeſtica duplo major. Totum *Corpus*, thorace & abdomine, concolor, ſcilicet e viridi ſericeum ſive viridi æneum, valde nitens & politum. *Pedes* atri. *Oculi* rufo-fuſci, linea duplici transverſim inſculpta thoraci. *Abdomen* quatuor articulis, ovatum.

1829. MUSCA *cadaverina* antennis plumatis, piloſa æneo-nitens, thorace cæruleo, abdomine viridi.

Muſca thorace cæruleo nitente, abdomine viridi-nitente. *Fn.* 1099.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 233. *f.* 54.
*Liſt. gœd.* 305. *f.* 123.
*Act. upſ*, 1736. *p.* 33. *n.* 56. Muſca carnivora, pectore cæruleo-æneo, abdomine viridi-æneo.
Habitat in *cadaveribus*.
*DESCR.* Faccies præcedentis, ſed minor, muſcæ domeſticæ æqualis, differt & colore thoracis cæruleo a præcedenti.

1830. MUSCA *mortuorum* antennis plumatis piloſa, thorace nigro, abdomine viridi. *Fn.* 1101.
Habitat in *cadaveribus* & putridis.
*DESCR.* Facies omnino ſequentis, a qua ſolum differt, quod paulo major ſit, quod *Abdomen* e cæruleo-viridi niteat cupri inſtar, quodque *Frons* inter oculos, una cum antennis & ore, albo aurata ſit ceu membrana, quod in ſequenti non obtinet.

1831. MUSCA *vomitoria* antennis plumatis piloſa, thorace nigro, abdomine cæruleo nitente.
Muſca thorace nigro, abdomine cæruleo. *Fn.* 1102.
*Gœd. belg.* 1. *p.* 132. *t.* 53.
*Liſt. gœd.* 304. *f.* 122.
*Raj. inſ.* 271. Muſca carnivora, abdomine colore cæruleo nitente.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 57. Muſca abdomine cæruleo obtuſo.
*Suecis* Spy-Fluga.
Habitat in *cadaveribus* & *carnibus* calori expoſitis. Ubicunque carnes recentes in loco calidiori adſervantur, ſemper ſe ſiſtit, ova deponit, vermiculi ſive Larvæ dein carnes putridas conſumunt.
*DESCR.* Muſca domeſtica duplo major, *Capite & Thorace* nigro, ſolo *Abdomine* cæruleo nitido.

1832. MUSCA *carnaria* antennis plumatis, piloſa nigra, thorace lineis pallidioribus, abdomine nitidulo teſſellato, major.
Muſca nigra, abdomine nitido teſſellato, thorace lineis pallidioribus longitudinalibus, major. *Fn.* 1105.
*Aldr. inſ.* 348. *t.* 2. *f.* 16.
*Jonſt. inſ.* 70. *t.* 8. *t.* 2. *f.* 16. Muſca decima ſexta.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 21. *t.* 14.
*Raj. inſ.* 270. Muſca carnaria vulgaris.
Habitat in *carnibus* recentibus.
*DESCR.* Eadem cum M. domſtica, demta magnitudine, qua illa huic cedit; hæc enim duplo major, & alio modo volitans.

1833.

1833. MUSCA *domeſtica* antennis plumatis, piloſa nigra, thorace lineis obſoletis, abdomine nitidulo teſſellato: minor.
Muſca nigra; abdomine nitido teſſellato, thorace lineis pallidioribus longitudinalibus; minor. *Fn.* 1106.
*Aldr. inſ.* 348. *t.* 2. *f.* 23. Muſca vulgaris domeſtica.
*Fl. lapp.* 359. *n.* 517. Muſca domeſtica.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 58. Muſca domeſtica.
*Raj. inſ.* 270. Muſca bipennis major, (minor,) thorace glabro ſtriato, abdomine ſupino nigro toto: maculis albis punctato.
*Suecis* Fluga. Stugo-Fluga.
Habitat per totam *Sueciam* vulgatiſſima in domibus ruſticorum, rara avis in *Lapponia*, at in *Finmarchia Norwegiæ* integras domos fere replet. Larva nidulatur in fimeto Equino. *De Geer.*

*DESCR.* Nigra eſt. *Oculi* rubent, ſub his linea alba. *Abdomen* nigro & incano teſſellatum. *Thorax* tribus canis lineis. Differt a præcedente, quod dimidio minor; quod non, uti prior, ſub volatu bombos edat; quod non ita putrida quærat; quodque aliter generetur. Sola magnitudo in facie externa diſtinctam reddit, quamvis accuratius intuenti varida ſigna ſe ſiſtunt.

1834. MUSCA *albifrons* antennis plumatis, piloſa nigra, fronte alba. *Fn.* 1107.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 60. Muſca atra obtuſa, fronte alba.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 26. *f.* 5.
Habitat rarius in pratis.

*DESCR.* Magnitudo & facies omino muſcæ domeſticæ, at color magis niger. *Abdominis* latera parum ferruginea. *Frons* alba, pilis quibusdam nigris. Magis etiam glabra eſt, quam muſca domeſtica.

1835. MUSCA *ſepulchralis* antennis plumatis, piloſa nigra, abdomine atro nitidulo ſupra glaberrimo.
Habitat paſſim in carnariis & macellis.

*DESCR.* Magnitudo fere M. domeſticæ. *Corpus* nigrum. *Oculi* purpuraſcentes punctis nigris ſparſis. *Antennæ* apice ſubferrugineæ. *Abdomen* ſupra nigredine nitens. *Genua* ſubferruginea.

1836. MUSCA *fera* antennis ſetariis, piloſa nigra, abdominis lateribus teſtaceis diaphanis.
Habitat paſſim in Sylvis & pratis.

*DESCR.* Simillima M. carnariæ, ſed latera rufo-teſtacea diaphana. *Thorax* non lineatus.

1837. MUCA *groſſa* antennis ſetariis, piloſa nigra, alis baſi ferrugineis.
Muſca nigra: lateribus abdominis teſtaceis. *Fn.* 1076.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 26. *f.* 10.
Habitat in *Fimo Bovino.*
*DESCR. Corpus* maximum omnium Muſcarum noſtratum, undique hirtum ſ. piloſum. *Caput* flaviſſimum. *Oculi* nigri. *Antennæ* ferrugineæ apicibus nigris. *Alæ* antice ferrugineæ. *Ungulæ* pedum flavæ.

1838. MUSCA *rotundata* antennis ſetariis, piloſa, thorace ſublineato, abdomine ſubrotundo flavo: maculis longitudinalibus fuſcis confertis.
Habitat paſſim in angulis ſepimentorum.
*DESCR.* Magnitudo M. domeſticæ. *Caput* ore albo, vertice inter oculos argenteo. *Thorax* cinereus lineis nigricantibus. *Abdomen* rotundatum, flavum: punctis dorſalibus quinque rotundatis, longitudinaliter digeſtis, fuſcis, in altero ſexu remotis, in altero contiguis. *Pedes* nigri.

1839. MUSCA *Larvarum* antennis ſetariis, piloſa nigricans, thorace cinereo, abdomine pallidius teſſellato.
*De Geer. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 23.
Habitat in Larvis Lepidopterorum.
*DESCR.* Similis M. domeſticæ, ſed *Thorax* vix ac ne vix lineatus.

1840. MUSCA *Radicum* antennis ſetariis, piloſa, abdomine cinereo: linea dorſali cingulisque quatuor nigris.
Habitat in *Radicibus* Raphani. P. Forſkåhl; Perfecta ſequentibus immixta choreas agit; an itaque ſolo ſexu differens?
*DESCR.* Simillima M. domeſticæ, ſed quadruplo minor. *Abdomen* nigrum faſciis quatuor, cinereis, interruptis.

1841. MUSCA *canicularis* antennis ſetariis, piloſa nigricans, abdominis ſegmentis flaveſcentibus: margine nigricante.
Muſca lateralis. *Syſt. nat.* 10. *p.* 597. *n.* 60. (*erronee*).
Habitat ubique; menſe Caniculari ſub arborum coma umbroſa, meridie & veſperi, choreas agit.

1842. MUSCA *cremiteriorum* antennis ſetariis, piloſa nigra, abdomine ſupra glabro.
Muſca nigra, abdomine atro glabro. *Fn.* 1108.
Habitat cum cadaveribus.
*DESCR.* Simillima M. rorali, ſed triplo major, a qua differt præcipue *Tibiis* anticis ſubteſtaceis & *Halteribus* albis.

1843. MUSCA *æſtivationis* antennis ſetariis, piloſa nigra, alis punctis albis transverſis.

Habi-

Habitat Upſaliæ.

*DESCR.* Magnitudo pulicis, nigra, at *Thorax* maculis cinereis & ſegmenta Abdominis margine caneſcentia. *Alæ* maculis ſ. potius punctis transverſis albis adſperſæ.

1844. MUSCA *pluvialis* antennis ſetariis piloſa cinerea, thorace maculis quinque nigris, abdomine maculis obſoletis tridentatis.

Muſca cinerea: thorace quinque maculis nigris, abdomine maculis tridentatis. *F.* 1112.

Habitat in viis frequens, & in plantis vulgaris, tædioſiſſima ſub inſtante pluvia.

*DESCR.* Facies muſcæ domeſticæ omnino, ſed dimidio minor. *Oculi* rufi. *Thorax* cinereus, maculis duabus parvis ad baſin, tribus longioribus majoribus in medio, & ſupra apicem thoracis macula nigra, bipartita. *Abdomen* ovatum, canum, 4 ſegmentis: quorum 1 immaculatum; 2 ad baſin faſcia retrorſum tridenta; 3 ſimile ſecundo; 4 etiam ſimile ſecundo ac tertio, ſed denticulus maculæ intermedius vix conſpicuus.

1845. MUSCA *feneſtralis* antennis filatis ſubulatis glabra atra, abdomine ſupra rugoſo ſtrigis albis, pedibus ferrugineis.

Habitat paſſim in feneſtris.

*DESCR.* Parva atra. *Abdomen* ſegmentis dehiſcens oſtendit ſtrigas niveas, transverſas, vix latera attingentes. *Pedes* teſtacei. *Halteres* albi.

1846. MUSCA *roralis* antennis ſetariis piloſa aterrima.

Habitat inter arbuſta.

*DESCR.* Minor. *Tota* atra, nitida, licet ſubpiloſa. *Halteres* nigri. *Oculi* brunnei.

1847. MUSCA *ſerrata* antennis ſetariis piloſa fuſca, alarum coſta pilis breviſſimis ſerrata, abdomine pedibusque ferrugineis.

Habitat frequens Telis Aranearum irretita.

*DESCR.* Minor. *Thorax* cinereus. *Caput*, *Abdomen* & *Pedes* ſubteſtacea. *Alarum* margo exterior nigro ciliatus eſt.

1848. MUSCA *cellaris* antennis ſetariis, piloſa nigra, alis nervoſis, oculis ferrugineis.

Muſca nigra ſubpiloſa; oculis ferrugineis, alis nervoſis.

Habitat in *cellulis* cereviſia & vino refertis ad potum.

*DESCR.* Muſca parva nigra, pilis quibusdam vagis adſperſa. *Abdominis* ſegmenta ſex, nigricante baſi, pallidiora. *Oculi* ferruginei. *Alæ* albæ tribus longitudinalibus nervis; margine craſſiore ſolidiore.

1849. MUSCA *meteorica* antennis ſetariis, piloſa nigra, abdomine ſubcinereo, alis baſi ſubflavis, oculis brunneis.

*It. W:goth.* 37.

Habitat nebulæ ſ. examinis inſtar obvolitans circum ora *Equorum*, ingruente pluvia.

*DESCR.* Magnitudo dupla M. putris. *Oculi* brunnei. *Corpus* nigrum. *Abdomen* ſubcinereum. *Alæ* baſi ſubflavæ.

1850. MUSCA *putris* antennis ſetariis, ſubpiloſa atra, alarum coſta nigra, oculis ferrugineis.

α Muſca *fimeti* atra glabra, margine alarum craſſiore nigro. *Fn.* 1110.

Habitat in *fimetis* copioſiſſime & inſtar grandinum.

*DESCR.* Muſca parva eſt magnitudine culicis. *Tota* glabra nitida. *Oculi* ſubferruginei. *Alæ* albidæ margine craſſiore nigra linea. *Os* nigrum. *Pedes* toti atri. *Halteres* ſoli albi.

β Muſca *Caſei* atra glabra, oculis ferrugineis, femorum baſi pallida. *Fn.* 1109.

*Gœd. belg.* 1. *p.* 132. *t.* 73.

*Liſt. goed.* 314. *f.* 132. Vermiculus caſei.

*Friſch. germ.* 1. *p.* 30. *t.* 7. Vermiculus caſei.

Habitat in *Caſeo*, cujus Larva caſeum conſumit, eadem omnino cum M. putri fimeti.

*DESCR.* Muſca parva eſt magnitudine culicis. *Tota* glabra, nitida. *Oculi* ferruginei; *Alæ* immaculatæ; *Os* pallidum; *Pedes* nigri, baſi pallidi.

1851. MUSCA *Frit* antennis ſetariis, piloſa nigra, halteribus plantis poſticis abdomineque vireſcenti-pallidis.

*Act. ſtockh.* 1750. *p.* 128. ubi hiſtoriam dedi.

Habitat intra glumas *Hordei*, granum facile decimum quodque deſtruens, unde Frit ſ. Grana hordei viliora levioraque prognaſcuntur, maximo damno agricolarum.

*DESCR.* Magnitudo Pulicis. *Corpus* figura M. domeſticæ, agiliſſimum, quaſi ſaltatorium, nigrum. *Oculi* fuſci. *Plantæ* poſticæ pallidæ. *Halteres* pallidi. *Abdomen* fuſcum, ſubtus magis pallide virens.

1852. MUSCA *viduata* antennis ſetariis, glabra nuda æneo-nigra, abdomine æneo; dorſo atro ſquamis halterum ciliatis.

Habitat in umbroſis.

*DESCR.* Magnitudo fere M. domeſticæ. *Oculi* & *Antennæ* ferrugineæ. *Thorax* glaber, nigro-æneus. *Abdomen* glabrum, auratum, ſupra atrum, opacum.

1853. MUSCA *cupraria* antennis ſetariis, glabra ænea, thorace viridi, abdomine cupreo oblongo, halteribus nudis.

Muſca

Muſca oblonga, capite viridi, thorace aureo, abdomine cupreo, alis macula fuſca. *Fn.* 1103.
Habitat in pratis Fahlunæ.
*DESCR.* Longitudo muſcæ domeſticæ, ſed anguſtior. *Corpus* totum nitet ſerici inſtar glabrum. *Caput* viridi-nitens. *Thorax* rubro aureus. *Abdomen* cupri ſive æris colore. *Alæ* albæ, macula fuſca absque ferruginis colore.

1854. MUSCA *polita* antennis ſetariis, glabra ænea, capite viridi, thorace abdomineque cæruleis, halteribus nudis.
Habitat paſſim.
*DESCR.* M. Cæſaris habitu, ſed culice non major, tota æneo nitidiſſima. Pedum extrema pallida ſ. albida.

1855. MUSCA *pubera* antennis ſetariis, piloſa nigra, abdominis ultimo ſegmento incurvato: pube utrinque reflexa.
Habitat in umbroſis.
*DESCR.* Præcedente minor, anguſtior, tota atra, nitida; exceptis *halteribus* eorumque ſquama. *Abdomen* fere clavatum; ad Anum utrinque ſeta ſubulata reflexa.

1856. MUSCA *petronella* antennis ſetariis, piloſa glabra livida, fronte rubra, cauda incurvata, pedibus elongatis teſtaceis.
*It. W:goth.* 55. *
Habitat paſſim curſitans ſupra aquas quietas.

1857. MUSCA *arrogans* antennis ſetariis nigra, alis fuſcis: faſciis tribus albis. Fn. 1040.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Minuta. *Corpus* oblongum. *Thorax* læviſſimus, globoſo-ovatus. *Alæ* fuſcæ, faſciæ baſi, apiceæ medio albæ. *Femora* pallida. *Pedes* albi. Curſitat ſuperba quaſi, attollit caput & fere ſalit. *Os* non exacte muſcæ, ſed obtuſum, ideoque nec facile Aſilus.

1858. MUSCA *ungulata* antennis ſetariis, piloſa glabra æneo-viridis, cauda uncinata, pedibus elongatis pallidis.
Muſca alarum punctis duobus nigricantibus. *Fn.* 1053.
Habitat Fahlunæ in prædio *Sweden*, ſupra *aquas fontis* curſitans. *J. Moræus.*
*DESCR.* Muſca domeſtica paullo minor, magis oblonga, nigricans. *Thorax* niger, ſetis adſperſus, latere aureus, baſi ad pedes canus. *Abdomen* oblongum, alis tamen brevius, latere auro nitens. *Pedes* longi, nigri. *Alæ* incumbentes, in ſingulis nervi circiter 4 nigri, & puncta duo atra verſus marginem tenuiorem, quorum poſticum minus eſt, ſed magis atrum; alterum vero cum alterius alæ pari coiens latius. *Halteres* lividi.

1859. MUSCA *cibaria* antennis ſetariis, ſubpiloſa, vertice punctis

ctis tribus elevatis, abdomine cinereo adunco, pedibus elongatis.

Habitat in antiquis & relictis cibis.

*DESCR.* Facies omnino M. petronellæ, ſed non culice major. *Caput* ſincipite flavo, occipite cinereo, vertice purpuraſcente-fuſco, notato punctis tribus elevatis: *Thorax* cinereus, aliquot ſetis. *Abdomen* ſupra fuſcum: ſegmento 6 flaveſcente; 7 ſ. ultimo longiore adunco cymbiformi; omnia ſubtus excavata. *Pedes* longi, pallidi. *Halteres* albi. *Alæ* hyalinæ, nervoſæ, absque maculis.

1860. MUSCA *ſcybalaria* antennis ſetariis piloſa rufo-ferruginea hirta, alis puncto obſcuriore.

Habitat in Stercore.

*DESCR.* Simillima M. ſtercorariæ, ſed rufo-ferruginea tota. *Oculi* nigri. pili aliquot nigri ad os. *Alæ* pallide ferrugineæ una anaſtomoſi, corpore longiores.

1861. MUSCA *ſtercoraria* antennis ſetariis, piloſa hirta griſea, alis puncto obſcuro. *Fn.* 1068.

*Merr. pin.* 200. Muſca ſtercoraria.

*Charl. onom.* 42. Muſca merdivora.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 27. *f.* 1. 2. 3.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 32. *n.* 28. Muſca ſtercoraria.

Habitat ubique in *ſtercore* humano, equino, bovino.

*DESCR.* *Oculi* rufi. *Frons* flaveſcens. *Antennæ* nigræ. *Thorax* cinereus. *Abdomen* hirtum, flaveſcente-lividum. *Pedes* hirti. *Alæ* baſi & margine craſſiore flaveſcentes cum puncto in medio obſcuriore. *Mas* magis hirſutus eſt, magisque luteus. *Fæmina* magis glabra, magisque cinerea.

1862. MUSCA *fimetaria* antennis ſetariis, piloſa livens glabrata, alis puncto obſcuriore.

Habitat in fimetis.

*DESCR.* *Corpus* medium, oblongiuſculum, ferrugineum, glabritie renitens; pili rariores in Thorace. *Abdomen* vix pubeſcens adparet. *Oculi* ſoli fuſci. Punctum in *ala* ex unica anaſtomoſi vix obſervandum.

1863. MUSCA *parietina* antennis ſetariis, alis fuſcis albo punctatis maculatisque, fronte teſtacea.

Habitat ad parietes.

*DESCR.* Statura ſequentis. *Corpus* cinereum. *Frons* teſtacea. *Alæ* deflexæ more phalænæ, fuſcæ, punctis numeroſis albis confertiſſime adſperſæ. *Pedes* teſtacei.

1864. MUSCA *umbrarum* antennis ſetariis, alis fuſcis albo maculatis, fronte nivea.

Habitat in umbroſis.

*DESCR.* Parva. *Corpus* cinereum. *Frons* nivea. *Alæ* fuſcæ, punctis numeroſiſſimis, albis confertim adſperſæ. *Pedes* cinerei, nigro punctati.

1865. MUSCA *groſſificationis* antennis ſetariis, alis nigris: apice albis. *Fn.* 1051.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 50. Muſca nigra, alis fuſcis: apicibus albis.
Habitat in hortis rarior.
*DESCR.* Rariſſima hæc muſca parva eſt, tota nigra, alis nigricantibus ſummo apice alba macula.

1866. MUSCA *ſaltuum* antennis ſetariis, alis albis: coſta punctoque terminali fuſcis, corpore flavo, occipite nigricante.
Habitat in Lucis.
*DESCR.* Parva. *Corpus* teſtaceum totum. *Oculi* fuſci, punctum nigrum in vertice. *Alæ* hyalinæ, margine craſſiore nigro, ad apicem terminato in maculam nigram.

1867. MUSCA *vibrans* antennis ſetariis, piloſa, alis hyalinis apice nigro, capite rubro.
Muſca alis albis: apice nigris. *Fn.* 1052.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 49. Muſca nigra vibrans, alis albis apicibus nigris.
Habitat frequens in arborum plantarumque foliis, inprimis in hortis.
*DESCR.* Tota nigra eſt, exceptis *Alis* albis, ſummo apice macula rotunda nigra notatis; *Corpus* nigrum eſt, non admodum longum, ſed obtuſum. *Caput* rubrum eſt. Dum ſedet continuo alas elevat, extendit ac vibrat. Magnitudine admodum variat, dantur enim quædam alis triplo aut quadruplo majoribus.

1868. MUSCA *cynipſea* antennis ſetariis, alis apice puncto nigro, abdominis primo articulo obovato.
Muſca alis albis: apice puncto nigro. *Fn.* 1754.
Habitat paſſim.
*DESCR.* Vix pediculi magnitudine. Tota nigra. *Alæ* verſus apicem ad marginem majorem puncto nigro notatæ. *Femora* antica ſubtus denticulata. *Abdomen* oblongum: articulo primo pyriformi. *Pedes* longi.

1869. MUSCA *flava* antennis ſetariis, flava nuda, oculis viridiſſimis.
Muſca flava; oculis nigris. *Fn.* 1114.
Habitat in *Scania.* D. Leche.
*DESCR.* Hæc parva eſt, magnitudine ſeminis oryzæ. *Tota* flava; *Abdomen* ovatum. *Alæ* parum flaveſcentes. *Oculi* ſoli virides.

1870. MUSCA *æſtuans* antennis ſetariis, alis unguiculatis albis puncto-centrali nigricante. *Fn.* 1055.

Habi-

Habitat ſolitaria inter plantas, rarius in horto Academico.

*DESCR.* Magnitudo fere pulicis. *Caput* & *Thorax* cærulea. *Abdomen* nigrum. *Pedes* ferruginei ſive teſtacei. *Alæ* albæ, puncto obſolete nigro in ſingulæ alæ diſco, fere in medio, vel paullo propius ad marginem interiorem; exterior margo denticulo ſive ungue inſtruitur. *Halteres* albi. Alas non vibrat. *Oculi* fuſco-pallidi. *Antennæ* teſtaceæ, ſeta nigra.

1871. MUSCA *Serratulæ* antennis ſetariis, alis albis, thorace vireſcente, abdomine cinereo lineis quatuor punctorum nigrorum.

Habitat in *Cardui* floribus.

*DESCR.* Culice duplo major. *Oculi* virides. *Thorax* viridis, ſupra colore fuſco poſtice bilobo. *Abdomen* cinereum lineis quatuor punctorum. *Alæ* albidæ. *Fæminæ* cauda mucrone conico.

1872. MUSCA *Arnicæ* antennis ſetariis, alis unguiculatis griſeis nigro-maculatis. *Fn.* 1057.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 46. Muſca alis griſeis nigro maculatis.

*Aldr. inſ.* 346. *t.* 1. *f.* 5. Muſca quinta.

Habitat in *floribus Arnicæ* intra diſcum, frequens.

*DESCR.* Muſca domeſtica vulgari minor. *Corpus* ſubgriſeum ſ. teſtaceum. *Alæ* griſeæ, terminatæ macula marginali nigra, & aliquot maculis majoribus nigris ſparſis, & plurimis minoribus obſoletis; denticulus in alæ margine craſſiore.

1873. MUSCA *Hyoſcyami* antennis ſetariis, cinerea, alis unguiculatis albis fuſco-maculatis. *Fn.* 1058.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 47. Muſca alis albicantibus nigro maculatis.

Habitat in floribus, ſæpe *Hyoſcyami* & *Cardui criſpi.*

*DESCR.* *Alæ* albæ, non griſeæ, tamen maculis adſperſæ nigro-cinereis ſ. fuſcis & quaſi eroſis majoribus, & aliis minimis vix conſpicuis. *Thorax* & *Abdomen* cana. *Oculi* virides. *Pedes* pallidi. *Cauda* aculeo rigido, ſubulato, obtuſo, in fæmina. In alarum margine craſſiore, inque ejus medio denticulus ſetæ inſtar prominens.

1874. MUSCA *germinationis* antennis ſetariis, alis albis: margine maculiſque nigris. *Fn.* 1059.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 48. Muſca alis albicantibus nigro punctatis.

Habitat in foliis arborum, primo vere.

*DESCR.* Hæc muſca domeſtica dimidio minor, facie ad M. vibrantem accedit, ſed *Alarum* margines extrorſum & apice nigricantes; diſcus albus, punctis aliquot vagis nigricantibus.

1875. MUSCA *Urticæ* antennis ſetariis, alis albis: puncto terminali faſciiſque tribus fuſcis diſtinctis.

Habi-

Habitat in *Urtica.*

*DESCR. Corpus* nigrum, magnitudine vix M. domeſticæ. *Caput* ferrugineum. *Alæ* albæ faſciis tribus nigris fere transverſis & apicibus fuſcis. *Genua* ſubferruginea.

1876. MUSCA *Cardui* antennis ſetariis, alis albis: linea geminata fuſca S literæ figura, oculis viridibus.

Muſca alis albis: linea geminata litera S fuſca, oculis viridibus. *Fn.* 1063.

*Blank. belg.* 189. *t.* 16. *f. T.*

*Gœd. belg.* 1. *p.* 102. *t.* 50.

*Liſt. gœd.* 313. *p.* 102. *t.* 129.

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 45. *f.* 12., 13, 14.

Habitat in *Cardui Gallis.* Gœdart.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ fere domeſticæ. *Oculi* virides. *Corpus* fulvum. *Alæ* linea duplici ſerpentino-flexuoſa, (quarum craſſior exterior eſt,) fuſca, in formam litteræ S. ducta, ac ſi pedes pellucerent. Tota ſubtus obſolete flava; ani apice albo.

1877. MUSCA *Heraclii* antennis ſetariis, alis albis: faſciis fuſcis repandis, oculis viridibus.

Habitat ſubcutanea in foliis *Heracli.*

*DESCR.* Affinis præcedenti. *Frons* flava. *Oculi* virides. *Thorax* lividus linea utrinque laterali flava. *Scutellum* flavum. *Abdomen* ovatum, lividum apice fuſco. *Alæ* albæ faſciis duabus fuſcis longitudinalibus, flexuoſo-repandis. *Pedes* pallidi.

1878. MUSCA *Ceraſi* antennis ſetariis, alis albis: faſciis fuſcis inæqualibus: poſticis extus connexis.

Muſca alis albis: faſciis quatuor griſeis totidemque minoribus obſoletis alternantibus. *Fn.* 1061.

*Rhed.* 1671. *p.* 262. *t.* 264.

*Blank. belg.* 185. *t.* 16. *f. L.*

*Reaum. gall.* 2. *t.* 38. *f.* 22, 23.

Habitat in *nucleis Ceraſorum*, præſertim *Bigaraux* dictorum.

*DESCR.* Magnitudo antecedentis. Deſcriptio Rhedi bona. *Corpus* nigrum. *Alæ* hyalinæ maculis duabus nigris: anteriore extrorſum; interiore introrſum bifida.

1879. MUSCA *ſolſtitialis* antennis ſetariis, alis albis unguiculatis: faſciis quatuor fuſcis, ſcutello flavo. *Fn.* 1064.

Habitat in floribus & foliis *Cardui criſpi* frequens, rarior in *Ceraſi foliis* menſe junio.

*DESCR.* Eſt e muſcis parvis. *Thorax* cinereus, apice a tergo flavus. *Pedes* teſtacei. *Alæ* albæ, verſus baſin margine exteriore flaveſcentes. Alas has transverſim pingit faſcia quadruplex, quarum prima omnino recta ſive transverſa, 2. 3. 4. parum arcuatæ, harum ultima alas ipſas terminat.

Alas

Alas gerit uti Muſca domeſtica. *Oculi* virides. *Abdomen* nigrum, feminæ mucrone ſubulato, acuto terminatur. Denticulus in margine craſſiore alæ.

1880. MUSCA *floreſcentiæ* antennis ſetariis, alis pallidis: venis nigricantibus; ſtrigis duabus undulatis apice fuſcis.
Muſca alis pallidis: venis nigricantibus: lineis transverſis duabus undatis apiceque fuſcis. *Fn.* 1065.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 34. *n.* 65. Muſca oblonga flaveſcens, dorſo longitudinaliter punctato, alis nigro-maculatis.
Habitat in Hortis.
*DESCR.* Muſca domeſtica major eſt, oblonga, ſimilis rapacibus. *Abdomen* flavum; ordo duplex punctorum atrorum a tergo abdominis: in ſingulo ſegmento punctorum atrorum par. *Alæ* pallidæ, venis nigricantibus, longitudinalibus; apices alarum cinerei; linea duplex, undulato-nigricans in medio alarum, transverſa.

1881. MUSCA *frondeſcentiæ* antennis ſetariis, alis nigris: faſciis duabus punctisque duobus albis, corpore nigro.
Habitat in plantis.

## Tabanus.

1882. TABANUS *Bovinus* oculis vireſcentibus, abdominis dorſo maculis albis trigonis longitudinalibus.
Tabanus griſeus; abdominis ſegmentis ſingulis triangulo albo. *Fn.* 1045.
*Jonſt. inſ. t.* 8. *ord.* 2. *f.* 22-21.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 17. *f.* 8.
*Fl. lapp.* 363. Tabanus vulgaris griſeus, inciſuris dorſi macula trigona albicante notatis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 17. Nomen idem.
*Suecis* Bröms.
Habitat frequens in Suecia auſtrali, *Equis* æſtate moleſtus.
*DESCR.* In genere ſuo hic maximus eſt. *Alæ* diaphanæ, venis ferrugineis. *Corpus* griſeum. *Thorax* cinereus. *Oculi* nigricantes. *Dorſum* abdominis ſub alis magis flaveſcit, extra eas magis fuſcum, In medio dorſo, in ſingulo ſegmento, macula triangularis albida, acumine thoracem ſpectante. *Femora* nigricantia; *Tibiæ* luteæ.

1883. TABANUS *autumnalis* alis hyalinis, abdomine fuſco ordine triplici albido maculoſus.
Habitat minus frequens apud nos. *De Geer.*
*DESCR.* Paulo minor majore noſtrate.

1884. TABANUS *Tarandinus* oculis viridibus? abdominis ſegmentis margine luteis, pedibus rufis. Ta-

Tabanus niger; abdominis ſegmentis margine luteis, pedibus rufis. *Fn.* 1046.
*Fl. lapp.* 363. Tabanus flavus.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 18. Tabanus flavus.
Habitat frequens in *Lapponia*, *Norvegiæ* contermina, Tarandis moleſtus.

*DESCR.* Magnitudine ad primum accedit. Oculi, thorax abdomen nigra, ſed inciſurarum margines pilis ſeu margine flavo, tam in dorſo, quam in ventre, cinguntur. *Pedes* & *Antennæ* rufæ ſive obſcure luteæ ſunt. *Alæ* ſubgriſeæ.

1885. TABANUS *Bromius* oculis faſcia purpuraſcente, corpore cineraſcente læviore.
Tabanus cinereus; oculis linea transverſa. *Fn.* 1048.
Habitat apud nos frequens, equis & bobus moleſtus.

*DESCR.* *Alæ* albæ; totum corpus cinereum. *Oculos* linea transverſalis, ſingularis coloris notat, qua manifeſte diſtinguitur a reliquis, & præſertim a pluviali, cui valde affinis. *Tibiæ* pallidæ.

1886. TABANUS *tropicus* oculis faſciis ternis fuſcis, abdominis lateribus ferrugineis.
Tabanus fuſcus; lateribus abdominis ferrugineis, oculis lineis tribus fuſcis. *Fn.* 1047.
*Act. upſ* 1736. *p.* 31. *n.* 19. Tabanus fuſcus, abdominis lateribus teſtaceis.
Habitat frequens apud nos æſtate, *Equis* moleſtus, imprimis inſtante pluvia.

*DESCR.* Magnitudo Bombylii. Totus hic glaber. latera *Abdominis* verſus baſin ferruginea, margines ſegmentorum abdominis, præſertim in dorſo, albidi. *Femora* nigra. *Tibiæ* rufæ. *Alæ* albidæ, inciſuræ abdominis tres priores teſtaceæ, tres poſteriores nigricantes. *Oculi* vireſcentes; lineis tribus transverſis fuſcis. *Antennæ* lunulatæ.

1887. TABANUS *pluvialis* oculis faſciis quaternis undatis, alis fuſco-punctatis.
Tabanus fuſcus; alis cinereis: punctis minutiſſimis albis, oculis viridibus: lineolis quatuor undulatis fuſcis. *Fn.* 1050.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 20. Tabanus fuſcus, alis cinereis punctatis.
Habitat apud noſtrates frequens, *Pecoribus* moleſtus.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ domeſticæ; totus cinereo-fuſcus: *Alæ* cinereæ, punctis minutiſſimis albis, cum puncto marginali majori nigricante. *Oculi* vireſcentes, lineolis transverſis undulatis. *Thorax* cinereus, lineis longitudinalibus ſtriatus; duo puncta nigra inter oculos. *Antennæ* nigræ, filiformes. *Tibiæ* variegatæ,

1888.

1888. TABANUS *cæcutiens* oculis nigro punctatis, alis maculatis.

Tabanus fuſcus; alis maculis fuſcis albisque variis, oculis fulvo-viridibus: punctis nigris. *Fn.* 1049.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 21. Tabanus fuſcus, alis cinereis: maculis albis nigrisque.

*n.* 22. Tabanus fuſcus; alis fuſcis: maculis nigris.

*Raj. inſ. p.* 272. Muſca bipennis pulchra; alis maculis albis amplis pictis.

*Smolandis* Blind-knagg.

Habitat paſſim, præſertim in *Smolandia*, frequens.

DESCR. Magnitudine vix muſcam domeſticam ſuperat. *Totus* fuſcus, latera abdominis juxta baſin ſub alis flava. *Alæ* magnis maculis albis & nigricantibus variegatæ. *Antennæ* ſubulatæ ſive filiformes, verſus baſin piloſæ, nec ullo modo lunulatæ. *Oculi* virides fulveſcentesque nitidiſſimi; maculis aliquot diſtinctis nigris.

1889. TABANUS *lugubris* oculis corporeque nigro, alis fuſcis macula alba.

Habitat paſſim ſed infrequens.

DESCR. Similis T. cæcutienti, ſed paulo minor. *Alæ* fuſcæ macula una alterave albida ad marginem tenuiorem. *Abdomen* nigrum, ad latera anteriora, inprimis ſubtus, luteolum.

## Culex.

1890. CULEX *pipiens* cinereus, abdomine annulis fuſcis octo. *Fn.* 1116.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 10. Culex vulgaris.

*Flor. lapp.* 363. Culex vulgaris.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 43. *f. omnes.* & *t.* 44. *f. omnes.*

*Swamm. quart.* 95-99. *t.* 2. 3. Culex.

*Blank. belg.* 171. *t.* 15. *f. A. B. C. D.* Culex.

*Flor. Lapp.* 364. Culex alpinus.

*Suecis* Mygg. *Oſtrobothnienſibus* Kranck.

Habitat Larva in *aquis*, Culex ipſa in *ſylvis*, præſertim copioſiſſima *Lapponiæ*, nec non rarius in alpibus, ubi major eſt, ſed una eademque ſpecies. Hominibus & animalibus ſono alarum & ſanguinis ſuctu moleſtiſſima, præſertim noctu. Dum vulnerat ſanguinemque haurit pedes poſteriores erigit.

DESCR. *Corpus* oblongum; cinereum. *Abdomen* octo zonis fuſcis. *Roſtrum* rectum; ſetaceum. *Alæ* albicantes; vaſculoſæ; ad lumen nitentes. *Thorax* ſubtus hirſutus.

MAS Antennis inferne pectinatis. Palpi medio barbati; non pungit aut ſugit ſanguinem.

1891.

1891. CULEX *biſurcatus* fuſcus roſtro bifurco. *Fn.* 1115.
*Raj. inſ.* 74. *n.* 4. Tipula domeſticæ forte fæmina, prima furcula e fronte.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 40. *f.* 1. 2.
Habitat hujus *Larva* in *aqua*; Culex non vulnerat.
DESCR. Culice ſequente duplo major; color cinereus. *Alæ* abſque puncto. *Antennæ* minus plumoſæ in mare. *Roſtrum* prominens, ut in reliquis, ubi vagina apice bifurca, dilatata in duo foliola patula, lanceolata, villoſa, intermedio roſtro ſetaceo.

1892. CULEX *pulicaris* alis hyalinis: maculis tribus obſcuris. *Fn.* 1117.
*Flor. lapp.* 365. Culex Lapponicus minimus.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 12. Culex Lapponicus minimus.
*Derrham phyſico theol. l.* 4. *c.* 11. *n.* 20 *f.* 5. 6. 7. Culex minimus nigricans maculatus, an?
*Suecis* Swidknott.
Habitat in *ſylvis*, copioſiſſime in *Norlandia*, a morſu macula pulicis inſtar nigricans, diutius hærens, dolens.
DESCR. *Corpus* magnitudine minoris pulicis, fuſcum. *Alæ* anguſtæ, albæ, incumbentes, margine exteriore tribus punctis obſcuris notatæ; hinc clauſis alis & conniventibus punctis, faſciæ tres transverſæ fuſcæ in alis.

1893. CULEX *reptans* niger, alis hyalinis, pedibus nigris: annulo albo. *Fn.* 1118.
*Lapponibus* Mockere.
*Suecis* Knott.
Habitat in *Lapponia*, ante veſperam præſertim copioſe infeſtans; minus in *Suecia* frequens. Legio horum infeſtat homines occidente ſole, tædioſiſſimo ſono, reptatu per cutem, os, oculos, naſum inquirentes; non pelluntur, uti reliqui, oris flatu aut manuum agitationibus.
DESCR. Minimus eſt, facie muſcæ, magnitudine pulicis, vix lineam longus, ſatis anguſtus. *Thorax* cinereo cæruleſcens; *Caput* nigrum. *Antennæ* filiformes, pallidæ. *Oculi* nigri. *Abdomen* ovatum, fuſcum. *Halteres* albi. *Pedes* nigri medio geniculo niveo. Pars thoracis poſtica ſæpe albicans. *Alæ* hyalinæ, incumbentes, ut unicam modo alam ſpectes, ſed poſtice parum dehiſcentes.

1894. CULEX *equinus* ater, abdomine fuſco, fronte alba. *Fn.* 1120.
*Flor. lapp.* 359. Muſca minima atra ſanguiſuga, alis albis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 33. *n.* 51. nomen idem.
Habitat æſtate in *Equis*, præſertim Norlandiæ, currendo inter crines & audacter ſanguinem ſugendo, mire Equos vexat, non adeo homines; celerrime currit, nil metuens.

*DESCR.* *Antennæ* filiformes & modus ſanguinem hauriendi culicis eſt, facies licet muſcæ. *Caput*, *Pedes*, *Thorax* atra; thoracis latera tamen cineraſcunt; ſupra & infra oculos regio alba eſt. Ovatus & minimus eſt.

## Empis.

1895. EMPIS *borealis* antennis filatis nigra, alis ſubrotundis fuſco ferrugineis.

Aſilus niger; alis ſubrotundis ferrugineis. *Fn.* 1038.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 15. Culex fuſcus; alis ſubrotundis.

Habitat in *Lapponia Umenſi* & *Lulenſi* frequens, ubi circa veſperam choreas in aëre ducit, uti Tipulæ; non vero mordet.

*DESCR.* Ore gaudet culicis longiuſculo nigro. *Corpus* nigrum. *Pedes* nigri, femoribus ferrugineis. *Alæ* ſubrotundæ, fuſcæ ſeu ferrugineæ, valde obtuſæ. Magnitudine alarum muſcam domeſticam ſuperat, corpus tamen anguſtius eſt.

1896. EMPIS *pennipes* antennis filatis nigra, pedibus poſticis longis: alteri ſexui pinnatis.

Aſilus niger glaber, alis cinereis. *Fn.* 1041.

Habitat frequens in floribus Geranii ſylvatici & Cardamines pratenſis.

*DESCR.* Muſca domeſtica dimidio fere minor; tota atra; *Abdomine* non ovato, ſed admodum attenuato; *Pedes* poſtici admodum longi reſpectu animalis. *Alæ* nec fuſcæ, nec cinereæ, ſed mediæ horum.

β Tipula atra thorace gibbo, pedibus poſticis magnis. *F.* 1142.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 16. Culex niger, pectore gibbo, abdomine cylindraceo, pedibus poſticis maximis.

Habitat in ſylvis, ubi in aëre *gregatim* ſaltat ac volitat.

*DESCR* *Corpus* totum nigrum. *Thorax* valde craſſus, gibbus. *Abdomen* tenue, cylindricum. *Alæ* albæ, ovatæ, *Pedes* nigri, poſtici reliquis duplo & craſſiores & longiores, tibiis clavatis ſeu verſus inferiora craſſioribus.

1897. EMPIS *livida* antennis filatis livida, thorace lineis tribus nigris.

Habitat paſſim.

*DESCR.* *Corpus* muſca domeſtica majus, cinereum. *Thorax* lineis dorſalibus tribus, nigris, parallelis. *Abdomen* cinereum, anguſtum. *Alæ* fuſceſcentes, baſi ſubteſtaceæ. *Pedes* luteſcentes.

1898. EMPIS *forcipata* antennis filatis cinerea, alis oblongis, cauda appendiculata.

Habitat paſſim. *D. C. Solander.*

DESCR.

DESCR. *Corpus* Culice paulo majus. *Thorax* cinereus ſ. plumbeus pilis ſparſis. *Abdomen* oblongum, magis cinereum; in cauda hæret forceps duplex cartilagineas, quarum prior ſ. exterior bivalvis apice bidentata, inferiore dente productiore; intra priorem *forceps* interior triplo longior, lanceolata, gibbas, bivalvis. *Femora* piloſa, tibiæque longiuſculæ cinerea. *Antennæ* ſubulatæ. *Alæ* hyalinæ, longiuſculæ.

1899. EMPIS *ſtercorea* antennis filatis teſtacea, alis reticulatis, linea dorſali abdominisque nigra.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Color Muſcæ ſtercorariæ lividus. *Antennæ* nigræ. Linea longitudinalis nigra per Thoracem & Abdomen excurrens. *Plantæ* fuſcæ. *Alæ* lividæ venis reticulatis obſcurioribus.

## Conops.

1900. CONOPS *calcitrans* antennis ſubplumatis cinerea glabra ovata.

Aſilus cinereus glaber ovatus. *Fn.* 1042.

*Suecis* Sting-Fluga.

Habitat ubique. Hæc tibias noſtras ingruente præſertim pluvia pungit; hæc, ut continuo calcitrent boves, nec pedibus quieſcant, facit; ubi pungit, macula ſæpe rubra in medio coccinea, diu durans.

*DESCR.* Facies magnitudo & Color Muſcæ domeſticæ vulgatiſſimæ adeo ſimiles, ut quis eandem abſolute diceret, ni roſtrum ſubulatum, atrum, & corneum diſtingueret.

1901. CONOPS *irritans* antennis ſetariis cinerea ſubpiloſa ovata.

Habitat cum *Bobus* quorum dorſo frequentiſſime & copioſisſime inſidet.

*DESCR.* Simillima præcedenti, ſed triplo minor.

1902. CONOPS *macrocephala* antennis clavatis mucronatis luteis, abdomine ſubcylindrico glabro: ſegmentis quatuor margine flaveſcentibus.

Aſilus antennis capite longioribus clavatis acuminatis, ſegmentis abdominalibus glabris: margine flavis, fronte glabra. *Fn.* 1030.

*Reaum. gall.* 4. *t.* 33. *f.* 12. 13.

Habitat in paſcuis.

*DESCR. Facies* inflata, flava. *Antennæ* lanceolatæ, ferrugineæ. *Alæ* fuſcæ, quaſi uſtulatæ. *Thorax* rufus, dorſo medio nigro. *Abdomen* cylindricum, incurvum, fuſcum, ſegmentis margine flavis, imprimis primoribus. *Halteres* albidi. *Varietas* Thorace toto nigro, Antennisque nigris.

1903. CONOPS *veſicularis* antennis clavatis mucronatis ſubferrugineis ſubconnexis, occipite veſiculari, abdomine glauco-flaveſcente.

Habitat minus frequens apud nos.

*DESCR.* Similis C. macrocephalæ. *Facies* flava; occiput veſica pellucida. *Thorax* niger, antice verrucis & lateribus ferrugineus. *Scutellum* ferrugineum. *Alæ* fuſcæ, dimidiato-albæ. *Halteres* flavi. *Abdominis* ſegmenta flava, ſed prima baſi fuſca. *Pedes* ferruginei. *Abdomen* ſubcylindricum, obtuſum, baſi incurvum.

1904. CONOPS *flavipes* antennis clavatis mucronatis nigris, abdomine ſubcylindrico glabro: ſegmentis tribus margine flavis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* *Caput* & *Antennæ* nigra. *Thorax* ater puncto flavo utrinque ante & pone alas. *Scutellum* puncto flavo. *Halteres* ferruginei. *Abdomen* clavatum, nigrum, poſtice caneſcens: ſegmento 1 puncto utrinque flavo, 2, 3, 4. marginibus flavis. *Pedes* lutei. *Femora* verſus apicem nigra.

1905. CONOPS *buccata* antennis ſetariis, abdomine hamoſo griſeo, facie veſiculari alba, alis nebuloſis.

Habitat paſſim.

*DESCR.* Media. *Caput* pallidum, ſubtus album, inflatum, pellucidum. *Oculi* nigri. *Antennæ* approximatæ, flavæ, extimo articulo glabro obtuſo cum ariſta. *Alæ* pallidæ faſciis obſoletis fuſcis. *Abdomen* oblongum, cylindricum, lividum, apice admodum incurvatum. *Halteres* flavi. *Pedes* lividi.

1906. CONOPS *aculeata* antennis ſetariis nigricans, abdominis ſegmentis margine, ſcutello, thoraciſque punctis duobus anticis flavis.

Habitat minus apud nos frequens.

*DESCR.* Magnitudo Muſcæ domeſticæ. *Antennæ* clavatæ, ſetariæ, nigræ. *Facies* inflata, flava. *Thorax* niger, antice utrinque puncto prominulo flavo; Lineola flava transverſa ante Alas. *Scutellum* flavum. *Abdomen* ovatum, nigrum margine luteo inæquali ſinuato colore, ſubtus flavum linea fuſca. *Pedes* lutei; plantis nigris. *Aculeus* in foemina niger, incurvus, inflexus.

1907. CONOPS *ferruginea* antennis ſetariis, corpore ferrugineo, abdomine cylindrico, fronte luteſcente.

Habitat rariſſime apud nos.

*DESCR.* Statura C. flavipedis. *Corpus* totum ferrugineum. *Thorax* dorſo fuſcus. *Abdomen* cylindricum. *Frons* flava.

Aſilus.

# Aſilus.

1908. ASILUS *crabroniformis* abdomine tomentoſo antice nigro, poſtice flavo inflexo.
Aſilus ferrugineus; abdominis articulis tribus prioribus atris, poſterioribus quatuor flavis. *Fn.* 1031.
*Mouff. lat. p.* 46. Veſpæ ſpecies, figura exterior.
*Jonſt. inſ. t.* 10. *f.* 2. Muſca boaria ald. tab. 1.
*Hoffn. inſ. t.* 16. *f.* 10.
*Raj. inſ.* 267. Muſca maxima crabroniformis.
*Friſch. germ.* 3. *p.* 38. *t.* 8. Muſca rapax magna, abdomine luteo maculato.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 8. *f.* 3.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 29. *n.* 8. Ichneumon collari gibbo, abdomine ovato acuto.
Habitat in paſcuis, volitat *juxta terram.*

*DESCR.* Facies crabronis: *Thorax* magnus, gibbus: *Roſtrum* nigrum, ſubulatum. Alæ, pedes, venter ſubtus ferruginea: *Abdominis* tres articuli primores nigri: proxime inſequentes flavi; *anus* ſeu cauda ipſa ruffa. *Alæ* ad marginem tenuiorem nigro maculatæ.

1909. ASILUS *gibboſus* hirſutus niger, abdomine poſtice albo.
Aſilus niger hirſutus, abdominis articulis tribus poſtremis albis. *Fn.* 1034. *It. Scan.* 414.
*Flor. lapp.* 360. Oeſtrum bovinum: cauda alba.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 25. Oeſtrum bovinum, cauda alba.
Habitat in *Nericia*, & alibi.

DESCR Magnitudo præcedentis. Crabronem ipſum ſuperat. Totus oblongus, niger & hirſutus eſt. *Frons* palleſcit. *Alæ* griſeæ; ſegmenta abdominis tria ultima alba. *Anus* ipſe corneus, niger, ungulæ caprinæ inſtar latus; cauda ſimplex & abdomen dilutius flavum alteri ſexui.

1910. ASILUS *ater* hirſutus totus niger, barba albida.
Habitat rariſſime apud nos.

*DESCR.* Magnitudo fere præcedentium; totus ater, excepta barba alba ſub capite.

1911. ASILUS *flavus* niger hirſutus, thorace poſtice flavo, abdomine ſupra fulvo, plantis ferrugineis.
Aſilus flavus hirſutus, pedibus nigris, alis glaucis. *It. gotl.* 327. *Fn.* 1032.
Habitat in *Smolandia.*

*DESCR.* Magnus eſt; in cauda quaſi ungula caprina, intra quam varii aculei innocui.

1912. ASILUS *gilvus* abdomine pubeſcente nigro: ſupra rufo.
Aſilus niger; abdominis ſegmentis tribus a tergo rufis. *Fn.* 1035.
Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Totus ater, parum hirſutus; area magna a tergo abdominis rufa. *Alæ* fuſcæ.

1913. ASILUS *marginatus* halteribus abdominisque inciſuris flavis, femoribus nigris.
Habitat rarius in hac patria.

1914. ASILUS *forcipatus* hirſutus ſubcinereus, halteribus flavis.
*Friſch. inſ.* 3. *t.* 7.
Habitat in Terra.

*DESCR.* Magnitudo Muſcæ domeſticæ. *Corpus* cinereum, ſubpiloſum, *Abdomen* cylindricum. *Alæ* hyalinæ. *Halteres* flavi. *Pedes* nigri. *Mas* ani forcipe quadridentata: dentibus duobus ſuperioribus majoribus. *Fœmina* Ani ſtylo acuto.

1915. ASILUS *tipuloides* cinereus nudus, thoracis lineis dorſalibus tribus nigris.
Aſilus lividus, thoracis lineis dorſalibus tribus nigris. *Fn.* 1033.
Habitat in floribus.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ. *Abdomen* & *Femora* longa, pallida ſ. livida. *Thorax* lividus, a tergo lineis tribus longitudinalibus nigris. *Oculi* griſei. *Roſtrum* nigrum, ſub pectore inflexum, longitudine thoracis. *Alæ* hyalinæ. *Antennæ* nigræ. Pedes flaveſcentes.

1916. ASILUS *oelandicus* ater nudus, alis nigris, femoribus halteribusque ferrugineis.
Aſilus corpore atro glabro; alis nigris, femoribus halteribusque ferrugineis. *It. œl.* 155. *Fn.* 1037.
Habitat in *Oelandia.*

*DESCR.* Totus glaber. *Abdomen* clavatum, atrum, nitidum. *Caput* & *Thorax* atra. *Pedes* ferruginei, plantis nigris. *Halteres* ferruginei. *Alæ* anguſtæ, nigræ.

1917. ASILUS *morio* hirſutus niger, alis albo nigroque variis.
Habitat Aboæ.

*DESCR.* *Thorax* niger, lateribus pilis luteſcentibus veſtitus. *Alæ* corpore longiores, atro alboque variegatæ, præſertim verſus marginem tenuiorem. *Abdomen* ovatum, nigrum, medio faſcia fere alba. *Pedes* nigro-ferruginei. *Antennæ* articulis tribus; extimo ſubulato. *Roſtrum* apice lanceolatum.

## Bombylius.

1918. BOMBYLIUS *major* alis dimidiato-nigris.
Culex lanigerus, alis ſemifuſcis. *Fn.* 1119.
*Aldr. inſ. p.* 350. *f.* 10. Muſca X.
*Mouff. lat.* 64. *f.* 5. *a ſiniſtris.*
*Hoffn. inſ. t.* 8. *f.* 5.
*Pet. gaz.* 56. *t.* 36. *n.* 5. Muſca apiformis, proboſcide porrecta, alis maculatis.
*Raj. inſ.* 273. Muſca bombyliformis denſe piloſa nigra, abdomine obtuſo, ad latera rufo.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 14. nomen Petiveri.
Habitat *floribus inhians*, quorum mel haurit volitando, nec ſedendo, animal non mordens.

DESCR. *Roſtrum* longum, ſemper exſertum. *Alæ* dimidium longitudinaliter fuſcum, quod ſcilicet margini craſſiori adjacet; album, quod teneriori proximum. *Totum* corpus nigrum, ſed hirſutie & lana albida undique veſtitum Apis Bombylii inſtar, unde facies exſurgit ſingularis.

1919. BOMBYLIUS *medius* alis fuſco punctatis.
Habitat cum præcedente.

DESCR. *Corpus* vix præcedente minus, differt vero *alis* antice ſ. ad marginem craſſiorem fuſcis, ſed tota pagina adſperſis punctis fuſcis.

1920. BOMBYLIUS *minor* alis immaculatis. *It. Scan.* 164.
*Reaum. inſ.* 4. *t.* 8. *f.* 11. 13.
Habitat uti præcedentes.

DESCR. Præcedentibus triplo minor. *Alæ* hyalinæ, antice verſus baſin obſolete fuſceſcentes.

## Hippoboſca.

1921. HIPPOBOSCA *equina* alis obtuſis, thorace albo-variegato.
Hippoboſca pedibus tetradactylis. *Fn.* 1043.
*Mouff. lat.* 59. Hippoboſcus.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 43. *t.* 20. Ricinus volans.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 31. *n.* 27. Muſca equina tenax.
*Reaum. gall.* 6. *t.* 48.
*Suecis* Haeſt-Fluga.
Habitat in *Equis*, *Bobus*, præſertim ad inguina & perinæum; vulgus itinera inſtituens maxime metuit, ne aures intret.

*DESCR.* Notiſſima ubique eſt, tota glabra, griſea, tenaciſſima; capite privata vivit adhuc diu; pedes poſteriores longiores ſunt.

1922. HIPPOBOSCA *avicularia* alis obtuſis, thorace unicolore.
Habitat in *Paſſeribus.* D. C. Solander.

*DESCR.* Præcedente dimidio minor. *Alæ* corpore ſeſquilongiores; vaſis lateralibus atris.

1923. HIPPOBOSCA *Hirundinis* alis ſubulatis.
Hippoboſca pedibus hexadactylis. *Fn.* 1044.
*Reaum. gall.* 4. *t.* 11. *f.* 1. 2. 3. 4. 5.
Habitat in pullis Hirundinum.

*DESCR.* Præcedenti minor. *Abdomen* poſtice emarginatum; *Alæ* anguſtæ, in tergo abdominis ſpatio remotæ. *Pedes* ſinguli ſex unguibus.

1924. HIPPOBOSCA *Ovina* alis nullis. *It. W:goth.* 59.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 18.
Habitat inter *Ovium* lanam.

*DESCR.* data in It. W:gothico. l. c.

# VII. APTERA.

## Lepisma.

1925. LEPISMA *ſaccharina* ſquamoſa, cauda tripili.
*Adam. micogr. t.* 28. *f.* 147.
Habitat inter *Saccharata*, recentiori ævo advena.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, lævigatiſſimum, ſubargenteum, ſenſim poſterius attenuatum, conſtans decem ſegmentis, præter caput & caudam. *Antennæ* longitudine corporis. *Cauda* ſetis tribus, patulis, ſubtus piloſis, præter aliquot ſetas ſub cauda.

1926. LEPISMA *terreſtris* nuda, cauda triplici.
Habitat ſupra terram, rariſſima.

*DESCR.* *Corpus* cylindricum, album, facie Poduræ. *Antennæ* corporis dimidii longitudine, obtuſæ. *Setæ* caudæ tres exſertæ.

## Podura.

1927. PODURA *viridis* viridis ſubgloboſa. *Fn.* 1172.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 37. *n.* 2. Pulex viridis plantarum.

Habi-

Habitat in plantis, rarius Upſaliæ, præſertim in foliis primordialibus *Polygoni Fagopyri*, minus tamen in tatarico.

*DESCR.* Magnitudo majoris pediculi capitis. *Abdomen* dilutius viride, globoſum, parum in ovalem figuram terminatum, verſus anum admodum convexum, viride cum cineraſcentis mixtura. *Thorax* tenuiſſimus, vix conſpicuus. *Caput* viride, obtuſum, Cicadis non adeo diſſimile. *Oculi* ſupra caput nigri, cum linea utrinque nigricante. *Pedes* albo-virides, æquales. *Antennæ* recurvæ.

1928. PODURA *atra* ſubgloboſo atra, antennis longitudine corporis: apice albis. *Fn.* 1173.
Habitat in *Fungis ſylvaticis.*

*DESCR.* Inter majores hujus generis eſt. *Abdomen* globoſum, ſed anus quaſi capitulo eminet. *Antennæ* nigræ, corporis longitudine, quas divaricatas antrorſum protendit, apice albæ.

1929. PODURA *fuſca* globoſa fuſca nitida, antennis longis: articulis plurimis. *Fn* 1174.
*Act. ſtockh.* 1743. *p.* 296. *t.* 7.
Habitat ſuper lignis putridis.

1930. PODURA *plumbea* teres fuſco-cærulea nitida.
Podura teres plumbea. *Fn.* 1175.
Habitat in *arboribus* vel pratis, ſemper ſolitaria; & in *Fungis* frequens.

*DESCR.* Reliquis major & pediculi vulgaris magnitudinem attingens, omnino teres, fuſco-cærulea, polita, pilis raris adſperſa: *Pedes* albidi: *curſitat* & interdum ſalit. *Pedes* ani etiam albi.

1931. PODURA *nivalis* oblonga cinerea ſignaturis nigris. *Fn.* 1176.
*De Geer. Act. upſ.* 1740. *p.* 54. *t.* 2. Podura campeſtris cinerea, ſignaturis nigris, antennis longis.
*Suecis* Snöloppa.
Habitat hyeme gregatim in ipſa nive, curſitans agiliſſime, ni liqueſcat nix, qua perit: æſtate frequens in *Ribis baccis rubris*, tum ſolitaria.

*DESCR.* *Corpus* oblongum, cinereum, characteribus nigris notatum.

1932. PODURA *arborea* nigra, pedibus furcaque albis. *Fn.* 1177.
*De Geer. act. ſtockh.* 1740. *p.* 272. *t.* 4.
*Act. upſ.* 1740. *p.* 49. *t.* 1. Podura campeſtris nigra ſplendens, pedibus caudaque albis.
Habitat in Oelandiæ Aceribus inter ligna putrida, & alibi.

*DESCR.* Tota parva, nigra: *Caudæ* furca cum pedibus & antennis verſus baſin albæ.

1933. PODURA *cincta* cylindrica griſea; abdominis cingulo atro: antice albo.
Habitat in Sylvis.

1934. PODURA *aquatica* aquatica nigra. *It. gotl.* 181. *Fn.* 1178.
*De Geer act. holm* 1740. *p.* 279. *t.* 3. 4.
*Act. upſ.* 1740. *p.* 57. *t.* 3. Podura aquatica tota nigra.
Habitat in *Aquis* quietis & pacatis. Phalanges juxta littora piſcinarum format, horis præſertim matutinis, ac ſi littora gelu coiviſſent, cum intra phalanges quietior aqua ſit.
*DESCR.* Præter duos ſexus a D. *De Geer* egregie deſcriptos, etiam tertium, ni fallor, ſexum obſervo, ſeu animalcula longe adhuc minora, rubra, rotundiora ſeu magis gibba, reliquis mixta.

1935. PODURA *fimetaria* terreſtris alba. *Fn.* 1180.
Habitat in terra prægnante, præſertim in hortis, ubi Melones & plantæ ſeruntur in ventre equino, tempore verno; hic infinita copia occurrit, & atomorum volitantium inſtar ſaltat, præſertim poſtquam humus humectata fuit.
*DESCR.* Hæc omnium minima eſt, totaque alba.

1936. PODURA *ambulans* alba, furca extenſa.
Pediculus terreſtris niveus. *Fn.* 1170.
Habitat in terra ſubhumente calida, proin frequens in *terra prægnante* & ollis in hypocauſto per totam hyemem, adſcendens quoties aqua irrigatur, deſcendens cum terra ſicca evadit.
*DESCR.* Facies omnino Poduræ, teres, oblonga, alba, mollis, ſed furca carens, præter quod cauda ſit bifida; non ſalit.

## Termes.

1937. TERMES *pulſatorium* abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis.
Pediculus ligni antiqui. *Fn.* 1168.
*Act. ſtockholm.* 1754. *p.* 152.
*Blanck. belg.* 169. *t.* 14. *f. F.* Pediculus ligni.
*Raj. inſ.* 8. Pediculo cognatus & ſimilis.
*Bradl. nat. t.* 27. *f.* 3.
*Derrham. act. angl. n.* 271. *p.* 231.
291. *p.* 1586.
*phyſico-theol. p.* 119. Pediculus pulſatorius, fatidicus, mortiſaga. *Allin.*

*Allen. act. angl. n.* 245 *p.* 376.
Habitat in antiquis lignis, Libris diu relictis, muris; currit ſolitarius, pulſat inſtar horologii ſuper ſquamam ligni aridi ipſo abdomine. *Roland. act. Holm.* 1. *c.*
*DESCR. Corpus* oblongum, pallidum. *Oculi* flavi. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine (in plerisque) ipſius corporis; macula fuſca annularis intra abdomen & pone hanc verſus anum punctum fuſcum: ſegmenta abdominis ad latera punctis rufis ſingula notata ſunt. *Os* rufum.

1938. TERMES *fatidicum* abdomine ovato, ore pallido, oculis fuſcis.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 2. *t.* 10.
Habitat in Herbario meo.
*DESCR.* Præcedenti ſimile, ſed duplo majus. *Oculi* fuſci. *Os* pallidum.

## Pediculus.

1939. PEDICULUS *Humanus* humanus. *Fn.* 1153.
*Rhed. exper. t.* 18. Pediculus ordinarius.
*Mouff. lat.* 259. Pediculus.
*Swamm. quart.* 169. *t.* 7. Pediculus.
*Bonan. micogr. f.* 55.
*Anon. angl. p.* 203. *f.* 11.
*Merr. pin.* 202. Pediculus in capite ſimpliciter.
*ib.* Pediculus corporeus maculatus.
*Suecis* Luus.
Habitat in homine, præſertim in capite Puerorum, & veſtimentis Nautarum, Militum &c. Maximos in Fodinæ Fahlunenſis cryptis calidioribus reperi. Qui in veſtimentis victitat ab eo, qui in capite vivit, non differt ut ſpecies, ſed tantum varietas.

1940. PEDICULUS *Pubis* pubis. *Fn.* 1154.
*Rhed. exp. t.* 19. *f.* 1. Pediculus inguinalis.
*Pet. gaz. t.* 67. *f.* 9. Pediculus inguinalis.
*Mouff. lat. p.* 200. Pediculus ferus.
*Raj. inſ.* 8. Pediculus ferus.
*Merr. pin. p.* 202. Pediculus Morpio.
*Suecis* Flat-luus.
Habitat in hominum immundorum pube & ciliis.

1941. PEDICULUS *Veſpertilionis* thorace angulato-cruciato, pedibus ungulatis corpore longioribus.
*Friſch. germ.* 7. *t.* 7.
Habitat in *Veſpertilione murino:* in plano incedere neſcius.

1942. PEDICULUS *Suis* Suis Scrofæ.
Habitat in *Suibus* domeſticis.

1943. PEDICULUS *Porcelli* Muris Porcelli.
Habitat in *Mure Porcello.*

1944. PEDICULUS. *Cervi* Cervi.
*Friſch. germ.* 12. *t.* 5.
Habitat in *Cervis.*

1945. PEDICULUS *Ovis* Ovis Arietis.
Habitat in *Ovibus.*

1946. PEDICULUS *Tauri* Bovis: abdomine lineis transverſis octo ferrugineis. *Fn.* 1155.
*Suecis* Roe-luus.
Habitat in *Vaccis*; hæc minor eſt ſpecies, datur & altera quæ major & inſequens.
*DESCR. Totus* albus, minimus. *Caput* teſtaceum. *Pedes* teſtacei, apice albidiores. *Abdomen* album, lineis octo teſtaceis transverſis in dorſo; quinque faſciis transverſis in ventre; quæ omnes lineæ non tangunt marginem ſeu latera; latera tamen obſcuriora reliquo corpore ſive punctis octo ferrugineis notata.

1947. PEDICULUS *Vituli* Bovis: abdomine plumbeo. *Fn.* 1156.
*Suecis* Blåluus.
Habitat in Bobus.
*DESCR.* Præcedenti major: *Abdomine* ventricoſo, acuminato, cæruleo-fuſco; *Pedibus* brevibus, craſſis, griſeis, ut & *capite* & *thorace* griſeis.

1948. PEDICULUS *Equi* Equi Caballi.
Habitat in *Equis.*

1949. PEDICULUS *Tinnunculi* Falconis Tinnunculi. *Fn.* 1157.
*Rhed. inſ. t* 13. Pediculus Tinnunculi.
Habitat in *Falcone Tinnunculo.*
*DESCR.* Inter omnium maximos pediculos, quos unquam vidi, hic erat: *Corpus* depreſſum, ovali-oblongum. *Caput* antice obtuſum, verſus aurium regionem utrinque retrorſum obtuſe ſagittarum. *Thorax* marginatus fere, ut in Carabo ſeu Cantharide. *Abdomen* in 9 ſive 10 ſegmenta diviſum, margine omnino integro, linea notato. Palatum prominet. *Ungues* ſolitarii, in vola manus ſpongioſum quid; *Femora* verſus apicem introrſum quaſi mutilata.

1950. PEDICULUS *Corvi* Corvi Coracis. *Fn.* 1158.
*Rhed. exper. t.* 16. Pulex Corvi.

Habi-

Habitat in *Corvo Corace.*

*DESCR. Abdomen* ovali-oblongum, utrinque contractum, depreſſum, planum, cinereum, lineis ad inciſuras duodecim vel decem nigris. *Collum* breviſſimum. *Caput* minimum, nigrum. *Pedes* breviſſimi. *Antennæ* breviſſimæ, retrorſum flexæ. Subſtantia animalculi tenaciſſima, licet digitis validiſſime preſſum tamen vivaciſſimum & curſitans.

1951. PEDICULUS *Infauſti* Corvi infauſti.
Pediculus Picæ Lapponicæ. *Fn* 1159.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 37. *n.* 3. Pediculus Turdi Merulæ montanæ dicti.
Habitat in *Corvo infauſto.*

*DESCR. Abdomen* ovatum, gibbum, diaphanum, pallidum, utrinque ad baſin ſquamula veluti ala ſpuria notatum. *Thorax* anguſtiſſimus, brevis. *Caput* minimum, ſubrotundum, obtuſum. *Oculi* nigri. *Antennæ* longitudine corporis, tenuiſſimæ, albæ. *Pedes* tenuiſſimi, ſatis longi; Magnitudo minimi pediculi capitis, valde tener, facile ſolo tactu conquaſſandus.

1952. PEDICULUS *Anſeris* Anatis Anſeris.
Habitat in *Anſeribus.*

1953. PEDICULUS *Sternæ* Sternæ Hirundinis. *Fn.* 1161.
Habitat in *Sterna nigra.*

*DESCR. Caput* trigonum, latum, obtuſum, pallidum. *Thorax* breviſſimus, anguſtiſſimus. *Abdomen* ovatum, longitudine anterioris corporis, in medio longitudinaliter nigricans. *Antennæ* breviſſimæ, capillares. *Pedes* breviſſimi, craſſi: quorum antici breviſſimi ſub capite. *Abdomen* ſubtus concavum.

1954. PEDICULUS *Gruis* Ardeæ Gruis. *Fn.* 1162.
*Rhed. inſ. t.* 3. Pulex Gruis.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 15. *t.* 4. Pediculus Gruis.
Habitat in *Ardea Grue.*

1955. PEDICULUS *Ciconiæ* Ardeæ Ciconiæ.
Habitat in *Ciconiis.*

1956. PEDICULUS *Recurviroſtræ* Recurviroſtræ Avoſettæ. *It. œl.* 90. *Fn.* 1163.
Habitat in *Recurviroſtra Avoſetta.*

*DESCR. Corpus* fuſcum, oblongum. *Caput* obſolete triangulum, acuminatum, linea transverſali excavata in medio. *Abdomen* oblongum, fere lineare, in medio paulo latius, inciſuris octo. *Pedes* breves, curvi. *Antennæ* breves, parvæ, capitatæ.

1957. PEDICULUS *Hæmatopi* Hæmatopi Oſtralegi. *It. œl.* 90. *Fn.* 1164.

Habi-

Habitat in *Hæmatopo Oſtralego.*

*DESCR. Magnitudo* pulicis, totus glaucus. *Caput* ſubrotundum, glaberrimum, convexo-planum *Abdomen* obverſe ovatum inciſuris decem, transverſis, pallidis. *Pedes* breves. *Antennæ* breviſſimæ. *Thorax* anguſtisſimus; pili ad latera poſterioris abdominis.

1958. PEDICULUS *Meleagridis* Meleagridis Gallopavonis. *Fn.* 1160.

*Red. expor. t.* 1. *f.* 2. Pediculus Accipitris.

Habitat in Meleagride ſ. Gallo pavone 164.

*DESCR. Caput* planum, antice rotundatum, poſtice dentato angulatum margine retrorſum ſubulatum. *Thorax* medio cordatus, utrinque angulatus. *Abdomen* griſeum 8 vel 10 inciſuris longitudinaliter in medio album. *Antennæ* breves: affinis Pediculi caponis.

1959. PEDICULUS *Gallinæ* Phaſiani: thorace capiteque utrinque mucronato. *Fn.* 1166.

Habitat in *Gallinis.* Ruſtici noſtri pediculis laborantes gallinas curant pulvere Piperis butyro mixto & ſubacto, quod gallinis devorandum præbent, experimento raro fallente.

*DESCR.* Pediculo vulgari minor: *Corpus* pilis griſeis adſperſum. *Abdomen* oblongum, ovatum, 8 vel 9 inciſuris. *Caput* lunatum: cruribus poſteriora ſpectantibus. *Antennæ* breviſſimæ. *Thorax* utrinque angulo acute recto mucronatus.

1960. PEDICULUS *Caponis* Gallinæ: abdominis margine nigro. *Fn.* 1165.

*Rhed. inſ. t.* 16. Pulex capi.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 24. *t.* 24. Pediculus galli.

Habitat in *Gallina domeſtica.*

*DESCR.* Magnitudo ovi pediculi humani (ſeu Lendis.) *Corpus* depresſum, caudam verſus obtuſum: *Abdominis* latera nigra, dorſo albo diaphano; macula nigra verſus caput, quæ cor transparens: *Caput* album: *Antennas* motitat.

1961. PEDICULUS *Tetraonis* Tetraonis Tetricis.

Habitat in *Tetraonibus.*

*DESCR. Caput* ſemi ovatum, poſtice truncato-emarginatum, angulis poſticis emarginato-truncatis, antice rotundatum, ſupra planum. *Collare* lunatum. *Abdomen* ovatum, obtuſum margine ſerrato inciſuris novem ferrugineis. *Antennæ* breviſſimæ, obtuſæ.

1962. PEDICULUS *Lagopi* Tetraonis Lagopi. *Fn.* 1167.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 37 *n.* 2. Pediculus Tetraonis Lagopi dicti.

Habitat in *Tetraone Lagopo.*

DESCR.

*DESCR.* *Corpus* depreſſum, utrinque obtuſum. *Abdomen* antice anguſtatum, poſtice dilatatum, figura fructus Burſæ paſtoris aut Veronicæ capſulæ, cinctum margine nigro introrſum ſerrato. *Caput* absque thorace notabili adfixum, utrinque obtuſum, lateribus emarginatum.

1963. PEDICULUS *Hirundinis* palleſcens, abdomine obovato albo nigro contaminato lateribus ſetoſo: ſetis poſticis majoribus.
Habitat in *Hirundine apode.*

1964. PEDICULUS *Farionis.*
Habitat in *Salmone Farione* Maris Norvegic. A. Martin.
*DESCR.* *Corpus* album. *Caput* brevius, latius. *Collare* breviſſimum. *Thorax* ſubquadratus. *Abdomen* ovatum, depreſſum. *Pedes* ſex, breviſſimi. Supra *Caudam* cylindri duo, corpore longiores, tuberculis obtecti.

## Pulex.

1965. PULEX *irritans* proboſcide corpore breviore.
Pulex ater. *Fn.* 1171.
*Leuwenh. epiſt.* 1. *p.* 357. *f.* 7.
*Hook. microgr. f.* egregia.
*Bonan microgr. f.* 56.
*Anon. angl. p.* 204. *f.* 12.
*Merr. pin* 202.
*Raj. inſ.* 7. Pulex vulgaris.
*Friſch. germ.* 11. *p.* 8. Pulex.
*Suecis* Loppa.
Habitat in hominibus, præſertim fæminis, autumno vulgaris; in nidis hirundinum ripariarum copioſiſſima. In Laponia non vidi.

## Acarus.

1966. ACARUS *Reduvius* obovatus planus: abdominis macula baſeos obovata.
Acarus ovinus. *Fn.* 1192.
*Charlet. onom.* 49. Reduvius.
*Raj. inſ.* 9. Pediculus ovinus, quem Mouffetus Reduvium vocat.
*It. œl.* 62. 126. Feſting.
*Oelandis* Feſting.
Habitat in *Ovibus*, quarum lanas vitiat.
*DESCR.* *Corpus* depreſſum, magnitudine cimicis lectularii. *Abdomen* in dorſo

dorſo anterius macula ovata, in medio pallida, cincta fuſcedine ſtrias retrorſum emittente.

*OBS.* Variat colore: ſemper depreſſus & planus margine laterali prominente.

1967. ACARUS *Ricinus* globoſo-ovatus, abdominis macula baſeos rotunda, antennis clavatis.

Acarus abdomine livido, antice ovato-fuſco, antennis clavatis. *Fn.* 1193.

*Raj. inſ.* 10. Ricinus caninus.

*Friſch. germ.* 5. *p.* 41. *t.* 19. Pediculus caninus.

*Suecis* Flott.

Habitat in *Bobus* frequens, ut & *Canibus.*

*DESCR.* Corpus ovato-globoſum, luteo albidum, macula nigra rotunda ad baſin abdominis in tergo; *Anus* infra abdomen. *Thorax* vix conſpicuus. *Caput* minimum. *Os* bifidum. *Caput* & Pedes nigri. *Antennæ* clavatæ, longitudine roſtri.

1968. ACARUS *cancroides* antennis cheliformibus, abdomine ovato depreſſo.

Acarus pedibus primi paris cheliformibus. *Fn.* 1187.

*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 10. 1, 2.

*Friſch. germ.* 8. *p.* 2. *t.* 1. Scorpio-araneus.

*It. œl.* 84. Acarus Scorpio-araneus dictus.

Habitat in *domibus* diu clauſis, nec aëri expoſitis, ut & in ciſtis & cellulis. Capite penetrabat femur ruſtici tempore nocturno, inde Papula magnitudine nucis Coryli, cum dolore horrendo totius femoris. *D. D. Bergius.*

*DESCR.* Chelis cancrinis priorum pedum & ingreſſu retrogrado facile dignoſcitur a reliquis. Victitat Termete pulſatorio.

1969. ACARUS *craſſipes* pedibus ſecundi paris craſſiſſimis. *Fn.* 1189.

Habitat in terra, ubique diſcurrens, ſæpe gregarius, ut plures in eodem loco reperias; in hortis frequens.

*DESCR.* Magnitudo minoris pulicis: *Color* totius corporis caſtaneus: *Femora* ſecundi paris monſtroſe craſſa cheliformia, deſinente tamen chela in tenuem pedem reliquis ſimilem; hinc pes ſecundi paris juxta baſin & femur valde craſſus, quatuor denticulis ſive ramis aut ſpinis armatus; apex chelæ flexilis eſt, ut eo melius apprehendat; hoc pede tamen non incedit.

*OBS.* Huic ad anum adhærentem reperi alium *ACARUM*, *caſtanei coloris, minimum, teſtudinarium* ſive depreſſum, margine undique acuto, pedibus breviſſimis, æqualibus, adeoque forte diverſæ ſpeciei, ni ſingularem aliquam metamorphoſin ſubeat.

1970. ACARUS *Paſſerinus* femoribus tertiis craſſiſſimis.

Acarus pedibus tertii paris maximis. *Fn.* 1190.

De

*D. Geer. act. holm.* 1740. *p.* 351. *t.* 1. *f.* 2. Acarus avium, pedibus tertii paris mole monſtroſis.
*Rhed. inſ. t.* 2. *f.* 4. Pulex Sturni.
Habitat in *Paſſere Fringilla cœlibe*, nobis adhuc dum non viſus.

*DESCR.* Eſt minimus, punctum nigrum in dorſo; *Pedes* tertii paris magni; Femora enim hujus ambo ſimul mole ipſum corpus fere adæquant, reliquis minimis: his monſtroſis pedibus non incedit, ſed modo ſeſe adfigit pennis vivaciſſimæ & agiliſſimæ avis, ne excutiatur, vide plura in actis ſtockh. l. c. Hunc male delineavit *Rhede*, egregie vero. *D. De Geer.*

1971. ACARUS *motatorius* pedibus primis longiſſimis motatoriis *Fn.* 1188.
Habitat in *Fungis*; celeriter currit.

*DESCR.* Magnitudo lendis: *Color* cereus, exalbidus vel ſubflavus; *Pedes* anteriores longiſſimi, hos erigit ſæpe inter curſitandum, & motitat inſtar antennarum; ſuntque hi corpore longiores & reliquis pedibus pallidiores.

1972. ACARUS *Aphidioides* ruber; pedibus primoribus longioribus curſoriis abdomine poſtice bicorni. *Fn.* 1191.
Habitat in *Pini* truncis.

*DESCR.* Parvus ruber; *Pedes* primi paris reliquis longiores, quos non erigit, ſed iis uti reliquis currit. *Abdomen* poſtice duobus corniculis inſtructum uti aphidum.

1973. ACARUS *coleoptratus* ater; lateribus nigro coleoptris. *Fn.* 1211.
Habitat ſub *lapidibus.* P. Kalm.

*DESCR.* Minimus eſt; magnitudine vix ſeminis Papaveris; octo pedibus; dorſo glabro, nitido, latera verſus caput acuta quaſi coleoptra brevi nigra, hinc abdomen caput reſpiciens, quaſi antrorſum bicorne & ad latera auctum membranula nigra, non tamen mobili, ut in Coleoptratis.

1974. ACARUS *telarius* hyalino-fulvus.
Acarus viridi-albicans foliorum Tiliæ. *Fn.* 1212.
Acarus Alceæ. *Fn.* 1196.
Habitat in Foliis Tiliæ, Alceæ, aliarumque, at frequens in *Caldariis*, ubi plantis ſumma calamitas, quas facit pallescere & ductis filis vix conſpicuis ſuffocat.

*DESCR.* Nudis oculis vix conſpicuus; totus hyalini coloris utroque latere ferrugineo.

1975. ACARUS *Siro* lateribus ſublobatis, pedibus quatuor poſticis longiſſimis, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine ſetoſo.
Acarus farinæ. *Fn.* 1195.

*Leuw. arcan. t.*
*Blank. belg. p* 158. *t.* 14. *f. A. B.*
*Bonan. N. C. dec.* 2. *anno* 10. *app.* 34. Acarus ex arido caſeo.
*Riv. prurit.* 18. *fig. D. E. F. G. I. K. L. N.*
*Suecis* Mahl.
Habitat in *Farina* antiqua, antiquoque *Caſeo.*

β Acarus humanus ſubcutaneus. *Fn.* 1194.
*Ettmüll. act. lipſ.* 1682. *p.* 319.
*Rivin. diſſ. exanth. p.* 18. *f. A. B.*
*Act. upſ.* 1736. *p.* 37. *n.* 5. Acarus ſcabiei.
*Suecis* Klâmaſk.
Habitat ſub *cute hominis ſcabiem* cauſſans, ubi veſiculam excitavit, parum recedit, corporis rugas ſecutus, quieſcit iterum & titillationem excitat; nudis oculis ſub cuticula deliteſcens obſervatur ab adſueto, acu facile eximitur, ungui impoſitus vix movetur, ſi vero oris calido halitu affletur, agilis in ungue curſitat;

*DESCR.* Minimus magnitudine vix lendis, ſubrotundus, capite vix conſpicuo, ore, ut & pedibus ruffis ſive teſtaceis. *Abdomen* ovatum, hyalinum, in dorſo duplici linea lunari ſeu pari linearum fuſcarum recurvatarum notatum, & quaſi lobo utrinque.

1976. ACARUS *exulcerans* pedibus longiſſimis ſetaceis: anticis duobus brevibus.
Habitat in *Scabie ferina*, cujus cauſſa eſt.

1977. ACARUS *geniculatus* niger; femorum geniculis globoſis. *Fn.* 1210.
Habitat in ramis emortuis.

1978. ACARUS *aquaticus* abdomine depreſſo tomentoſo poſtice obtuſo, aquaticus.
Acarus aquaticus ruber, abdomine depreſſo. *Fn.* 1199.
*Charlet. onom.* 47. Bupreſtis araneolæ.
*Friſch. germ.* 8. *p.* 5. *t.* 3. Araneus aquaticus ruber parvus.
*Smolandis* Qualſter.
Habitat in *Lacubus* ſub aqua, ubi cito currit, globum ſæpe trahens poſt ſe, velociter natans, ova rubra in Nepis ponens.

*DESCR. Corpus* ovatum, parum in dorſo depreſſum, coccineum.

1979. ACARUS *holoſericeus* abdomine depreſſo tomentoſo poſtice retuſo, terreſtris.
Acarus terreſtris ruber; abdomine depreſſo. *Fn.* 1200.

*Blank.*

*Blank. belg.* 170. *t.* 14. *f. I.* Araneus terreſtris ſcharlatinus.
*Liſt. aran.* 100. *f.* 38. Araneus exiguus coccineus vulgo anglice a Tant dictus.
*Raj. inſ.* 41. *n.* 38. Nomen Liſteri.
*Pet. muſ.* 65. *n.* 701. Araneus anglicus coccineus minimus.
*It. œl.* 84. Acarus coccineus terreſtris.
*Oſtrogothis* Bråfrö.
Habitat in *terra*; in aqua non movetur, ſed perit.
*DESCR.* Præcedenti quam ovum ovo ſimilior. *Totus* ruber, holoſericeus & coccineus. *Caput* minimum: *Oculi* duo. *Pedes* utrinque quatuor multis articulis. *Abdomen* magnum, depreſſum, pone & lateribus gibbum, poſtice ſulcatum. Magnitudo antecedentis. *Palpi* duo apice deſinentes in unguem & articulum ovatum.

1980. ACARUS *Baccarum* abdomine diſtento rubro: lateribus obſcurioribus. *Fn.* 1201.
Habitat ubique in arboribus, præſertim in *Ribe rubro* ejusque baccis, celerrime curſitans, vulgatiſſimus.
*DESCR.* Præcedentibus multoties minor: minime dorſo depreſſus, nec rugoſus, nec ſericeus ſeu villoſus, ſed glaber & undique tumidus: punctum obſcurum utrinque ad thoracem. Pili hinc inde enati.

1981. ACARUS *Muſcarum* abdomine rufo, pedibus poſticis longiſſimis filiformibus. *Fn.* 1209.
Habitat in *Muſcis*, omnium minimus.

1982. ACARUS *gymnopterorum* abdomine rubro: lateribus punctis binis coccineis.
Acarus gymnopterorum ruber, punctorum coccineorum utrinque pari. *Fn.* 1208.
Habitat in *Culicibus Apibus* aliisque, uti ſequens acarus in Coleoptratis.
*DESCR.* Ruber, minimus, ut oculi & pedes nudo voculo diſtingui nequeant: *Abdomen* globoſum, læte rubrum, pilis quibusdam hiſpidum; in anteriore abdominis parte, ad latera, utrinque par punctorum obſcurius rubrorum, quorum punctum alterum anterius, alterum poſterius.

1983. ACARUS *Coleoptratorum* rufus: ano albicante. *Fn.* 1198.
*Liſt. loqu.* 381. Pediculus ſubflavus ſcarabæis infeſtus.
*Blank. belg.* 168. *t.* 14. *f. H.* Pediculus inſectorum volatilium.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 17. *t.* 10. Pediculus ſcarabæi currens.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 37. *n.* 2. Acarus inſectorum coleoptratorum.
*Reaum. gall.* 6. *t.* 4. *f.* 14. 13.

Habitat in *Scarabæis* Apibus hirſutis ſimilibusque, ſub pectore vel intra femora.

*DESCR. Corpus* ſubrotundum, rufum, convexum, durum; *Caput* & collum vix manifeſte; verſus anum albicans. *Pedes* veloces, anteriore longiore. *Sutura* transverſalis diſtinguit corpus ſupra.

1984. ACARUS *rupeſtris* fuſcus: linea dorſali bicolori. *Fn.* 1202.

Habitat in lapidibus & campis.

*DESCR.* Magnitudo & figura A aquatici, ſed *Curſus* obſcurum; Abdominis linea dorſalis longitudinalis utrinque dilatata, anterius in aliis alba, in aliis rubra; communiter anterius albida, poſterius rubra; cæterum abdomen nebuloſo-nigrum eſt, pedes rubri.

1985. ACARUS *rupeſtris* ruber, antennis roſtro longioribus. *Fn* 1205.

Habitat in *petris*; raro in capite humano ubi multum irritat.

*DESCR.* Facile hic ab omnibus aliis dignoſcitur *Antennis* roſtro longioribus; antennæ enim in reliquis vix manifeſtæ ſunt; has antennas numero præter octo ordinarios pedes, adeoque non pedes primores pro antennis habeo. Roſtrum, antennæ, pedes, corpore pallidiora ſunt.

1986. ACARUS *littoralis* fuſco-rufus, pedibus ſanguineis. *Fn.* 1206.

*It. œl.* 96. Acarus.

Habitat ad littora *maris* Oelandici in *petris*.

1987. ACARUS *Fungorum* fuſco-rufeſcens abdomine ſubgloboſo glabro. *Fn.* 1207.

Habitat ad radices *Fungorum* gregatim, tarde incedens.

*DESCR.* Magnitudo lendis. *Totus* ferrugineus ſeu triſte rufeſcens, undique valde glaber, abſque lateralibus maculis.

1988. ACARUS *ſcaber*, cinereus depreſſus; lateribus ſcabris. *Fn.* 1197.

Habitat in *terra* primo vere frequens.

*DESCR.* Eſt minimum animalculum; *Corpus* depreſſum, obſcure cinereum; *Abdominis* latera a tergo punctis elevatis ſcabra; anus depreſſus, bidentatus; tergo impoſitus pedes undique protendit.

1989. ACARUS *Salicinus* ruber: dorſali linea duplici fuſca antice bifurca.

Acarus ſalicinus ruber, dorſo fuſco. *Fn.* 1203.

Habitat in *Salice*, ubi currit velociſſime.

*DESCR.* Aquatico ſimillimus magnitudine. Linea dorſalis duplex parallela longitudinalis fuſca, verſus thoracem bifurca.

1990.

1990. ACARUS *croceus* fulvus, thoracis lateribus puncto rufo.
Acarus Salicinæ roſæ. *Fn.* 1204.
Habitat in *Salice minima*, monſtroſa in roſæ formam, cum Tenthredine frequens.
*DESCR. Corpus* vix conſpicuum nudis oculis, croceum ſive dilute fulvum; *Thorace* utrinque puncto rufo ſaturato.

1991. ACARUS *Tremellæ* ſubgloboſus atro-cæruleſcens nitidus.
Habitat in *Tremella juniperina*.

## Phalangium.

1992. PHALANGIUM *Opilio* abdomine ovato ſubtus albo.
Acarus pedibus omnibus longiſſimis. *Fn.* 1186.
*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 10. 3.
*Aldr. inſ.* 607. *t.* 608. *f.* 4. Araneus XIV.
*Mouff. lat.* 234. *f.* 4. Araneus longipes.
*Hoffn. inſ.* 2. *t.* 9.
*Goed. belg.* 2. *p.* 197. *f.* 49.
*Liſt. goed.* 348. *f.* 143.
*angl.* 95. *t.* 1. *f.* 35. Araneus cinereus criſtatus.
*Raj. inſ.* 39. *n.* 35. Nomen Liſteri.
*Bradl. natur. t.* 24. *f.* 2.
*Suecis* Läcke.
Habitat in plantis & aliis corporibus non infrequens.

## Aranea.

1993. ARANEA *diadema* abdomine ſubgloboſo rubro-fuſco: cruce albo-punctata. *Fn.* 1214.
*Clerck. aran. t.* 1. *f.* 4. 3.
*Aldr. inſ.* 607. *t.* 608. *f.* 9. Araneus IX.
*Jonſt. inſ. t.* 18. *f.* 17. 19. 20.
*Hoffn. inſ. t.* 4. *f.* 16. & *t.* 8. *f.* 16. 17. & *edit. alt.* 4. *t.* 3. *f. penult.*
*Mouff. lat.* 233. *f.* 1. Araneus velarius maximus.
*Liſt. aran.* 28. *f.* 2. Araneus rufus ſive avellaneus cruciger, cui utrinque ad ſuperiorem alvi partem, quaſi ſingula tubercula prominent.
*Raj. inſ.* 18. *n.* 2. Nomen Liſteri.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 7. *t.* 4. Araneus magnus rubroluteus.
Habitat in *arboribus*, præſertim Betula.

*DESCR* Colore rufo & magnitudine & ovato abdomine ab omnibus differt, in dorſo abdominis crux alba ex articulis tanquam diadema.

1994. ARANEA *reticulata* exalbida, abdomine globoſo reticulato ſupra purpuraſcente fuſco nebuloſo. *Fn.* 1221.

Habitat in Hortis. *O. Celſius.* S. S. Th. Doct.

*DESCR.* *Corpus* albicans. *Thorax* hyalini coloris a tergo macula oblonga nigricans, lateribus puncta nigra. *Abdomen* tenuiſſime reticulatum album, vaſis nigricantibus, in dorſo nebuloſum e fuſco & verſus latera obſcure purpuraſcens. *Pedes* nigris maculis.

1995. ARANEA *cucurbitina* abdomine ſubgloboſo flavo: punctis quibusdam nigris. *Fn.* 1224.

*Clerck. aran. t.* 2. *f.* 4.

*Liſt. aran.* 34. *f.* 5. Araneus viridis, cauda nigris punctis utrinque ad marginem ſuperne notata, ipſo ano croceo.

*Raj. inſ.* 20. *n.* 8. Liſteri nomen.

Habitat in Betulis, Malis, Pyrisque, *veſperi* frequens. Mater adſidet reti laxo ova involventi, nec facile abigitur.

*DESCR.* *Thorax* & pedes pallidi; linea nigra ad thoracis latera utrinque. *Pedum* articuli ſpinoſi, ad apices omnes nigricantes. *Abdomen* ovatum, viride, utrinque verſus anum punctis quatuor nigris & in diſco abdominis, verſus ejus baſin, punctorum 3 paria nigricantia excavata. *Anus* ſæpe fulvus.

1996. ARANEA *Calycina* abdomine globoſo pallido flaveſcente. *Fn.* 1228.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 6. Aranea globoſa pallida flores inhabitans.

Habitat in *Horto Upſalienſi* rarius, ubi ſe recondit intra calyces plantarum, aſperifoliarum præſertim, poſtquam corolla decidit; hic ſeſe occultat, muſcas quærentes cibum capit absque rete, dum immittunt proboſcidem vel pedem ejus calyci.

*DESCR.* Media. *Abdomen* albidum vix manifeſte flaveſcens; ſupra punctis excavatis: 1 ad baſin; dein 2 parva; tum 2 media. *Thorax* lateribus linea vireſcente. *Pedes* longi, ad latera protenſi.

1997. ARANEA *bipunctata* abdomine globoſo atro: punctis duobus excavatis. *Fn.* 1232.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. Aranea atra, abdomine ſuperne duobus punctis excavato.

Habitat interdum in *feneſtris*; tela non geometrica, ſed variis filis ſparſis conſtantia.

*DESCR.* *Tota* atra. *Pedes* teſtacei; *Abdomen* globoſum, glabrum, nitidum, punctis duobus non coloratis a tergo in medio impreſſis notatum & ſi probe attendas, aliis adhuc duobus, paulo anterioribus, ſed minoribus. A capite per thoracem & abdomen ducitur linea inter punctorum [illegible] ad anum uſque ſordide teſtacea.

1998.

1998. ARANEA *arundinacea* abdomine ſubgloboſo albo: maculis dilute fuſcis. *Fn.* 1243.

Habitat intra paniculam *Arundinum*

*DESCR.* Eſt inter minores generis ſui. *Abdomen* albidum maculis fere ut domeſticæ, ſed dilutioribus & magis diſtinctis. *Thorax* lividus ſive griſeus. *Caput* ſupra canum.

1999. ARANEA *angulata* abdomine ovato antice lateribus angulato-acuto.

Aranea abdomine antice lateribus acuminato. *It. gotl.* 216. *Fn.* 1213. *Clerck. aran. t.* 1. *f.*

Habitat in arboribus, præſertim *Gotlandiæ.*

*DESCR.* Maxima, utpote ultimum articulum pollicis ſæpe æquans. Differt ab omnibus figura abdominis, quæ antice quaſi bicornis, prominentiis valde diſtantibus, differt etiam colore abdominis maculato ex albo, luteo & atro. *Pedes* albo & nigro variegati; rubedo in toto corpore nulla.

2000. ARANEA *domeſtica* abdomine ovato fuſco: maculis nigris quinque ſubcontiguis, anterioribus majoribus.

Aranea fuſca; dorſo maculis quinque longitudinalibus ſubcontiguis nigris: anterioribus longioribus. *Fn.* 1215. *Clerck. aran. t.* 2. *f.* 9.

*Liſt. aran.* 59. *n.* 17. Araneus ſubflavus hirſutus, prælongis pedibus domeſticus.

*Raj. inſ.* 27. *n.* 17. Liſteri nomen.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 7. Aranea fuſca: maculis quinque nigris dorſalibus longitudinalibus contiguis.

*Suecis* Foenſter-Spindel. Dwaerg. *Smolandis* Lâche.

Habitat in feneſtris noſtris vulgatiſſima.

*DESCR. Caput* & *Thorax* pellucida. *Abdomen* pallidum maculis oblongis, transverſalibus, longitudinaliter digeſtis, nigris, quinis, fere contiguis, anticis latioribus, verſus poſteriora ſenſim anguſtioribus factis.

2001. ARANEA *lineata* abdomine ovato albido: lineis tribus longitudinalibus punctorum nigricantium. *Fn.* 1020.

Habitat in nemoribus.

*DESCR. Pedes* lividi annulis nigris. *Thorax* lividus linea longitudinali & lateralibus nigra. *Abdominis* tres lineæ longitudinales ex punctis nigricantibus concatenatæ.

2002. ARANEA *riparia* abdomine ovato nigro-æneo: ano ſubluteo bicorni. *It. œl.* 125 * *Fn.* 1222.

Habitat in *ſabulo riparum* & littorum, telas horizontaliter extendens.

2003. ARANEA *labyrinthica* abdomine fuſco ovato; linea exalbida pinnata, cauda bifurca. *It. gotl.* 251. * *Fn.* 1223. *Clerck. aran. t.* 2. *f.* 8.

*Liſt. aran.* 60. *n.* 18. Araneus cinereus maximus, ani appendicibus inſigniter prominentibus.
*Raj. inſ.* 27. *n.* 18. Liſteri nomen.
Habitat in pratis *graminoſis Oelandiæ* & *Gotlandiæ*, ubi rete extendit ſuper gramina horizontale, album, latum, margine puteo cylindraceo ex crasſiore réti contexto, in cujus fundo occultatur aranea ab avibus ſecura, radiisque ſolis minus expoſita; quam primum quis tangit rete, mox e ſpelunca exit in ſpem prædæ.

*DESCR. Thorax* griſeus lineis tribus pallidis longitudinalibus. *Abdomen* fuſcum, nitidum, linea dorſali exalbida, longitudinali, minima, ſtrias albas oppoſitas pinnatim utrinque exſerens. *Anus* ſive cauda duplici furca ſeu mucronibus, ſuperioribus inferioribus brevioribus; ſub abdomine faſciis tribus longitudinalibus, pallidis.

2004. ARANEA *redimita* abdomine oblongo-ovato flavo: annulo ovali dorſali rubro. *Fn.* 1227.
*Clerck. aran. t.* 3. *f.* 9.
*Liſt. aran.* 51. *f.* 12. Araneus albicans, corona coccinea in alvo ovali.
*Raj. inſ.* 24. *n.* 12. Liſteri nomen.
*Friſch. germ.* 10. *p.* 6. *t.* 4. Araneus hortenſis albus ſerto dorſali cinnabarino rubro.
Habitat in *Hortis*, telas ducit more domeſticæ.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ. *Pedes* ſatis longi, albi, diaphani; anterioribus geniculis nigris inſtructis. *Thorax* aqueus. *Abdomen* ſulphureum, a tergo macula annulari ovata ſanguinea, intra quam linea oblonga fuſca longitudinalis.

2005. ARANEA *corollata* abdomine ovato nigro: annulo dorſali ovali albo. *It. oel.* 126. *Fn.* 1229.
Habitat in *Oelandia*.

*DESCR.* Tota nigra: *Abdomen* ovatum, linea alba bifurca includens ſpatium ovale a tergo abdominis, margine interiore variis denticellis picto.

2006. ARANEA *fumigata* abdomine ovato fuſco: baſi punctis duobus albis. *Fn.* 1231.
*Clerk. aran. t.* 5. *f.* 6.
Habitat

*DESCR.* Aranea mediæ magnitudinis. *Pedes* longi. *Abdomen* oblongum. In dorſo verſus baſin abdominis puncta duo alba ovata apicibus longius a ſe invicem dehiſcentia.

2007. ARANEA *montana* abdomine ovato albo maculis cinereis.
Aranea abdomine albo-cinereoque variegata. *Fn.* 1242.
Habi-

Habitat in arboribus.

*DESCR.* *Abdomen* ovatum, lateribus niveis in dorſo e cinereo & albo nebuloſo; ſubtus abdomen cinereum eſt totum. *Thorax* & pedes pallidi. *Pedes* anteriores longi, quos, dum tranquille ſedet, recta protendit.

2008. ARANEA *notata* abdomine ovato fuſco: lineis albis tranſverſis arcuatis.

Habitat in Plantis.

*DESCR.* *Abdomen* ſubgloboſum, magnitudine ſeminis Cracæ; ſupra fuſcum; macula ad baſim alba ſubrotunda; dein ovali; tum lineari; demum lineari; utrinque lineæ quatuor albæ, recurvæ. *Corpus* & *Pedes* pallidi.

2009. ARANEA *rufipes* thorace nigro, abdomine fuſco, pedibus rufis. *Fn.* 1230.

Habitat in *Urtica*.

*DESCR.* Magnitudo media; an major factus colores mutet, me fugit.

2010. ARANEA *nocturna* abdomine nigro punctis duobus albis: baſi lunula alba. *Fn.* 1235.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 11. Aranea capite nigro, abdomine albo maculato, cauda prominula nigricante.

Habitat in *lucis*, noctu agilis, die quieta.

*DESCR.* Magnitudo mediocris. *Tota* corpore & pedibus nigra; in medio dorſo. *Abdominis* puncta duo alba minima vix conſpicua, in ſingulo latere ſingula, gibbum anteriorem abdominis lineola alba anterius cingit in modum lunulæ. *Anus* prominens, compreſſus.

2011. ARANEA *extenſa* abdomine longo argenteo vireſcente, pedibus longitudinaliter extenſis. *Fn.* 1216.

*Liſt. aran.* 30. *f.* 3. Araneus ex viridi inauratus, alvo longiuſcula prætenui.

*Raj. inſ.* 19. *n.* 2. Nomen Liſteri.

Habitat in uliginoſis lucis; adſidet ramis arcte & longitudinaliter, pedibus quaternis recta protenſis, totidemque retrorſum extenſis.

*DESCR.* *Pedes* lividi. *Abdomen* ſubtus linea longitudinali atra, utrinque flava, extus griſea; a tergo vero venis nigris.

2012. ARANEA *fimbriata* abdomine oblongo nigro: linea utrinque laterali longitudinali alba, pedibus fuſcis, *Fn.* 1226.

*Clerck. aran. t.* 5. *f.* 9.

Habitat in *Aquis*, currit ſupra aquam.

*DESCR.* Satis magna eſt; *Pedes* ſubgriſei ſive ex pallido fuſci. *Thorax* & *Abdomen* nigra, utrinque linea lata alba, quæ coit ad caudam. *Anus* bifurcus. *Palpi* apice globoſi & valde magni, hinc Mas procul dubio.

In *Abdomine* ſupra lineam lateralem albam utrinque ordo longitudinalis punctorum minutiſſimorum alborum.

2013. ARANEA *ſexpunctata* abdomine oblongo; punctorum excavatorum tribus paribus. *Fn.* 1233.
Habitat in ſylvis inter cortices *Pini*.
*DESCR.* Inter majuſculas numeranda eſt. *Thorax* cinereus. *Abdomen* ovato-oblongum tereriuſculum pilis glaucis, aliis rarioribus nigris; in tergo abdominis tria paria punctorum excavatorum conſpiciuntur.

2014. ARANEA *quadripunctata* abdomine oblongo nigro: punctis quatuor excavatis.
Aranea oblonga fuſca, abdomine nigro apice ſpinoſo, tergo punctis quatuor excavato. *Fn.* 1234.
*It. œl.* 34. Araneus oblongus fuſcus, abdomine nigro apice ſpinoſo: tergo punctis quatuor depreſſis notato.
Habitat in *feneſtris*.
*DESCR.* *Thorax* fuſcus. *Abdomen* nigrum pilis cinereis. *Pedes* ferrugineo-fuſci. *Anus* appendiculis 5 vel 6 ſubulatis truncatis.

2015. ARANEA *holoſericea* abdomine ovato oblongo holoſericeo: baſi ſubtus punctis duobus flavis.
Aranea livida: abdomine atro holoſericeo: baſi ſubtus punctis duobus flavis. *Fn.* 1241.
*Liſt. aran.* 71. *t.* 23. Araneus plerumque lividus, non raro tamen ſubflavus ſine ulla pictura.
Habitat in ruderibus & plantis ac arboribus ubi *folia convolvit*, & ſe occultat & ova ponit.
*DESCR.* *Corpus* totum, caput, pedes, thorax fuſco-livida, hirſuta; pedes inſuper pilis adſperſi; forceps oris robuſta. *Abdomen* ovato-oblongum, atrum, holoſericeum ſeu impalpabili hirſutie tectum, apice duobus appendiculis truncatis, ſub abdomine juxta baſin duo tubercula flava. Adeoque A. aquaticæ ſimillima, ſed dimidio minor & terreſtris, longeque minori forficula oris.

2016. ARANEA *ſenoculata* oculis tantum ſenis.
*Liſt. aran.* 74. *f.* 24.
Habitat paſſim rarius.

2017. ARANEA *ſcenica* ſaliens nigra: lineis albis transverſis ſemicircularibus. *Fn.* 1237.
*Clerck. aran.* *t* 5. *f.* 13.
*Liſt. aran.* 87. *f.* 31. Araneus cinereus, alvo circiter ſenis faſciis transverſis in angulos acutos, in medio erectis argenteis & nigris alternatim diſpoſitis inſignibus.
*Raj. inſ.* 37. *n.* 31. Liſteri nomen.

*Bradl.*

*Bradl. natur. t.* 24. *f.* 5.
Habitat in parietibus & feneſtris, extra domum vulgatiſſima.

2018. ARANEA *truncorum* ſaliens nigra: dorſo punctis albis. *Fn.* 1236.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 13. Araneus ſaliens niger punctis albis notatus.
Habitat in parietibus arborumque truncis, filum poſt ſe ubique trahens.

2019. ARANEA *rupeſtris* ſaliens: abdominis macula nigra margine rubra: medio alba. *Fn.* 1238.
Habitat in parietibus & lignis.
*DESCR.* Macula dorſalis ovalis nigra margine rubra, & in centro ſive medio alba.

2020. ARANEA *aquatica* livida; abdomine ovato: linea transverſa punctisque excavatis duobus. *Fn.* 1240.
*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 8.
Habitat in *Aqua*, & quidem non ſupra aquam, ſed *in* & *ſub aqua.*
*DESCR.* Eſt inter maximas generis ſui, tota livida ſive fuſco-pallida. *Abdomen* ovato-oblongum, cinereum, ano obtuſo ſeu truncato, duobus appendiculis; abdomen a tergo gibbum, verſus baſin linea excavata transverſa notatum, & ſub hac duobus punctis excavatum. *Pedes* longi, tibiæ verſus baſin velut geniculatæ. Oris forceps omnium aranearum noſtrarum maxima, nigra, dura, hians, ſæpe mordens, at arripiens objecta, verbo; oris forcipe omnino Tarantulam referens. Hinc ſi quæ alia, hæc certe venenata, ex colore, ſtructura, figura oris &c.

2021. ARANEA *ſaccata* abdomine ovato ferrugineo-fuſco.
*Liſt. aran.* 82. *f.* 28.
*Friſch inſ.* 8. *t.* 2.
Habitat paſſim ſuper terram ſaccum ovorum circumferens.

2022. ARANEA *vireſcens* abdomine oblongo flavo-viridi; lineis lateralibus albis.
Aranea flaveſcente-viridis: linea utrinque alba. *Fn.* 1225.
*Jonſt. inſ. t.* 18. *f.* 42. Araneus mouff. ultimus.
*Friſch. germ.* 12. *t.* 3. *f.* 13.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 38. *n.* 8. Aranea flavo-viridis, lateribus linea alba cinctis.
Habitat in Hortis.

2023. ARANEA *paluſtris* abdomine oblongo nebuloſo: lineis lateralibus albis.

Aranea

Aranea nigra; thorace triplici linea longitudinali alba, abdomine nebuloſo. *Fn.* 1219.
*Friſch. germ.* 8. *p.* 3. *t.* 2. Araneus terreſtris ſacco ovifero.
*Act. upſ* 1736. *p.* 38. *n.* 9. Aranea nigra, pectore abdomineque linea alba cinctis.
Habitat in *paludibus* exſiccatis frequens apud nos.

*OBS.* Neque *Friſchius* loco citato, neque *Liſterus* de araneis Lupis globiferis p. 77. n. 25. 26. 27. 28. in ulla ſpecie meminit thoracem utrinque linea alba longitudinali notari, nec tertiam albam lineam longitudinalem thoracis a medio dorſo. Hinc de Synonymis hæreo. *Thorax* aliis niger. *Abdomen* nigrum maculis nigerrimis quaſi nebuloſum.

2024. ARANEA *viatica* abdomine ſubrotundo plano obtuſo, pedibus quatuor poſticis breviſſimis. *Fn.* 1218.
*Clerck. aran. t.* 6. *f.* 5.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 10. *t.* 5. Araneus hortenſis, pedibus quatuor longis anticis, abdomine plano.
*Liſt. aran.* 83. *f.* 29. Araneus ſubfuſcus, minutiſſimis oculis e viola purpuraſcentibus tardipes & greſſu & figura cancro marino non adeo diſſimilis.
*Raj. inſ. p.* 35. *n.* 29. Nomen Liſteri.
Habitat in *arboribus* & lignis, ubi propriis ovis incubat.

2025. ARANEA *levipes* abdomine rhombeo depreſſo, pedibus transverſaliter extenſis variegatis. *Fn.* 1217.
*Liſt. aran.* 85. *t.* 30. Araneus parvus ſubrufus inauratus, ipſa alvi apice infuſcata, levipes.
*Friſch germ.* 10. *p.* 16. *t.* 14. Araneus truncorum albo nigroque varius.
Habitat in *parietibus*, *truncis*, ſepibus.

*DESCR.* Cinerea, mediæ magnitudinis; *Abdomen* rhomboides ſeu depreſſum, pone rotundatum, ano acutiuſcula. *Pedes* transverſim expanduntur, remotiuſculi, fuſci annulis albis. Filum ſæpe poſt ſe trahit. Pedes 2. 1, 3. 4. longitudine ſe excipiunt.

## Cancer.

2026. CANCER *Mænas* brachiurus, thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus ovatis, carpis dentatis, pedibus poſticis ſubulatis.
Cancer brachiurus manibus ventricoſis lævibus unicoloribus. *It. W:goth.* 173.
*Rumpl. muſ. t.* 6. *f.* 0.
*Suecis* Krabba.
Habitat in *Mari Atlantico.*

2027. CANCER *roſtratus* brachiurus, thorace ſpinis duabus erectis, manibus oblongis compreſſis.

Habitat in *Oceano*

*DESCR.* Parvus, ſordidus. *Thorax* obcordatus ſupra inæqualis, in medio armatus ſpinis duabus, erectis, validis: quarum altera anterior, altera poſterior; antice protenſus eſt thorax in roſtrum. *Antennæ* ſetis armatæ. *Manus* oblongæ, læves, digitis linearibus, canaliculatis, compresſis; baſis chelæ quaſi ſpinis duabus obſoletis & obtuſis inſtructa.

2028. CANCER *Pagurus* brachiurus, thorace utrinque obtuſe novem-plicato, manibus apice atris.

Cancer brachyurus; manuum digitis atris. *Fn.* 1244. *It. W:goth.* 173. *

*Bellon. aquat.* 368. Pagurus.

*Aldrov. exſang.* 186. Pagurus.

*Jonſt. exſang. t.* 5. *f.* 2 Cancer marinus.

*Geſn. aquat.* 155. Cancer marinus.

*Merr. pin.* 192. Cancer marinus.

*Charl. exerc.* 57. Cancer marinus.

*Schoneſ. ichth.* 30. Cancer officinarum.

*Rond. piſc.* 560. Cancer Mæas.

*Dal. pharm* 400. *n.* 24 Cancer officinarum

*Act. N. C.* 1. *p.* 315. *t.* 10. *f* 1. Cancer marinus.

Habitat in mari *Atlantico* circa Gothoburgum.

2029. CANCER *hirtellus* brachiurus, thorace hirto utrinque quinque-dentato, manibus extus muricatis.

Habitat in *Oceano ſeptentrionali.* A. Martin.

*DESCR* Minutus. *Thorax* rotundatus, lævis, ſed utrinque margine ſpinis quinque-dentatus; antice integer, tenuiſſime denticulatus. *Manus* læves, ſed extus muricatæ & piloſæ. *Pedes poſteriores* acuti & villoſi.

2030. CANCER *Araneus* brachiurus, thorace ovato tuberculato hirſuto, roſtro bifido, manibus ovatis.

Cancer brachyurus, thorace aculeato, manibus linearibus glabris, roſtro bicorni. *Fn.* 1246. *It. Scan.* 312.

*Jonſt. exſang. t.* 5. *f.* 13 Pagurus fæmina.

Habitat in mari *Atlantico.*

*OBS. Manus* ſive Chelæ antice lineares, minime ventricoſæ, digitis æqualis longitudinis; reliqui pedes monodactyli.

2031. CANCER *Maja* brachiurus, thorace aculeato, manibus ventricoſis ſpinoſis: digitis pennicillato-hirſutis.

Cancer brachyurus; thorace aculeato, manibus ventricoſis lævibus. *Fn.* 1245. *It. Scan.* 327.

*Matth.*

*Matth. dioſc. p.* 229. Maja.
*Jonſt. exſang. t.* 5. *f.* 5. Cancer Maja.
Habitat in mari *Atlantico.*

*DESCR. Thorax* cordatus, undique ſpinis muricatus, margine vero majoribus. Roſtrum ſubulatum; apice bidentatum; dentibus horizontalibus æqualibus. *Chelæ* ſpinis muricatæ, ſed ipſi digiti læves præterquam margine, adſperſæ faſciculis pilorum.

2032. CANCER *Bernhardus* macrourus paraſiticus, chælis cordatis lævibus: ſiniſtra majore.
Cancer macrourus, cauda molli teſta cochleæ incluſa; chela dextra majore. *Fn.* 1250.
*Matth. dioſc.* 230. Cancellus.
*Rond. piſc.* 1. *p.* 553. Cancellus.
*Bellon. aquat* 361. Cancellus.
*Geſn. aquat.* 161. Cancellus.
*Aldr. exſang.* 218. Cancellus.
*Jonſt. exſang. t.* 7. *f.* 6. 7. 8 9. 10. 11. 12. Cancellus.
*Charl. exerc.* 58. Cancellus quibusdam Bernhardus Eremita dictus.
*Merr. pin.* 192. Cancer in teſtis degens.
*Worm. muſ.* 250. Cancellus quibusdam Bernhardus Eremita.
*Dal. pharm.* 399. *n.* 22. Cancellus.
*Swamm. bibl. t.* 11. *f.* 1. 2. Cancellus.
*Suecis* Kryp-Kong.
Habitat in mari *Atlantico.*

*OBS.* Varias & diverſas deſertas Cochleæ teſtas adſumit, ſcabra cruſta obducit, intra has ſe includit, caudam præcipue ut tegat; licet & totum corpus intra teſtam retrahat; hinc ſemper eam ſecum ducit ut *Diogenes ſuum Dolium.*

2033. CANCER *Gammarus* macrourus thorace lævi, roſtro lateribus dentato: baſi ſupra dente duplici. *Fn.* 1248. *It. W:goth.* 174. *
*Matth. dioſc.* 227. Aſtacus.
*Geſn. aquat.* 91. Aſtacus.
*Rond. piſc.* 538. Aſtacus.
*Aldr. exſang.* 112. Aſtacus verus.
*Jonſt. exſang. t.* 71. Aſtacus marinus communis.
*Merr. pin.* 191. Aſtacus marinus.
*Schonef. ichth.* 23. Aſtacus marinus.
*Charl. exerc.* 55. Aſtacus marinus.
*Worm. muſ.* 247. Aſtacus marinus.
*Dal. pharm.* 399. *n.* 20. Aſtacus marinus.
*Suecis* Hummer.

Habi-

Habitat in mari circa *Gothoburgum* & *Bahuſiam*, mutans locum ſecundum anni tempus.

2034. CANCER *Aſtacus* macrourus, thorace lævi, roſtro lateribus dentato: baſi utrinque dente unico.
Cancer macrourus, roſtro ſupra ſerrato, baſi utrinque dente ſimplici. *Fn.* 1249.
*Rond. piſc.* 22. *p.* 210. Aſtacus fluviatilis.
*Geſn. aquat.* 104. Aſtacus fluviatilis.
*Aldr. exſang.* 129. Aſtacus fluviatilis.
*Jonſt. exſang. t.* 4. *f.* 1. Aſtacus fluviatilis.
*Matth. dioſc.* 228. Gammarus.
*Bellon. piſc.* 355. Gammarus.
*Worm. muſ.* 248. Gammarus ſ. Aſtacus fluviatilis.
*Schoneſ. ichth.* 24. Aſtacus fluviatilis.
*Charl. exerc.* 56. Aſtacus fluviatilis.
*Merr. pin* 192. Aſtacus fluviatilis.
*Dal. pharm.* 399. *n.* 21. Aſtacus fluviatilis.
*Suecis* Kråfweta.
Habitat in lacubus & fluviis Sueciæ, hodie ſat frequens, ante tempora Regis *Johannis* III. vix in Suecia viſus.

2035. CANCER *Mantis* macrourus articularis, manibus adactylis compreſſis falcatis ſerrato-dentatis. Muſ. *Ad. Fr.* 1. *p.* 86.
*Rumph. muſ. t.* 3. *f.* 1.
Habitat in *Oceano Norvegico*. A. Martin.

2036. CANCER *ſtrigoſus* macrourus, thorace antrorſum rugoſo ſpinis ciliato, roſtro acuto ſeptem dentato.
Habitat in *Mari Norvegico*. A. Martin.

DESCR. *Corpus* longitudine digiti. *Thorax* obovatus, margine utrinque ſpinis octo acuminatis antrorſum porrectis ciliatus, dorſo rugis numeroſis antrorſum imbricatis. *Roſtrum* porrectum, acutum, ſpinis utrinque tribus acutis. *Chelæ* oblongæ, depreſſæ, margine aculeatæ, ſupra ſcabræ, ſubtus quaſi ſquamoſæ; Digiti introrſum hirſuti, apice rubri. Præterea, *Pedes* utrinque tres, unguiculati, hiſpidi, apice rubri; quintum par filiforme, apice villoſum inerme. *Cauda* ſegmentis quinque, apice pentaphylla: foliolo intermedio emarginato.

2037. CANCER *Squilla* macrourus thorace lævi, roſtro ſupra ſerrato; ſubtus tridentato, manuum digitis æqualibus. *Fn.* 1252.
*Matth. dioſc. p.* 229. Squilla.
*Worm. muſ. p.* 248. Squilla.
*Klein. dub.* 35. *f.* α. Squilla fuſca.

*Aa*

*Act. upſ.* 1736. *p.* 39. *n.* 5. Cancer cauda exſerta, roſtro ſuperne ſerrato.
*Suecis* Râka.
Habitat in mari *Balthico*, inter *Equiſetum lacuſtre.*
*DESCR. Roſtrum* lanceolatum, perpendiculare, acutum, ſupra octo crenis, infra tribus ſerratum; *Manus*, quæ tertio pedum pari inſident, digitis ſunt æqualibus.

2038. CANCER *Crangon* macrourus, thorace lævi, roſtro integerrimo, manuum pollice longiore.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 39. *n.* 6. Cancer cauda exſerta, roſtro integerrimo.
Habitat in mari, capitur ſæpius cum ſequenti.
*DESCR. Roſtrum* integerrimum, abſque crenis aut ſpinis, breviſſimum. *Pollex* in manibus, qui mobilis, chela longior, & ejus apici quaſi infixus, tamen chela terminatur mucrone oppoſito breviori. Hiſce chelis & roſtro integerrimo facile diſtinguitur a ſequenti, cum quo mixtus venum exponitur & editur pro una eademque ſpecie. magnitudo dein hujus ſequentem parum ſuperat. Olim etiam in Belgio ſequenti mixtum ſæpe vidi.

2039. CANCER *norvegicus* macrourus, thorace antrorſum aculeato, manibus priſmaticis: angulis ſpinoſis. *Fn.* 1247. *It. ſcan.* 307.
*Aier. exſang.* 113. Aſtacus mediæ magnitudinis prior.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 39. *n.* 9. Cancer cauda exſerta, chelis angulatis.
Habitat in *mari Lapponiæ* adjacentibus copioſe.

2040. CANCER *Arctus* macrourus, thorace ſubaculeato hirto, manibus adactylis.
*Rumph. muſ. t.* 2. *f. C. D.*
Habitat in *Oceano* ſeptentrionali.

2041. CANCER *Pulex* macrourus articularis, roſtro acuto manibus adactylis, cauda attenuata ſpinis bifidis.
Cancer macrourus rufeſcens, thorace articulato. *Fn.* 1253. *It. oel.* 42, 96. *It. ſcan.* 125.
*Raj. inſ.* 44. Pulex fluviatilis.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 26. *t.* 18. Vermis aquaticus cancriformis.
*It. oel.* 42. 96. Cancer Pulex fluviatilis dictus.
*Suecis* Mârta. *Scanis* Sandhare.
Habitat ad littora maris vulgatiſſimus, frequens, rodens retia, conficiens ſceleta piſcium; natat in dorſo.

*DESCR.*

*DESCR.* *Pedes* 7 parium; quorum 4 paria antrorſum verſa; horum paria antica chelifera digito mobili absque pollice. Pedum 3 paria poſtrema retrorſum verſa.

2042. CANCER *Locuſta* macrourus articularis, roſtro obtuſo, manibus adactylis, cauda attenuata ſpinis bifidis.

Cancer macrourus cæruleus, thorace articulato. *It. gotl.* 260. *Fn.* 1254.

Habitantem vidi ad montem *Thorsbærg* in mari juxta Gotlandiam.

*OBS.* Præcedenti major: totus cæruleus. *Roſtrum* nullum prominens, *Corpus* 14 articulis. *Cauda* trifolia: intermedio ſubulato.

2043. CANCER *ſtagnalis* macrourus articularis, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda cylindrica bifida.

Larva aquatica, globulo coccineo nitente umbilicali, cauda bifida. *Fn.* 1357. *t.* 1.

Habitat in cavitatibus & rimis petrarum & montium, ubi aquæ ſtagnant, natans reſupinatus.

*DESCR.* *Facies* piſcis minimi, longitudo pollicis transverſi. *Caput* depreſſum. *Oculi* parvi, fuſci, laterales, diſtantes. *Antennæ* capillares. Frons obtuſa. Roſtrum obtuſum, inflexum ut in cicada, anguſtum, obtuſiuſculum. *Dorſum* convexum, ſubincarnatum. *Cauda* teretiuſcula, articulata, longitudine fere corporis: pinna horizontali bifida acuta. *Globulus* magnitudine ſeminis ſinapios ad regionem ani, coccineus, auro nitens, ſplendens ad latera flavus. *Pedes* multi (12 circiter) ad latera corporis, ab utroque latere imbricatim diſpoſiti. Natat in dorſo uti Notonecta. Fæmina ſolo globulo inſtruitur, quod forte ovarium, ut peracta metamorphoſi præſto ſint ova.

## Monoculus.

2044. MONOCULUS *foliaceus* teſta foliacea plana.

*Loeſl. act. upſ.* 1750. *p.* 42.

*Friſch. germ.* 6. *t.* 12.

Habitat in *Lacubus* maritimis, piſces necans.

2045. MONOCULUS *piſcinus* planiuſculus, clypeo ſubrotundo, corpore obcordato.

Habitat in *Gadis* & Salmonibus *Farionibus* maris Norvegici. *A. R. Martin.*

*DESCR.* Affinis Monoculo foliaceo. *Clypeus* patens, ſubrotundus, convexus, ſubtus concavus. *Corpus* poſticum obcordatum, gibbum. *Cauda* cylindrico-ſubulata, longitudine corporis poſtici, apice bifida. *Cylindri* duo ad caudam, ſubarticulati, obtuſi, in quibusdam corpore longiores. *Pedes* ſub clypeo ſex, at inter clypeum & corpus duo longiores.

2046. MONOCULUS *Apus* teſta ſubcompreſſa antice retuſa poſtice truncata, cauda biſeta.
Monoculus cauda biſeta. *Fn.* 1181.
*Friſch. germ.* 10. *p.* 1. *t.* 1. Apus.
*Act. angl.* 40. *p.* 150. *t.* 1. *f.* 2. Scolopendra aquatica ſcutata.
Habitat in *Piſcinis*, foſſis, primo vere, paſſim.
*DESCR. Corpus* ſubvireſcens, magnitudine glandis. *Oculi* bini, approximati in vertice. *Pedes* multi, ramoſi. *Cauda* ſetis duabus, validis, interjecta Lamella.

2047. MONOCULUS *Pulex* antennis dichotomis, cauda inflexa. *Fn.* 1182.
*Swamm. quart. p.* 66 *t.* 1. Pulex aquaticus arboreſcens.
*Merr. pin.* 207. Vermes minimi rubri aquam ſtagnalem colore ſanguineo inficientes, unde vulgus dira protendit.
*Hierne Flock.* 1. *p.* 32. 35. Abyſſus Satanæ.
Habitat in omnibus *aquis ſtagnantibus.*
*OBS.* Ex hujus gregibus in aqua fiunt quaſi ſanguinis grumi, unde vulgus credit aquam in ſanguinem verſam.

2048. MONOCULUS *pediculus* antennis dichotomis, cauda reflexa. *Fn.* 1183.
Habitat in *aquis.*

2049. MONOCULUS *quadricornis* antennis quaternis, cauda recta bifida. *Fn.* 1184.
*Blank. belg. p.* 149. *t.* 13. *f.* B.
Habitat in *aquis* cum prioribus.
*DESCR. Antennarum* duo paria. *Cauda* tenuis, longiuſcula, duplex, ſetis inſtructa verſus apicem: ſub cauda utrinque racemus ovorum; hinc Cancris valde adfinis; *Corpus* fuſcum eſt, at ovaria, quæ juxta caudam utrinque extenduntur ovata, ſunt lutea, & ſimul ſumta magnitudine fere totum corpus æquant.

2050. MONOCULUS *conchaceus* antennis capillaceis multiplicibus, teſta bivalvi. *Fn.* 1185.
Habitat in *piſcinis* & *paludibus.*
*DESCR. Teſta* ſemine Braſſicæ major, ovata, oblongiuſcula, utrinque æqualis, antice gibba & parum retuſa, adeoque omnino Conchæ; ſed in conchis apertura eſt a latere tenuiore & cardo ubi gibba magis eſt; contra vero in hac; hæc extracta ex aquis tota clauditur, ut crederes ſemen cujusdam plantæ; in aquis dum hiat, jurares concham eſſe. Celeriter fertur per aquas, uti reliqui monoculi; teſta cinerea, impura eſt. Dum aperit teſtam, exſerit multos capillos æquales, albidos, in altera extremitate aperturæ; hos capillos motitando fertur agilis per aquas, nec quieſcit antequam vel cochleam vel aliquod terreſtre reperit, hic conſedit cum ſociis lubenter, & pedibus ſupra hoc corpus incedit & affigitur. totum corpus intra teſtam latet, dum quieſcit. 2051.

2051. MONOCULUS *lenticularis* teſta compreſſa lentiformi.
Habitat in *Finlandia*.

*DESCR.* *Teſta* valde compreſſa margine acuto; pellucida, magnitudine Fabæ.

## Oniſcus.

2052. ONISCUS *Aſilus* abdomine foliis duobus obtecto, cauda ſemiovali. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 88.
*Bellon. aquat.* 443. Aſilus ſ. Oeſtrum.
Habitat in *Oceano*.

2053. ONISCUS *Oeſtrum* abdomine foliis ſex obtecto, cauda retuſa. *Muſ. Ad. Fr.* 89.
Habitat in *Oceano*.

2054. ONISCUS *Pſora* abdomine ſubtus nudo, cauda ſemiovali acuta.
Habitat in *Oceano* norvegico. D. C. Solander.

*DESCR.* Magnitudo præcedentium. *Thorax* ſegmentis 7 æqualibus. *Cauda* ſegmentis quinque anguſtioribus, præter ultimum quod ſemiovale; ſed acutum. *Antennæ* $\frac{1}{4}$ totius longitudinis. *Pedes* XIV, quorum 6 primi antrorſum verſi digito incurvo & affixi corpori articulo arcuato. *Abdomen* nudum. *Cauda* obtecta foliolis anguſtis non excidentibus. Ovarium externe contra ſcabiem ſpecificum Norvegis. Solander.

2055. ONISCUS *Entomon* abdomine ſubtus nudo, cauda ſubulata.
Oniſcus cauda ſubulata utrinque appendiculata. *Fn.* 1255.
*Raj. inſ.* 43. Aſellus marinus cornubienſis alius.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 39. *n.* 1. Oniſcus marinus maximus.
*Klein. dub.* 38. *f.* 1. 2. Entomon pyramidale.
*Suecis* Syrmaſk. *Oſtrobotnienſibus* Grundſkorfwa.
Habitat in mari *Balthico* cum Harengis frequens.

*DESCR.* Magnitudo extimi articuli pollicis, ſupra convexus, infra planus, margine undique acuto. *Capitis* clypeus undique inciſus eſt. *Pedes* anteriores utrinque tres, minores, glabri; poſteriores utrinque quatuor, majores, ciliati. *Antennarum* in fronte bina paria. *Corpus* ſeptem inciſuris, præter caput & caudam. *Cauda* duas tertias partes corporis longitudine æquat, indiviſa, tereti-triangularis; ſubtus veſtita radiis duobus convexis, parallelis. Totum animal, exceptis oculis, album.

2056. ONISCUS *Ceti* ovalis ſegmentis diſtinctis, pedibus tertii quartique paris linearibus muticis.
*Martenſ. ſpitzb. t. Q. f. D.* Pediculus Ceti.
Habitat in *Cetis* Oceani.

*DESCR.* *Corpus* ovale, 7 articulis diſtinctis. *Caput*, quod primus articulus, minimum. *Pedes* 1, 2, 5, 6, 7, *chelis* craſſis ungue mobili acuto terminati. *Pedes* vero 3, 4 paris filiformes mutici; primum par ſub corpore ſitum eſt. *Corporis* articuli magis remoti & diſtincti, quam in reliquis ſpeciebus.

2057. ONISCUS *marinus* ſemicylindricus, cauda ovato-oblonga integra. *It. W:goth.* 190. *
Habitat in *Oceano.*

2058. ONISCUS *Aſellus* ovalis, cauda obtuſa bifida.
Oniſcus cauda obtuſa bifurca. *Fn.* 1257.
*Matth. dioſc.* 257. Millepeda.
*Charl. exerc.* 54. Millepes.
*Raj. inſ.* 41. *n.* 1. Aſellus aſininus ſive vulgaris.
*Suecis* Gräſuggor.
Habitat in domibus, muris antiquis humentibus, & præſertim in Caldariis hortorum.

2059. ONISCUS *Armadillo* ovatus, cauda obtuſa integra.
Oniſcus cauda obtuſa integerrima. *It. gotl.* 298. *Fn.* 1256.
*Raj. inſ.* 42. Aſellus lividus major.
Habitat in pratis *Gotlandiæ.*

*DESCR.* *Totus* niger, marginibus ſegmentorum albis; macula alba ſub femoribus poſterioribus in ſingula inciſura. *Cauda* obtuſa, integra, nec bifurca. Tactus ſe contrahit uti Armadillo, quietus diu jacet, ut ignoto pro pilula vel pupa ichneumonis omnino haberetur.

2060. ONISCUS *ſcopulorum* luteus: ſtrigis fuſcis. *It. W:goth.* 190.*
Habitat in *Oceano.*

2061. ONISCUS *aquaticus* cauda rotundata: ſtylis bifurcis.
Oniſcus cauda bifida, ſtylis bifurcis. *Fn.* 1258.
*Raj. inſ.* 43. Aſellus aquaticus geſneri.
*Friſch. germ.* 10. *p.* 7. *f.* 5. Aſellus aquaticus.
Habitat in foſſis & *aquis putealibus.*

*DESCR.* Conſtat articulis ſeptem, præter caudam & caput. *Caudæ* articulus reliquis, ut & ipſo capite major, planus, ſubrotundus, e quo prodeunt duo ſtyli, ſinguli bifidi. *Pedes* utrinque ſeptem, quorum poſteriores ſemper longiores antecedentibus. *Antennæ* ſetaceæ articulis tribus.

2062. ONISCUS *bicaudatus* ſemicylindricus, caudis duabus longitudine corporis.
Habitat ad littora *maris* Norvegici. *Martin.*

*DESCR.* *Corpus* ſemicylindricum, fuſcum, 12 articulis. *Pedes* utrinque 7, albi, quorum ſolitarii poſtici reflexi. *Caudæ* 2, protenſæ, longitudine corporis, 5 articulis: quorum tertius major, longior & craſſior; primus

primus & ſecundus brevis; qvartus & quintus anguſtiores. Inter has caudas, caudæ 2 aliæ, breves, ſubulatæ.

## Scolopendra.

2063. SCOLOPENDRA *lagura* pedibus utrinque duodecim, corpore ovali, cauda penicillo albo. *Fn.* 1264.

*Act upſ.* 1736. *p.* 39. *n.* 3. Oniſcus minimus, cauda alba.

Habitat *Upſaliæ* ad radices arborum inter muſcos frequens primo vere, præſertim juxta Hortum arcis.

*DESCR.* Magnitudo pediculi; utrinque *pedes* 12, a tergo penicillus expanſus ſupra ſingulos pedes, dein in medio dorſo transverſalis faſciculus. *Cauda* conſtat penicillo majori pilorum conniventium majorum.

2064. SCOLOPENDRA *forficata* pedibus utrinque quindecim. *Fn.* 1263.

*Raj. inſ.* 45. Ad ſcolopendram accedens triginta pedibus inſtructa.

*Suecis* Twâſtiert.

Habitat in terra.

*DESCR.* Rubra eſt, vix digitum transverſum longa. *Pedes* antici craſſi & validi; ultimi longiſſimi; hinc cauda quaſi bifurca. *Corporis* articuli alterni reliquis dimidio breviores.

2065. SCOLOPENDRA *electrica* pedibus utrinque ſeptuaginta. *Fn.* 1261.

*Aldr. inſ.* 637. *t.* 636. *f.* 8. Scolopendra vulgaris ac vera.

*Raj. inſ.* 45. Scolopendræ valde exiles longæ.

*Friſch. germ.* 11. *p.* 22. *t.* 8. *f.* 1. Scolopendra plana longa.

Habitat in ipſa terra.

*DESCR.* Rubra eſt, plana, filiformis, ſerpentis inſtar flexuoſa. *Pedes* 54 a ſingulo latere Friſchius numerat, noſtra 70 vel 68 obtinet.

## Julus.

2066. JULUS *terreſtris* pedibus utrinque centum. *Fn.* 1260.

*Aldr. inſ.* 637. *t.* 636. *f.* 4. Scolopendra terreſtris minor.

*Mouff. lat.* 30. Julus quartus glaber.

*Jonſt. inſ. t.* 23. Julus glaber mouff. 1.

*Raj. inſ.* 46. Julus quartus glaber.

Habitat in terra.

*DESCR.* *Corpus* ſubcylindricum, fuſcum; dorſum linea longitudinali duplici ferruginea notatum. *Antennæ* 5 articulis, quorum ultimus ſubgloboſus. Datur & niger totus, & minor ſimul.

2067. JULUS *ſabuloſus* pedibus utrinque centum & viginti. *It. gotl.* 280. *Fn.* 1262.

*Raj. inſ.* 47. Julo glabro adfinis, lividis albisque circulis.
Habitat ſub *lapidibus* in inſula Carlsoea majore.

*DESCR.* Longitudo pollicis transverſi; craſſitie 8 pennæ columbinæ, glaber, cinereus, lineis duabus longitudinalibus dorſalibus, ferrugineis, pallidis; ſingulo articulo corporis juxta latus longitudinaliter ſtriato, pallidiore; corpus circiter (numero rotundo) 60 inciſuris. *Antennæ* 5 articulis. *Pedes* exalbidi. Tactus in ſpiram planam, pedibus tamen terram reſpicientibus, contrahitur.

2068. JULUS *complanatus* pedibus utrinque XXX, corpore planiuſculo, antennis clavatis. D. C. Solander.

Habitat in *Scania*

*DESCR.* *Corpus* longitudine unguis, planiuſculum, lineare, lateribus angulatum, ſupra pallidum, ſubtus albeſcens, ſegmentis 20; tectum *Clypeolis* ſupra planiuſculis, tuberculatis, marginatis, ſubquadratis, ad latera ſerrulatis, angulatis, poſticis acutis, extra corporis ſegmenta parum exſtantibus. *Primum* ſegmentum eſt Caput ovatum depreſſum; *ſecundum* S. Collum tectum Clypeo antice rotundato, poſtice truncato ſ. lunato; *tertium* & *quartum* ſegmentum reliquis breviora & fere linearia. *Segmentum* 20 ſ. Cauda triangulare ſ. acuminatum leve. *Pedes* utrinque 30: ſcilicet ſub ſingulo ſegmento duo paria, at ſub ſegmento 3, 4. 18, 19 unicum tantum par pedum. *Antennæ* capite triplo longiores, ſexarticulatæ; 5 articulus ſubgloboſus, obſcurior; 6:tus minimus eſt.

Claſſis

## *Claſſis. VI.*

# VERMES

## I. INTESTINA.

### Gordius.

2068. GORDIUS *aquaticus* pallidus: extremitatibus nigris. *Fn.* 265.
*It. gotl.* 282. Gordius.
*Geſn. aquat.* 463. Vitulus aquaticus.
*Aldr. inſect.* 720. *t.* 765. Seta ſ. Vitulus aquaticus.
*Jonſt. inſ. t.* 25. Meerwyrm.
*Merr. pin.* 207. Seta aquatica.
*Smolandis* Onda-Betet.
Habitat in *Argilla* & Aquis.
*DESCR.* Figura & magnitudo ſetæ equinæ, colore pallido, capite & cauda nigris. Credunt ruſtici Smolandiæ horum morſus Paronychias cauſari, vocant etiam Paronychiam morbum Onda betet, uti etiam ipſum vermem eodem nomine; quod vero intret corpus, ruſticis noſtris plane ignotum. Curant Paronychias ruſtici Smolandi inciſione facta cultello, cum quo Gordius prius in minuta ſegmenta fuerit diviſus; dicunt etiam omnia fruſta vermis aquis immiſſa, recreſcere in perfectum corpus.

2069. GORDIUS *argillaceus* flaveſcens: extremitatibus concoloribus.
Habitat in *Argilla*, quam penetrat uti Piſcis aquam; prodit itaque ubicunque foſſæ in terra argilloſa excavantur, fontium primarius authorcum priore.
*DESCR.* Simillimus præcedenti, ſed major, nec os ita diſtinctum & cauda acutior.

### Furia.

2070. FURIA infernalis. *D. S. Solander act. upſ. Amoen. acad.* 3. *p.* 322.
Habitat in *W:bothnia* & *O:bothnia*, imprimis ſupra *Kemi* in vaſtis paludibus cæſpitoſis, unde neſcio qua ratione æthera petat & in corpora Animalium, ipſiusque hominis decidat, momento citius atrociſſimo dolore jugulans.

*DESCR.* Vivam non vidi; exſiccatam, inſtar fibrillæ minutæ, miſit olim *Ervaſt, Præpoſ. Kemenſ.*

## Aſcaris.

2071. ASCARIS *vermicularis* pollicaris. *Fn.* 1269.
Habitat in *paludibus*, in *inteſtino recto* puerorum, ſæpe etiam in ipſa vulva chloriticarum; in inteſtinis *Equorum* vulgatiſſima; in *radicibus* plantarum *corruptis* primo vere copioſa; inde pereunt ſæpius plantæ inſequente æſtate.

2072. ASCARIS *lumbricoides* ſpithamea.
Habitat in Inteſtinis *Hominis*, imprimis puerorum frequens; nec extra obſervavi.

*DESCR.* Simillima magnitudine Lumbrico terreſtri, ſed absque annulo & utraque extremitate ſubulata, adeoque figura antecedentis, ſed ingens.

## Lumbricus.

2073. LUMBRICUS *terreſtris* trifariam retrorſum aculeatus.
Lumbricus lævis. *Fn.* 1271.
*Rhed. quart. t.* 15. *f.* 1.
*Raj. inſ.* 2. Lumbricus terreſtris minor.
*Suecis* Metmatſk.
α *Raj. inſ.* 1. Lumbricus major.
*Suecis* Daggmatſk.
β *Raj. inſ.* 2. Lumbricus inteſtinorum teres.
*Merr. pin.* 206. Vermes in homine ſ. Lumbricus.
Habitat in *Humo.* Coëunt hi vermes ſupra terram nocturnis horis, approximatis collaribus, hinc exeundo e terra ad copulam tumulos effodiunt, hortis & ambulacris moleſti. His victitant Talpæ, hinc ſi quis ſupra terram leviter ſubſiliat, ſæpe exeunt e terra præ metu Talpæ.

2074. LUMBRICUS *marinus* papillis dorſalibus geminatis ſetigeris. *It. W:Goth.* 189. *t.* 3. *f.* 6. *It. ſcan.* 315.
Lumbricus punctis prominulis. *Fn.* 1270.
Habitat frequens in *mari Septentrionali*; ubique proditur cuniculis, ſub æſtu maris conſpicuis.

*DESCR. Corpus* ſpithameum, craſſitie pennæ cygneæ, a medio antrorſum conſtat 14 vel 15 ſegmentis: ſingulo ex quinque minoribus ſegmentis, quorum extimum elatius. Singulum ex hiſce 14 vel 15 ſegmentis a tergo pari tuberculorum inſtruitur & e ſingulo tuberculo ſeta erecta; ſed quatuor ſegmenta poſtica conſtant quatuor tantum minoribus ſegmentis,

mentis, ſimiliter pari ſetarum inſtructa. A medio retrorſum corpus leve et cinereum annulis ſ. rugis inæqualibus, punctis minutiſſimis adſperſis. Subtus e medio corporis viſcus propendens ruſeſcens, granulis flavis repletum, hinc forte ovarium.

## Faſciola.

2075. FASCIOLA *hepatica* ovata. *Amoen. acad.* 4. *p.* 185,186.
Hirudo depreſſa alba, lateribus acutis. *It. gotl.* 182. 250. *Fn.* 1274.
Limax ovatus lividus, margine acuto. *Amoen. acad.* 2. *p.* 86.
*Reaum. act.* - - Hirudo-Limax.
Habitat ſub *aquis*, ſupra lapides, in rivulis frequens, ſæpe etiam in *piſcibus*, præſertim Gaſteroſtiis, copioſa, nec infrequens in *Ovium* hepate. *It. gotl.* 182.
*DESCR.* in *Amoen. acad.* 2. *p.* 86. videnda.

2076. FASCIOLA *inteſtinalis* linearis longa. *Amoen. acad.* 2. *p.* 71.
Tænia continuata plana ſulcis longitudinalibus, longa. *Fn.* 1268.
Habitat in *Piſcium* inteſtinis.
*DESCR.* in *Amoen. acad. l. c.* data eſt.

2077. FASCIOLA *barbata* ore papillis faſciculato.
Habitat in inteſtinis *loliginis.* Martin.
*DESCR.* *Corpus* album, oblongum, magnitudine ſeminis Cucumeris, depreſſum, conſtans ſæpe 2 partibus: quarum anterior linearis ore papillis copioſis faſciculato; poſterior ovalis.

## Hirudo.

2078. HIRUDO *ſanguiſuga* depreſſa fuſca: margine laterali flavo. *Fn.* 1272.
*Bergm. act. Stockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 3, 4.
*Raj. inſ.* 3. Hirudo maxime in anglia vulgaris.
*Suecis* Snigel.
Habitat in *aquis* paludoſis & foſſis.
*DESCR.* Vivipara eſt, unico gaudet embryone, cui funiculus caudæ inſertus eſt.

2079. HIRUDO *medicinalis* depreſſa fuſca: lineis flavis dorſalibus ſex: intermediis immaculatis, ſubtus cinerea nigro-maculata.
*Bergm. act. ſtock.* 1757. *n.* 4. *f.* 1, 2.

Habitat in *Aquis dulcibus.*

2080. HIRUDO *octoculata* depreſſa fuſca: punctis octo nigris ſupra os *Bergm. Act. ſtockh.* 1757 *n.* 4. *f.* 5-8.
Hirudo depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
Coccus aquaticus. *Fn.* 725. *ovum.*
*Suecis* Blod igel
Habitat in *Aquis* paſſim.
*DESCR.* Nigra eſt ſupra, ſed punctis pallidis, in ſingulo ſegmento, in transverſam lineam digeſtis notata.

2081. HIRUDO *ſtagnalis* depreſſa nigra, abdomine ſubcinereo.
*Bergm. Act. ſtockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 9-11.
Habitat in *Aquis dulcibus.*

2082. HIRUDO *complanata* depreſſa ovato-oblonga: interaneis fuſcis pinnatim perlucentibus.
*Bergm. act ſtockh.* 1757. *n.* 4. *f.* 12 14. Hirudo ſexoculata.
Habitat in *Aquis dulcibus.*
*DESCR.* Magnitudo pollicaris, ovata, pallida, antrorſum acuminata ſtriis duabus longitudinalibus, fuſcis, approximatis, parallelis, e quibus ſtriæ ſex utrinque, transverſo reflexæ, fuſcæ, obtuſæ, latiores. *Caput* punctis 3 parium.

2083. HIRUDO *geometra* teres: extremitatibus dilatatis. *Fn.* 1275.
*Friſch. germ.* 5. *p.* 25. *t.* 11. Hirudo ore caudaque ampla.
Habitat in *aquis*; reperitur etiam facile ſupra *piſces*; ore & cauda æque apprehendit.
*DESCR.* Filiformis extremitatibus orbiculatis dilatatis.

2084. HIRUDO *muricata* teres, corpore verrucoſo.
Hirudo muricata *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. *t.* 8. *f.* 3.
*Rond. aquat.* 2. *p.* 111. Hirudo marina.
Habitat in *Oceano* ſeptentrionali.

2085. HIRUDO *heteroclita* hyalina, poſtice lutea.
Habitat in Lacu Leufſtadienſi.
*DESCR.* Minor, hyalina, poſteriore parte dimidia virore pellucente. *Caput* punctis ſex nigris, quorum poſtica remotiora.

## Myxine.

2086. MYXINE *glutinoſa. Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 4.
*Suecis* Putähl.

Habi-

Habitat in *Oceano* ſeptentrionali; reperitur ſæpe in piſcibus retibus adhærentibus, quos intus conſumit.

## Teredo.

2087. TEREDO *navalis* intra lignum teſta flexuoſa.
Dentalium teſta membranacea cylindracea ligno inſerta. *Fn.* 1329.
*Sellii* Teredo navalis.
Habitat in *navibus paliſque* marinis, ligna deſtruens, ab exteris oris advecta, ante aliquot annos apud nos copioſe obſervata.

# II. MOLLUSA.

## Limax.

2088. LIMAX *ater* ater. *Fn.* 1276.
*Aldr. inſ.* Limax tertia tota nigra.
*Jonſt. inſ.* 138. Limax.
*Merr. pin.* 207. Limax.
*Liſt. angl.* 131. Limax ater.
*hiſt.* 1. *p.* 102. Limax ater.
*Dal. pharm.* 383. Limax ater.
*Smolandis* Skog-ſnigel.
Habitat in *lucis* & nemoribus umbroſis frequens poſt pluvias & in rore frequens; Androgynus eſt uti congeneres, agit enim & patitur.

2089 LIMAX *rufus* ſubrufus. *Fn.* 1277.
*Aldr. inſ.* 702. Limax magna colore rufo.
*Liſt. hiſt.* 1. *n.* 103. Limax ſubrufus.
*angl. app.* 6. *t.* 2. *f.* 1. Limax quartus ſubrufus montanus.
*Dal. pharm.* 383. Limax ruber.
Habitat in *umbroſis* & ubi ros non facile exſiccatur, minus tamen frequens.

2090. LIMAX *maximus* cinereus maculatus. *It. œl.* 61. *Fn.* 1278.

*Liſt.*

*Liſt. angl.* 130. *app. t.* 2. *f.* 2. Limax cinereus maximus ſtriatus & maculatus.
*Anom. hiſt. nat.* 386. *t.* 32. *f.* 26.
Habitat in ſylvis denſiſſimis *Oelandiæ* locis ſubhumidis.
*DESCR.* Maximus eſt inter congeneres, profunde ſtriatus & rugoſus, maculis obſcurioribus.

2091. LIMAX *agreſtis* cinereus immaculatus. *Fn.* 1279.
*Liſt. angl.* 130. Limax cinereus parvus immaculatus pratenſis.
*Blank. belg.* 151. *t.* 13. *f. X.*
*Suecis* Maſk på Såden.
Habitat in *hortis*, ſæpe inter *olera*, ſæpeque inter *folia Braſſicæ* obvius. Frequens vitium in *Agris Secalinis*, noctu conſumens tenella folia, dum ſecale adhuc in herba eſt.
*DESCR.* Magnitudo ſeminis Phaſeoli. *Corpus* rugoſum, cinereum, vix maculatum.

2092. LIMAX *flavus* flavus maculatus. *Fn.* 1280.
*Liſt. excercit. anat. p.* 1. *t.* 1. Limax ſuccini colore, albidis maculis inſignitus.
Habitat in umbroſis inter plantas.

2093. LIMAX *papilloſus* ovatus tectus tuberculis.
Habitat in *Mari Norvegico.* Martin.
*DESCR.* *Corpus* album, magnitudine ſeminis oryzæ, totum *ſupra* tectum papillis acuminatis mollibus; *Subtus* planum. Antice *Tentacula* quatuor majora.

2094. LIMAX *bilamellatus* ovatus tectus lamella parallela.
Habitat in Hepate *Pleuronectes* Maris Norvegici. Martin.
*DESCR.* *Corpus* album, magnitudine Seminis Oryzæ, ovale, conſtans *Lamellis* duabus, horizontalibus, ſibi incumbentibus, æqualibus, ovalibus, mollibus, albis, quarum inferior Pes, ſuperior dorſum ſit, quas Corpus occultatum inter eas connectit, exſerens *Tentacula* quatuor antice, ut in Limacibus.

## Nereis.

2095. NEREIS *cærulea* glabra cæruleſcens. *Amoen. acad.* 4. *p.* 254. *n.* 38.
Nereis tentaculorum 184. paribus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93.
Habitat in Oceano.

2096. NEREIS *pelagica* ſegmentis annularibus XL, ſubtus ſulcata.
Habi-

Habitat in Mari Hallandiam alluente.

*DESCR. Corpus* filiforme, ſulco longitudinali, conſtans ſegmentis circiter 44 cum totidem paribus pediformibus e tentaculis & ſetis factis *Os* ad apicem duabus maxillis unguiformibus. *Supra* caput Tubercula duo prominula; inter hæc tubercula *Cirrhi* duo & ab utroque latere cirrhi quatuor.

2097. NEREIS *mollis* papillis articulorum corporis ſolitariis ſupra tentacula pediformia.

Habitat in Mari Norvegico. Martin.

*DESCR.* Facies Scolopendræ, mollis, pollicars, depreſſa, articulata, *Tentacula* lateralia uti pedes in Scolopendra. *Papilla* obtuſa perforata, in ſingulo ſegmento corporis, ad latera, ſupra tentacula. *Os* inerme, cum Tentaculis aliquot antenniformibus ſupra proboſcidem.

2098. NEREIS *noctiluca* ſegmentis XXIII annularibus.

Noctiluca marina *Amoen. acad.* 3. *p.* 203. *t.* 3.

*Griſl. monograph.* Scolopendra marina lucens.

*Vianelli monogr.* Lucioletta aquæ marinæ

Habitat in *Oceano* ubique, cum aqua etiam heic quaſi ignita, ſæpiſſime noctu ad naves luceat, ex obſervatis italorum.

## Aphrodita.

2099 APHRODITA *aculeata* ovalis hirſuta aculeata.

Aphrodita nitens. *Fn.* 1284. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93. *Amoen. acad.* 1. *p.* 326.

*Barth. act.* 3. *p.* 88. *t.* 88. Vermis aureus.

*Barr. rar.* 131. *t.* 1284. Eruca marina griſeo fuſca.

*Dal. harv.* 394. Mus marinus.

*Ruyſch. ovat.* 1. *p.* 23. *n.* 49. Eruca marina, pilis lateralibus aureis cæruleis viridibus, iridis inſtar fulgentibus prædita, Hyſtrix marina dicta.

Habitat in *Mari occidentali* rarius.

## Lernæa.

2100. LERNÆA *Cyprinacea* corpore obclavato, thorace cylindrico bifurco: brachiis apice lunatis.

Lernea tentaculis quatuor: duobus apice lunulatis. *Fn.* 1282.

Habitat ſupra Cyprinum Caraſſium, cujus ſanguinem haurit.

*DESCR.* Longitudo transverſi digiti; *Corpus* teres, ſubpellucidum, verſus baſin egreſſum e tunica alba tanquam e præputio; eſt hoc corpus abdomen, quod verſus apicem tribus obtuſis gaudet tuberculis, quorum

unum

unum majus eſt; antice eſt apertura oris, juxta hanc duo proceſſus molles; & juxta hos utrinque anus; proceſſus mollis apice extrorſum lunulatus: hæc antica pars tegitur tunica alba.

2101. LERNÆA *Aſellina* corpore lunato, thorace cordato.
Lernea cauda duplici tereti. *It. W:goth.* 171. *t.* 3. *f.* 4.
Habitat in Oceano, in Branchiis *Gadi.*

2102. LERNÆA *Salmonea* corpore obovato, thorace obcordato, brachiis duobus linearibus confertis.
*Act. Holmenſ.* 1751. *p.* 181. *t.* 6. *f.* 1-5. Pediculus Salmonis.
Habitat in branchiis *Salmonum.*
*DESCR. Thorax* obcordatus, apice deſinens in os bilabiatum acutiuſculum: Labio ſuperiore emarginato, inferiore bifido. *Brachia* ad baſin thoracis, duo, filiformia, longitudine corporis, apice coëuntia & affixa prædæ. *Ovaria* duo, apici abdominis adhærentia, cylindrica, granulata, longitudine totius animalis.

## Priapus.

2103. PRIAPUS *ſenilis* ſubcylindricus rugoſus.
Habitat in *Oſtreis* Oceani.
*DESCR. Corpus* magnitudine extimi articuli digiti; ſordidum, extremitate fuſcum, rugoſum, apice perforatum, conſtans tunica ſubcoriacea; intra quam tunica tenera, mollis, ſanguinea, intus referta ſeminibus flavis ſparſis.

2104. PRIAPUS *judaicus* cylindricus lævis truncatus, præputio interiore undulato lævi.
*Planc. conch.* 43. *t.* 6. Culum marinum.
Habitat in *Oceano.* D.D. Bierchén, Martin.

2105. PRIAPUS *felinus* cylindricus lævis glande muricata.
Habitat cum præcedenti.
*DESCR.* Simillimus priori, ſed glande muricata.

## Sepia.

2106. SEPIA *officinalis* corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 93.
Sepia. *Fn.* 1281. *Amoen. Acad.* 1. *p.* 325.
*Matth. dioſc.* 244. Sepia.
*Salv. aquat.* 165. Sepia.
*Ald. exſang.* 44. Sepia.
*Jonſt. exſang.* 7. Sepia.

Bellon.

*Bellon. aquat.* 336. Sepia.
*Rond. aquat.* 1. *p.* 498. Sepia.
*Geſn. aquat.* 850. Sepia.
*Charl. exerc.* 51. Sepia.
*Merr. pin.* 191. Loligo-Sepia.
*Dal. pharm.* 392. Sepia.
Habitat in *mari Scaniam* alluente, ad cujus littora cum ſabulo maris oſſa ſepiæ quotannis ejiciuntur.

DESCR. In Amoen. acad. l. c.

2107. SEPIA *Loligo* corpore ſubcylindrico-ſubulato, cauda ancipiti rhombea.
*Bellon. aquat.* 339. Loligo.
*Rond. piſc.* 506. Loligo.
*Suecis* Blåckfiſk.
Habitat in *Oceano.*

## Meduſa.

2108. MEDUSA *capillata* orbiculi margine ſedecies emarginato. *Fn.* 1286. *it. W:goth* 172. *t.* 3. *f.* 3.
*Geſn. aquat.* 760. Pulmo marinus?
*Aldr. exſang.* 577. Pulmo marinus?
*Jonſt. exſang.* 56. Pulmo marinus?
*Bell. aquat.* 438. Pulmo marinus?
*Rond. aquat.* 2 *p.* 121. Pulmo marinus?
*Bauh. pin.* 369. Pulmo marinus?
*Charl. exerc.* 68. Pulmo marinus?
*Dal. pharm.* 393. Pulmo marinus?
*Tabern. hiſt.* 1524. *f.* 1. Pulmo marinus?
Habitat in mari atlantico, copioſe ad littora *Lapponiæ* & *Finmarckiæ*, Eſca Balænæ Myſticeti.

DESCR. Figuræ omnes malæ ſunt, hinc dubia ſynonyma moneo. *Corpus* orbiculatum, ſupra convexum, totum gelatinæ inſtar friabile & pellucidum; a parte inferiore ſ. plana circulus depingitur ſcaber ſ. echinatus ſquamoſusve, intra quem *Radiorum* octo paria a centro verſus peripheriam extenſa adnata. *Stamina* ſ. Branchiæ niveæ, in aliis incarnatæ, ſemper criſpæ. *Piſtilla* ſ. Filamentorum congeries multiplex, longiſſima; omnia hæc e centro lateris inferioris enata. *Margo* corporis octifidus, obtuſus, ſingulis lobis emarginatis, hinc 16 ſinubus. Piſtilla in aliis copioſa & longiſſima, in aliis omnino nulla.

2109. MEDUSA *aurita* orbiculo ſubtus quatuor cavitatibus notato. *Fn.* 1287. *It. Weſt:goth.* 172. *t.* 3. *f.* 1.
*It. oel.* 160. Meduſa.

vulgo

*Vulgo* Urtica marina.
*Suecis* Manet. *Scanis* Brennwabel.
Habitant ubique in mari: ad Solem lucentes tanquam Stellæ in mari; tactu urentes.

*DESCR.* *Corpus* pellucidum gelatinæ inſtar; extus convexum, ſubtus concavum, margine ſubciliato; ſubtus in centro quadruplex cavitas, ſingula arcuata & cincta opaca linea, conſtante punctis plus quam viginti parallelis; e centro orbiculi quatuor prodeunt falces, margine exteriore ciliatæ. In tergo corporis e centro pluſimæ venæ pallidæ.

2110. MEDUSA *cruciata* orbiculata cruce alba picta.
Habitat in *mari atlantico.*

*DESCR.* Hæc omnium minima eſt, tota gelatinoſa, vitrei coloris; diſcum pingit crux magna alba, ad margines uſque extenſa; margo integer eſt: caret appendiculis omnibus, ſc. cavitatibus, piſtillis, ſtaminibus, branchiis.

## Aſterias.

2111. ASTERIAS *rubens* ſtellata radiis lanceolatis gibbis undique aculeata.
Aſterias radiis quinis latiuſculis aſperis. *Fn.* 1285. *It. W;goth.* 172.
*Plot. ox.* 85. *n.* 16. *t.* 2. *f.* 2. 3. Aſteria.
*Pet. muſ.* 6. *n.* 10. Aſteria Slagburienſis.
*Merr. pin.* 191. Stella marina minor.
*Olear. muſ.* 55. *t.* 28. *f.* 4. Stella marina.
*Schonef. ichth.* 75. Stella marina plinio.
*Suecis* Siöſtierna.
*Hallandis* Korsfiſk, *Marſtrand.* Korstroll.
Habitat in mari *Scaniam* & *Norwegiam* alluente, ubi ſæpe conſumit piſces in hamo.

*DESCR.* Stella pentadactyla violacea, rubens ſ. alba, tecta undique aculeis mollibus minutis; ſubtus papillæ quadruplici ordine digeſtæ. Os ſubtus in centro.

2112. ASTERIAS *minuta* ſtellata obtuſa ciliata.
Habitat in *Mari* Norvegico. Martin.

*DESCR.* Similis quodammodo Aſteriæ rubenti, ſed magnitudine ſeminis Paſtinacæ & lobis ovatis, obtuſis, ciliatis 6 ſ. 7 mucronibus pellucidis. An Pullus præcedentis vel diſtincta ſpecies vix dixero, quamdiu præcedentis pullos non viderim.

2113. ASTERIAS *glacialis* ſtellata radiis heptagonis: angulis aculeatis.
*Link. ſtell. t.* 7. *f.* 9. & *t.* 32. *f.* 52. Stella marina.
Habitat in *Oceano* Norvegico.

2114.

2114. ASTERIAS *ophiura* radiata: radiis quinque, ſtella orbiculata ſquamoſa.
*Martenſ. ſpitzb. t. P. f. D.*
*Planc. conch.* 38. *t.* 4. *f.* 4.
Habitat in *Oceano* Norvegico.

2115. ASTERIAS *caput meduſæ* radiata: radiis dichotomis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 95. Aſterias caput meduſæ.
*Martenſ. ſpitzb. t. P. f. E.*
*Seb. muſ.* 3. *t.* 9. *f.* 1, 2.
Habitat in profundo *Oceani Norvegici*, frequens.

## Echinus.

2116. ECHINUS *eſculentus* hemiſphærico-globoſus: ambulacris denis, areis obſolete verrucoſis.
Echinus ſubgloboſus, vertice plano. *Fn.* 1289.
*Liſt. angl.* 169. *t.* 3. *f.* 18. Echinus marinus, aculeorum veſtigiis parum aut nihil eminentibus.
*Suecis* Borre.
Habitat in *mari Norvegico*.

2117. ECHINUS *ſpatagus* ovatus gibbus: ambulacris quaternis depreſſis.
Echinus ſubcompreſſus, vertice prominulo. *Fn.* 1290.
*Liſt. app.* 28. Echinus minor anguloſus, ex utraque parte compreſſus.
Habitat in *mari Septentrionali*.

2118. ECHINUS *Cidaris* hemiſphærico depreſſus: ambulacris quinis repandis linearibus; areis alternis bifariis.
*Gualt. teſt. t.* 108. *f. D. E.*
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.

# III. TESTACEA.

## Chiton.

2119. CHITON *punctatus* teſta octovalvi lævi, corpore punctis excavatis.
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.

*DESCR.* Quem e mari norvegico attulit D. Martin erat parvus, magnitudine Lentis: *Teſta* octovalvi, incarnata, lævi: valvulis aliquot ſtriis transverſis arcuatis.

2120. LEPAS *anatifera* teſta compreſſa quinquevalvi lævi inteſtino glabro inſidente.
Lepas teſta compreſſa, baſi membrana cylindracea. *Fn.* 1350.
*Argenv. nat.* 364. *t.* 30. *f. F.* Concha anatifera adhærens.
*Pet. muſ.* 82. *n.* 862. Balanus anatifera.
*Bart. cent.* 6. *p.* 271. Concha anatifera major.
*Worm. muſ.* 256. Concha anatifera.
*Liſt. hiſt.* 23. *t.* 440. *f.* 283. Concha anatifera margine lævi. *exerc. t.* 7. *f.* 4. 5.
*Stalpart. obſ.* 2. *p.* 458. *t.* 15. Conchæ falſis gravidæ anſeribus.
*Bonan. recr.* 95. *f.* 2.
*Sennert. hypomn.* 2. *c.* 8. Concha anatifera.
*Sibb. muſ.* 170. *n.* 2. Concha quinquevalvis compreſſa, tubulo quodam lignis aut algæ marinæ adhærens; animal ſui generis multis cirrhis inſtructum continens, falſo dicta anatifera.
*ſcot.* 2. *l.* 3. *c.* 12. *t.* 18. *f.* 1. Concha anatifera.
*Aldr. exſang.* 543. Conchæ anatiferæ ex arbore dependentes.
*Grew muſ.* 148. Balanus compreſſa.
*Lob. ic.* 2. *p.* 250. Conchæ anatiferæ britannicæ.
*Bauh. pin.* 513. *n.* 1. 2. 3. Arbores anatiferæ.
*Bauh. hiſt.* 3. *p.* 803. Anates Conchiferæ vel Anatiferæ falſo dictæ aut Tellinæ & Balani.
*Hoffn. inſ.* 3. *t.* 6. Concha anatifera vulgo Branta & Bernicla.
*Chabr. ſciagr.* 580. *f.* 3. 4. Arbores conchiferæ & anatiferæ dictæ.
Habitat in *Oceano* ſuper ligna frequens.

2121. LEPAS *Scalpellum* teſta compreſſa tredecimvalvi læviuſcula, inteſtino ſquamoſo inſidente.
*Ellis. Act. angl.* 1758. *vol.* 2. *t.* 34. *f* 4.
Habitat in *Oceano Norvegico*, unde eam attulit A. R. Martin. Med. cand.

OBS. Teſta non ſemper ſeſſilis, ſed ſæpe inteſtino tenui ſquamoſo inſidens, cæterum ſimilis Lep. anatiferæ, at valvulæ huic plures.

2122. LEPAS *Balanus* teſta conica ſulcata: operculis acuminatis. *Fn.* 1349. *it. W:goth.* 170.
*Argenv. nat.* 364. *t.* 30. *f. A.*

Habi-

Habitat in *Oſtreis* & lapidibus, frequens in *mari Atlantico.*

*DESCR.* Differt a ſequenti quod 1. major ſit. 2. quod *teſta* ad latera ſulcis variis inæqualibus exſculpta. 3. quod *operculum*, quatuor valvulis compoſitum, acumine longo claudatur oblique mucronato.

2123. LEPAS *Balanoides* teſta conica truncata lævi: operculis obtuſis. *Fn.* 1348.

*Pet. muſ.* 82. *n.* 802. Balanus noſter parvus vulgaris.

*Argenv. nat.* 364 *t.* 30. *f. D.*

*Liſt. angl.* 196. *t.* 2. *f.* 41. Balanus cinereus velut e ſenis laminibus ſtriatis compoſitus, ipſo vertice altera teſta bifida rhomboide occluſo.

*hiſt.* 3. *t.* 444. *f.* 287. Balanus parvus ſtriatus.

*Leuwenh. arcan. epiſt.* 82 *p.* 472. *t.* 465. *f.* 1. *E.* & *f.* 7.

Habitat in lapidibus, vulgatiſſima in *mari Atlantico.*

*DESCR. ANIMAL* habet 1. *Roſtrum* molle, intortum. 2. *Pedes* utrinque quatuor, longos, articulatos, piloſos. 3. *Pedes* utrinque tres, ventricoſos, uti chelæ breves, ſingulos inſtructos ſetis brevibus binis articulatis. 4. *Os* inferne dentibus utrinque duobus labello ſuperimpoſito. Figuram Leuwenhœkii videas ſatis bonam.

## Pholas.

2124. PHOLAS *Dactylus* oblonga hinc reticulato-ſtriata.

*Liſt. angl. app.* 44. *t.* 2. *f.* 3. Pholas roſtratus major diepenſis.

*Seb. muſ.* 3. *t.* 16. *f.* 6.

Habitat in Scopulis *Norvegici maris.* A. R. Martin.

2125. PHOLAS *criſpata* teſta ovali hinc obtuſiore criſpato-ſtriata, cardinis dente curvo.

*Liſt angl. t.* 5. *f.* 36. concha altera parte dimidia ſtriis criſpatis.

Habitat in *Oceano.*

*DESCR. Teſta* utraque extremitate maxime hians. Sulcus transverſus in duas partes valvulas dividens; parte altera valde rugoſa & criſpa, in qua ad cardinem margo reflexus.

## Mya.

2126. MYA *truncata* teſta ovata poſtice truncata; cardinis dente antrorſum porrecto obtuſiſſimo.

*It. W:goth.* 199 *n.* 2. *t.* 5. *f.* 3. nomine Liſteri.

*Liſt. angl.* 191. *t.* 5. *f.* 36. Concha lævis, altera tantum parte clauſilis.

 Habi-

Habitat in *Oceano*, ſæpe etiam foſſilis occurrit.

2127. MYA *arenaria* teſta ovata poſtice rotundata, cardinis dente antrorſum porrecto rotundato denticuloque laterali.
*It. W:goth.* 187. Concha ſubarenaceo-marina.
Habitat in *Oceano* Bahuſiam alluente, ſub arena, aqua tecta, ex duobus foraminibus in fundo obviis inveſtiganda.
*DESCR. Teſta* magnitudine Ovi anſeris, lævis, valvulæ alterius cardo conſtat lobo rotundato cum denticulo laterali; alterius ex cavitate ſubtus elevata; cætera vide *It. W:goth.*

2128. MYA *lutraria* teſta oblongo-ovata, cardinis dente depreſſo parallelo rotundato denticuloque erecto emarginato.
*Liſt. angl.* 170. *t.* 4. *f.* 19. Concha longa lataque in mediis cardinibus cavitate pyriformi.
Habitat ad oſtia *fluviorum* mare intrantia.

2129. MYA *pictorum* teſta ovata, cardinis dente primario crenulato; laterali longitudinali; alterius duplicato.
*Liſt. ang. app.* 20. *t.* 1. *f.* 4. Muſculus ex viridi pallidus omnium anguſtisſimus.
Habitat in *fluviis*.

2130. MYA *margaritifera* teſta ovata antice coarctata, cardinis dente primario conico, natibus decorticatis.
Concha teſta oblonga, medio antice contracta. *Fn.* 1331.
*Liſt. app.* 15. *t.* 1. *f.* 1. Muſculus niger omnium craſſiſſima & ponderoſiſſima teſta.
*Geſn. aqu.* Conchæ longæ ſpecies.
*Liſt. app.* 15. *f.* 1. Muſculus niger omnium craſſiſſima & ponderoſiſſima teſta, conchæ longæ ſpecies.
*Suecis* Pårlemuſla.
Habitat in fluviis maximis, præſertim *Lapponiæ*, ubi in voraginibus communiter reperitur.
*DESCR. Teſta* ovali-oblonga, ponderoſa, antice retuſo-compreſſa, extus rudis nigricans, latere anguſtiore ſ. ſuperiore ſubvilloſa, Natibus valde excorticatis; per ſiccitatem fragilis etiam per ſe. *Intus* Teſta albida cicatricibus duabus pro inſertione muſculorum. *Cardinis* Dens conicus, obtuſus, porrectus; lateralis nullus; ſed in minoribus longitudinalis crenulatus; an vero minor ſpecies diverſa?

## Solen.

2131. SOLEN *Siliqua* teſta lineari recta, cardine altero bidentato.
*Liſt. angl.* 192. *t.* 5. *f.* 37. Concha fuſca longiſſima anguſtiſſimaque.

Habi-

Habitat in *Oceano Norvegico.*

## Tellina.

2132. TELLINA *radiata* teſta oblonga longitudinaliter ſubtiliſſime ſubſtriata nitida, ſutura ani canaliculata.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

2133. TELLINA *trifaſciata* teſta ovata læviuſcula ſanguineo-triradiata, pube rugoſa.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

2134. TELLINA *incarnata* teſta ovata compreſſo-planiuſcula, natibus ſubmucronatis.
Concha teſta ovata: altero latere angulo plano a cardine ad ambitum. *Fn.* 1337.
*Liſt. app.* 32. *f.* 8. Concha rugoſa tellinæformis, lineola quadam paululum eminente ab ipſo cardine ad imum ambitum donata.
Habitat in *mari.*
DESCR. *Teſta* parva, magnitudine Fabæ, lævis, rugis minimis transverſis; ubi valvæ coëunt, ab altero latere cardinis, teſta plana eſt verſus rictum.

2135. TELLINA *bimaculata* teſta triangulo-ſubrotunda latiore lævi albida: intus maculis duabus ſanguineis oblongis.
Habitat in *Oceano.*

2136. TELLINA *balthica* teſta ſubrotunda lævi extus incarnata.
Concha teſta ſubrotunda glabra incarnata. *Fn.* 1335.
*It. œl.* 43. Concha ſubrotunda glabra incarnata.
Habitat in mari *Balthico.*
DESCR. *Teſta* tenera, magnitudine ſeminis Phaſeoli, valde fragilis, vix tactum ferens, extus incarnata, ad cardines angulata, parum convexa absque ullis ſtriis.

2137. TELLINA *piſiformis* teſta ſubgloboſa lævi intus incarnata oblique ſubſtriata: ſtriis antice angulo acuto reflexis.
*Gualt. teſt. t.* 7. *f. D.*
Habitat in *Oceano.*

2138. TELLINA *cornea* teſta globoſa glabra cornei coloris ſulco transverſali.
Concha teſta ſubgloboſa glabra cornei coloris: ſulco transverſali. *Fn.* 1336.

*Liſt. angl. app.* 22. *f.* 5. Muſculus exiguus piſi magnitudine ſubrotundus.
Habitat in *paludibus*; in *Hottonia.*
*DESCR.* Magnitudo ſeminis Piſi majoris, ſubgloboſa. *Teſta* latior transverſim, quam a cardinibus antrorſum; valde gibba, lævis eſt, uno ſulco ſtriave transverſali, ſubpellucida, minime alba, ſed coloris omnino cornu bovini ad pectines elaborati ſubdiaphani.

## Cardium.

2139. CARDIUM *echinatum* teſta ſubcordata: ſulcis exaratis linea ciliata: aculeis inflexis plurimis.
Concha teſta ſubrotunda; ſulcis XX longitudinalibus: dorſo antice aculeatis. *Fn* 1339.
*Rond. aqu.* 22. Concha echinata.
*Geſn. aqu.* 131. 132.
*Bonan. teſt. claſ* 2. *n.* 90. *p.* 446. Concha ſtriata echinata.
*Liſt. angl.* 188. *t.* 5. *f.* 33. Pectunculus echinatus.
*Lang. teſt* 60. Concha cordiformis æquilatera umbone cardinum unito, ſtriata papilloſa verrucoſa aculeata vel imbricata
Habitat in *Oceano Atlantico* frequens.
*DESCR. Teſta* eſt ſubrotunda valvis hinc depreſſis, illinc vero magis rotundatis, valde gibba, ſulcis XX exarata, ſtriis interjacentibus elevatis, longitudinaliter reflexo-echinatis, præſertim verſus marginem.

2140. CARDIUM *ſolidum* teſta triangulari rotundata opaca læviuſcula, cardinibus foveola pyriformi.
*Liſt. angl.* 174. *t.* 4. *f.* 24.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

2141. CARDIUM *edule* teſta antiquata: ſulcis XXVI obſolete recurvato-imbricatis.
Concha teſta ſubrotunda, ſulcis viginti ſex longitudinalibus, tribus transverſalibus. *Fn.* 1340.
*Aldr. exſang.* 449. Concha ſtriata altera Rondeletii.
*Pet. muſ.* 86. *n.* 835. Pectunculus maritimus noſtras edulis vulgatiſſimus.
*Liſt. angl.* 189. *t.* 5. *f.* 34. Pectunculus vulgaris rotundus circiter XXVI. ſtriis majuſculis at planioribus notatus.
*hiſt.* 3. *n.* 171. Pectunculus capite minore rotundiore & magis æquali margine.
*Schonef. ichth.* 55. Pectunculus.
*Dal. pharm.* 398. Pectunculus.
*It. œl.* 42. Concha teſta ſubrotunda, ſulcis 26 longitudinalibus, tribus transverſalibus. Habi-

Habitat in *mari*; copioſe ad littora rejicitur.

*DESCR. Teſta* ſubrotunda, rugis. ſ. ſulcis transverſis duobus tribusve profundis velut aucta eſt; ſulci longitudinales 26 circiter, diſtincti, remoti, interjecto ſpatio rugoſo; hi ſulci ſubtus ſimiliter verſus marginem profunde inſculpti numerantur. Craſſa admodum teſta eſt.

## Donax.

2142. DONAX *trunculus* teſta antice lævi, intus violacea, marginibus crenatis.
*Liſt. angl.* 190. *t.* 5. *f.* 35. Tellina intus ex violaceo purpuraſcens, in ambitu ſerrata.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

## Venus.

2143. VENUS *Gallina* teſta ſubcordata radiata: ſtriis transverſis obtuſis, cardinis dente poſtico minimo, margine crenulato.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

2144. VENUS *mercenaria* teſta cordata ſolida tranſverſe ſubſtriata lævi, margine crenulato, intus violacea, ano ovato.
*Kalm. canad.* 2. *p.* 355. Clam.
*Liſt. angl.* 229. *t.* 8. *f.* 33.
Habitat in *Oceano Norvegico* copioſe.

2145. VENUS *exoleta* teſta lentiformi transverſim ſtriata pallida obſolete radiata, ano cordato.
*Gualt. teſt. t.* 75. *f. F. G.*
Habitat in *Oceano Norvegico.*

2146. VENUS *literata* teſta ovata antice angulata: ſtriis transverſis ſubundulatis.
*Gualt. teſt. t.* 86. *f. E. F.*
Habitat in *Oceano Norvegico.*

## Arca.

2147. ARCA *barbata* teſta oblonga ſtriis barbata, natibus incurvis approximatis, margine integro clauſo.
*Gualt teſt. t.* 91. *f. F.*
Habitat in *Oceano Norvegico.*

## Oſtrea.

2148. OSTREA *maxima* teſta radiis rotundatis longitudinaliter ſtriatis.
Concha teſta aurita: ſtriis quatuordecim. *Fn.* 1343.
*Pet. muſ.* 86. *n.* 829. Pecten major noſtras vulgaris.
*Liſt. angl.* 184. *t.* 5. *f.* 29. Pecten maximus circiter ſtriis 14 admodum craſſis & eminentibus & iisdem ipſis ſtriis inſignitus.
*hiſt.* 3. *t.* 163. *f.* 1. Pecten magnus albidus circiter 12 ſtriis multis minutisque inciſuris exaſperatis donatus.
Habitat in *mari Atlantico.*

2149. OSTREA *edulis* teſta ſemiorbiculata membranis imbricatis undulatis: valvula altera plana integerrima.
Concha teſta ſubrotunda rugoſa ſubſtriata: valvis inæqualibus, cardine obliterato. *Fn.* 1338.
*Rond. aquat.* 2. *p.* 37. Oſtrea.
*Geſn. aqu.* 645. Oſtrea.
*Aldr. exſang.* 482. Oſtrea Rondeletii marina.
*Jonſt. exſang.* 44. Oſtrea.
*Schoneſ. icht.* 54. Oſtrea.
*Charl. exerc.* 66. Oſtrea.
*Merr. pin.* 193. Oſtrea.
*Liſt. ang.* 176. *t.* 4. *f.* 26. Oſtreum vulgare maximum intus argenteo quodam ſplendore albeſcens.
*hiſt.* 3. *p.* 20. Oſtrea major ſulcata inæqualiter utrinque ad cardinem denticulata.
*Bonan. recr.* 108. *t.* 70. Concha ſatis nota in cœnis, Oſtrea latinis dicta, non Oſtreum.
*Lang. teſt.* 81. Oſtreum vulgare ſtriatum.
*Dal. pharm.* 397. Oſtrea.
*Pet. muſ.* 85. *n.* 822. Oſtrea vulgaris eſculenta.
*Suecis* Oſtra.
Habitat in *mari Occidentali.*

## Anomia.

2150. ANOMIA *craniolaris* teſta orbiculata: valvula gibboſiore conico-convexa, planiore baſi foraminibus tribus.
Concha teſta planiore orbiculata cranium humanum referente. *Fn.* 1347. *t.* 2. *f.* 1347.
*Stobæi Diſſ. epiſt.* 1732. 4:*to Lundin. f.* 1. 2 Nummulus Brattensburgenſis.

*Act.*

*Act. upſ. vol.* 2. *p.* 560. *t.* 152. *f.* 4. Nummus brattenburgenſis territorii willans, inſulæ Ivæ lacu, ubi ad littora ſæpe rejicitur pagi Biſkops-gården.
Habitat in *Scania*, ad Iſvö & Balsberg, ſed foſſilis, nec viva reperta.
*OBS.* D. D. *Leche* reperit duas teſtas cohærentes, altera eſt Nummus Brattenburgenſis Strobæi; altera eſt magis interne concava, extus turbinata convexa; adeoque de genere nullum dubium amplius ſupereſt in Tab. II. æ conchæ teſtam ſuperiorem antea notam in naturali magnitudine exhibet a tergo viſam; β eandem auctam a latere interiore; γ vero a latere exteriore. δ Teſtam inferiorem antea ignotam a latere interiore, ε vero eandem a latere exteriore delineat.

2151. ANOMIA *ſquamula* teſta orbiculata integerrima plana: margine altero gibbo lævi.
*It. W:goth.* 171. Patella.
Habitat in *Oceani* Fucis, Cancris.

2152. ANOMIA *patelliformis* teſta obovata convexa ſubdiaphana ſtriata, vertice poſtico recurvo lævi.
Habitat in *M. Norvegico.* A. R. Martin.
*DESCR. Teſta* ſimillima Patellæ luteæ, ut ſi altera teſta aſſerveſur, nequeat non pro Patella dignoſci.
Teſta magnitudine extimi articuli digiti, albida, ovalis & fere orbiculata, læviter convexa, ſtriata ſtriis longitudinalibus convexis, numeroſis, minutiſſimis, transverſis, vix nudis oculis conſpicuis; tenera fragilis & fere diaphana. Mucro ad nates verſus cardinem obſoletior, lævis, recurvatus. *Valvula inferior* plana, lævis, tenuiſſima, cum majuſculo obovato foramine verſus cardinem.

2153. ANOMIA *retuſa* teſta obovata ſtriata retuſa convalle longitudinali, nate perforata.
Habitat in *Oceani Norvegici* Alcyoniis.

2154. ANOMIA *caput ſerpentis* teſta obovata ſtriata tomentoſa: valvula altera nate longiore perforata:
Habitat in *Norvegiæ Oceano.*

2155. ANOMIA *Terebratula* teſta obovata lævi convexa: valvula altera triplicata; altera biplicata.
*Liſt. angl.* 240. *t.* 8. *f.* 46.
Habitat in *Oceano Norvegico.*

## Mytilus.

2156. MYTILUS *edulis* teſta læviuſcula violacea, valvulis obliquis poſtice acuminatis.

Concha teſta oblonga lævi ſubviolacea. *Fn.* 1333. *It. W:goth.* 170.
*Lang. teſt.* 24. Concha ſoleniformis lævis.
*Geſn. aqu.* 277. Mytulus.
*Rond. aqu.* 2. *p.* 48. Mytulus.
*Aldr. exſang.* 512. Mytulus Rondeletii.
*Bell aqu.* 397. Mytulus.
*Schoneſ. icht.* 54. Mytulus.
*Merr. pin.* 193. Mytuli.
*Liſt. hiſt.* 3. *t.* 362. *f.* 200. Muſculus ſubcæruleus fere virgatus.
*angl.* 182. *f.* 28. Muſculus ex cæruleo niger.
*Pet. muſ.* 84. *n.* 820. Muſculus maritimus vulgatiſſimus edulis.
*It. œl.* 43. Concha Mytulus dicta.
Habitat in *mari* copioſiſſime, ad littora rejicitur, a Belgis editur, non vero a noſtris.

2157. MYTILUS *barbatus* teſta læviuſcula ferruginea apice barbata.
*Gualt. teſt. t.* 91. *f. H.*
Habitat in *Oceano Norvegico.*
*DESCR.* Simillima præcedenti, ſed rufeſcens & apice barbata.

2158. MYTILUS *anatinus* teſta ovali compreſſiuſcula fragiliſſima margine membranaceo, natibus decorticatis.
Concha teſta oblonga ovata longitudinaliter ſubrugoſa, poſtice compreſſo prominula. *Fn.* 1332.
*Liſt. app.* 9. *f.* 2. Muſculus latus maximus, teſta admodum tenui ex fuſco virideſcens, paluſtris.
*Suecis* Sjö-Muſſla. Muſſla.
Habitat in *lacubus* frequens.
*OBS.* Figura Liſteri paulo latior videtur, quam noſtra.

## Bulla.

2159. BULLA *Hypnorum* teſta ovata pellucida ſiniſtrorſa, ſpira prominente, apertura ovato-lanceolata.
Cochlea teſta pellucida flava ovata ſiniſtrorſa, apertura ovato-lanceolata, ſpira producta. *Fn.* 1303.
Habitat in *Muſcis* humentibus.
*DESCR.* Longitudo ſeminis Avenæ, ſed craſſior eſt. *Teſta* pellucida, ſubflava, tenerrima, prominens, oblonga, minus acuta, ſpiris ſ. anfractibus quatuor ſiniſtrorſum flexis: apertura oblonga eſt, cum ſpiræ infimæ latitudo ſuperat totum corpus teſtæ ſuperioris.

2160.

2160. BULLA *fontinalis* teſta ovata pellucida ſiniſtrorſa; ſpira obſoleta, apertura ovato-oblonga.
Cochlea teſta pellucida flava ovata ventricoſa ſiniſtrorſa: apertura ovato-oblonga longitudinali: ſpira introducta. *Fn.* 1302. *It. W:goth.* 49.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 23. Cochlea teſta flava pellucida acuminata: rictu obliquo.
Habitat in plantis aquaticis.
*DESCR.* Magnitudo infra Hordei granum ſubſiſtit: *Teſta* ovata, pellucida, flava, fragiliſſima, ut vix tactum ferat; apertura ovato-oblonga, fere longitudinalis, ventricoſa & extima fere ſola conſpicua, reliquæ vix prominent; mucro obtuſiſſimus eſt; ſpiræ ſiniſtrorſum incedunt.

## Buccinum.

2161. BUCCINUM *Lapillus* teſta ovata acuta ſtriata lævi, columella planiuſcula.
Cochlea teſta craſſa ovata utrinque producta; ſpiris quinque ſpiraliter ſulcatis; aperturæ labro undulato. *Fn.* 1321. *It. W:goth.* 170.
*Liſt. angl.* 158. *t.* 3. *f.* 5. 6. Buccinum minus albidum aſperum intra quinas ſpiras finitum.
*exerc.* 2. *p.* 85 idem.
Habitat in *mari occidentali* frequentiſſima, exedens mortuos piſces in ſagenis.
*DESCR.* Sæpe argilla adeo obducta, ut difficile videantur ſpiræ. variat Teſta ſubtomentoſa majore *Liſt. f.* 5, quæ etiam frequens. *It. W:goth.* 169.

2162. BUCCINUM *glaciale* teſta lævi ſubſtriata ovato-oblonga, anfractu infimo ſubcarinato.
Habitat in *Oceano Norvegico*, usque in Spitsbergam. *Martin.*
*DESCR.* *Teſta* craſſa, magnitudine extimi articuli pollicis, pallida, ſecundum anfractus obſolete ſtriata, acuminata, ſuperne conica. *Anfractus* infimus ſ. maximus ſubcarinatus eſt, ſed hæc carina in reliquis ſuperioribus anfractibus evaneſcit, cum ſutura anfractuum evadat, quæ attenuata. *Baſis* gibba, emarginata. *Apertura* ovata. *Labium* exterius craſſum, patulum, ſtriis incumbentibus.

2163. BUCCINUM *undatum* teſta oblonga rudi transverſe ſtriata: anfractibus curvato-multangulis.
*Liſt. angl.* 156. *t.* 3. *f.* 2. 3. Buccinum craſſum rufeſcens ſtriatum, & undatum.
Habitat in *Oceano Norvegico.*
*DESCR.* Statura Muricis deſpecti, ſed canalis breviſſimus & vix prominens. Variat Teſta rotundata & toruloſa.

2164.

## Strombus.

2164. STROMBUS *Pes pelecani* teſta labro tetradactylo palmato digitis angulato, fauce lævi.
Cochlea teſta longa acuminata, aperturæ labro dilatato: duplici ſtria antice ſinuato. *Fn.* 1323.
*Bonan. recr.* 3. *n.* 85. 87.
Habitat in *mari atlantico.*

DESCR. *Teſta* craſſa, longa, terebriformis, incarnata, baſi parum roſtrata, 8 ſpirarum anfractibus, verrucis compreſſis unica ſerie digeſtis. *Apertura* teſtæ producitur labro latiſſimo duabus elevatis ſtriis angulato; Labrum hoc antice (apicem verſus) prominet in angulum acutiuſculum, intra quem angulum & teſtam ſinus ſemilunaris eſt.

## Murex.

2165. MUREX *antiquus* teſta patulo-caudata oblonga, anfractibus octo teretibus.
*Gualt. teſt. t.* 46. *f. E.*
Habitat in *Oceano.*

2166. MUREX *deſpectus* teſta patulo-ſubcaudata oblonga, anfractibus octo: lineis duabus elevatis.
*It. W:goth.* 200. *t.* 5. 8. Cochlea, ſpiris octo, oblonga utrinque producta, lineis duabus elevatis.
*Liſt. angl.* 155. *t.* 3. *f.* 1. Buccinum album læve maximum ſeptem ſpirarum.
Habitat cum præcedenti.

## Trochus.

2167. TROCHUS *cinereus* teſta oblique umbilicata ovata, anfractibus rotundatis.
Habitat ad *Oceani* litora.

2168. TROCHUS *zizyphinus* teſta imperforata conica lævi, anfractibus ſubcarinatis.
*Liſt. angl.* 166. *t.* 3. *f.* 14. Trochus albidus maculis rubentibus ſex ſpirarum.
Habitat ad littora *Oceani*, Norvegiæ proximi.

## Turbo.

2169. TURBO *littoreus* teſta ſubovata acuta ſtriata, margine columinari plano.

*It. W:goth.* 169, 199. *t.* 5. *f.* 4. Cochlea teſta ovata, ſpiris quinque ſtriatis faſciatis, aperturæ margine poſtico dilatato rotundato.
*Liſt. angl.* 162. *t.* 3. *f.* 9. Cochlea fuſca faſciis crebris anguſtisque prædita.
*Suecis* Kupunge.
Habitat ubique ad littora *Oceani*, ut ea fere tegat, & quando altius rupibus adhæret, tempeſtates auſtrales indicare credunt ruſtici.

2170. TURBO *Clathrus* teſta cancellata turrita, anfractibus contiguis lævibus.
Cochlea oblonga: ſtriis longitudinalibus marginatis. *Fn.* 1325.
*Pet. muſ.* 66. *n.* 705. Buccinum album minus, coſtis eleganter elatis.
Habitat in *mari occidentali*, unde nobis miſſa?
*DESCR.* Faciliime diſtinguitur ab omnibus aliis hæc cancellata Cochlea, cujus ſtriæ longitudinales octo vel novem elatæ quaſi membranaceæ.

2171. TURBO *Terebra* teſta turrita: anfractibus carinis ſex acutis.
Cochlea teſta longa ſubulata, ſpiris duodecim ſtriatis. *Fn.* 1322.
*Liſt. angl.* 161. *t.* 3. *f.* 8. Buccinum tenue denſe ſtriatum, 12 minimum ſpiris donatum.
Habitat in *mari occidentali.*
*DESCR.* Color corneus, *teſta* terebriformi, ſingula ſpira quinque ſulcis ſpiraliter exarata; *apertura* orbiculari.

2172. TURBO *perverſus* teſta turrita pellucida: anfractibus contrariis, apertura edentula.
Cochlea teſta pellucida oblonga, ſpiris decem ſiniſtrorſis, apertura ſubrotunda. *Fn.* 1300.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 20. Cochlea teſta oblonga obtuſa, rictu rotundo, ſpiris octo, decem, duodecim.
*Liſt. angl.* 124. *t.* 2. *f.* 11. Buccinum alterum pellucidum ſubflavum, intra ſenas ſpiras mucronatum.
Habitat in *Muſcis* ad radices arborum, & in tectis antiquis ruſticorum circa Upſaliam.
*DESCR.* *Teſta* pellucida, ſubflava, ſpiris 8. 10. 12. ſenſim minoribus, in longum producta, apice obtuſiuſcula, ſenſim attenuata, ſpiris ſiniſtrorſum euntibus.

2173. TURBO *Muſcorum* teſta turrita obtuſa pellucida, anfractibus ſecundis, apertura edentula. Coch-

Cochlea teſta ſubpellucida, ſpiris ſex dextrorſis, ſubcylindracea obtuſa. *Fn.* 1301.

*Liſt. angl.* 121. *t.* 2. *f.* 6. Buccinum exiguum flavum, mucrone obtuſo ſ. cylindraceum.

*It. œland.* 99. Cochlea parva ſpiris ſeptem.

Habitat Upſaliæ inter *Hypna* & *Brya* ad radices arborum, & in tectis ruſticorum antiquis.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis ſecalis. *Teſta* brunnea, dum adhuc animalculo fœta eſt, alias cornea, pellucida, ſpiris 4, 5, vel 6; apertura ovato-acuminata, mucrone obtuſo. Spiræ more communi dextrorſum (aperturæ impoſita) procedunt.

## Helix.

2174. HELIX *Lapicida* teſta carinata umbilicata utrinque convexa, apertura marginata transverſali ovata.

Cochlea teſta utrinque convexa, ſubtus perforata, ſpira acuta, apertura ovata transverſali. *It. œl.* 8. *W:goth.* 27. * *Fn.* 1298.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 40. *n.* 9. Cochlea teſta convexa ſubtus perforata, ſpira acuta.

*Pet. muſ.* 69. *n.* 734. Planorbis terreſtris anglicus, umbilico minore, margine acuto.

*Liſt. angl.* 126. *t.* 2. *f.* 14. Cochlea pulla ſylvatica, ſpiris in aciem depreſſis.

*hiſt.* 1. *p.* 29. *f.* 62. Cochlea noſtra umbilicata pulla.

Habitat in *montibus præruptis* Dannemoræ, Elfkarlebyæ, Oelandiæ. &c. Rodit Lapidem calcareum, uti Teredo ligna.

*DESCR.* *Teſta* ſubpellucida, ſupra parum convexa, ſubtus magis convexa, conſtat *ſpiris* quinque: color pallidus ſ. corneus cum lituris ſpirarum transverſis ferrugineis. Apex teſtæ minime prominet; ſubtus vero umbilicus foramine tereti majuſculo apertus; margo ſpirarum undique acutiſſimus. *Apertura* ſubovata, transverſa, leviſſime dilatata.

2175. HELIX *albella* teſta carinata umbilicata planiuſcula ſubtus gibba, apertura ſemicordata

Cochlea teſta ſupra convexo-plana, ſubtus convexa perforata, anfractu acuto, apertura ſemicordata *It. œl.* 65. *Fn.* 1299.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 40. *n.* 6. Cochlea teſta depreſſa, ſupra planiuſcula marginata, ſubtus convexa perforata.

Habitat in montium *præruptis*, rariſſimum animal

*DESCR.* Præcedenti multoties minor. *Teſta* ſupra plana fere eſt, ſubtus valde gibba & perforata umbilico; acies lateralis in hac verſus latus planum, contrario ac in præcedenti modo, ubi margo in medio anfractus

ctus; hinc dum *apertura* præcedentis ovata eſt, huic erit dimidiato cordata ſ. cordis longitudinaliter diſſecti dimidium referens, nullo modo margine dilatata; hæc conſtat anfractibus tribus vel quatuor, præcedens vero anfractibus quinque.

2176. HELIX *planorbis* teſta ſubcarinata umbilicata plana, ſupra concava: apertura oblique ovata utrinque acuta
Cochlea teſta plana fuſca, ſupra concava, anfractibus quatuor, margine prominulo. *Fn.* 1306.
*Liſt. angl.* 145. *t.* 2. *f.* 27. Cochlea fuſca, altera parte planior & limbo inſignita quatuor ſpirarum.
*hiſt.* 2. *t.* 138. *f.* 42. Cochlea fuſca, limbo circumſcripta.
*Pet. gaz.* 16. *t.* 10. *f.* 11. Planorbis minor fluviatilis, acie acuta.
Habitat in aquis ſtagnantibus, *foſſis*, piſcinis, *paludibus* & *fluviis*.
*DESCR.* *Teſta* conſtat 4 anfractibus nigricantibus, dum animal intra eandem latet opaca, alias pellucida cornei coloris ſ. membranacei: ſtriæ minimæ obliquæ teſtam ſtriatam reddunt; *apertura* ovato-obliqua, utrinque parum acuta; margo anfractuum prominet.

2177. HELIX *complanata* teſta deorſum carinata umbilicata convexa, ſubtus plana, apertura ſemicordata.
Cochlea teſta plana, ſupra convexa, ſubtus concava; anfractibus quatuor deorſum marginatis. *Fn.* 1308.
Habitat in *fluviis* & *paludibus*, frequens in *Hottonia*.
*DESCR.* Parva admodum: *Teſta* ſubcinerea, ſubdiaphana, tenuis, plana, ſupra convexa, parum umbilicata; ſubtus plana omnino, ſed parum cava verſus centrum; margo, qui anfractus cingit, reſpicit latus planius ſ. inferius; *apertura* ovato-acuminata eſt.

2178. HELIX *vortex* teſta carinata plana: ſupra concava, apertura ovali.
Cochlea teſta plana fuſca: ſupra concava, anfractibus quinque: margine acuto. *Fn.* 1307.
*Liſt. angl.* 145. *t.* 2 *f.* 28. Cochlea exigua ſubfuſca, altera parte planior ſine limbo, quinque ſpirarum.
Habitat in *foſſis*, *paludibus*, *piſcinis*.
*DESCR.* Hæc Hel. planorbe minor, at anfractibus pluribus: margo teſtæ in illa extra *teſtam* exſeritur, at in hac ipſe teſtæ angulus eſt acutus.

2179. HELIX *cornea* teſta ſupra umbilicata plana nigricans, anfractibus quatuor teretibus.
Cochlea teſta plana pulla: ſupra umbilicata, anfractibus quatuor teretibus. *Fn.* 1304.

Liſt.

*Liſt. angl.* 143. *t.* 2. *f.* 26. Cochlea pulla, ex utraque parte circa umbilicum cava.

*exerc.* 2. *p.* 59. Purpura ſ. Cochlea fluviatilis compreſſa major.

Habitat in *fluviis*, *paludibus* majoribus, *foſſisque* frequens admodum.

*DESCR.* *Teſtæ* ſpira ſ. anfractus teres eſt, ſtriis longitudinalibus & transverſalibus minutiſſimis elevatis: tota ferruginea ſ. pulla, ſubpellucida, plana utrinque eſt, nec ſpira prominens, at latere ſuperiore concavo umbilicata, vix autem in inferiore latere.

2180. HELIX *ſpirorbis* teſta utrinque concava plana albida, anfractibus quinque teretibus.

Cochlea teſta plana alba utrinque concava, anfractibus quinque teretibus. *Fn.* 1305.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 40. *n.* 2. Cochlea teſta depreſſa utrinque ſubæquali: ſpira tereti.

Habitat in *Lacubus*.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis Aneti. *Teſta* alba, pellucida: anfractibus quinque, plana, parum utrinque concava, vix tamen umbilicata; minime marginata uti ſequentes.

2181. HELIX *contorta* teſta ſubumbilicata plana utrinque æquali, apertura lineari arcuata.

Cochlea teſta plana: utrinque æquali umbilicata: apertura ſemilunari. *Fn.* 1309.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 40. *n.* 5. Cochlea teſta depreſſa: ſpira arctiſſima, vix perforata.

Habitat in *foſſis* ad radices *Hottoniæ*, ſæpe in prato regio Upſalienſi.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis Braſſicæ, raro major: *Teſta* conſtat anfractibus quatuor arctiſſime ſibi invicem obvolutis: utrinque fere æqualis eſt teſta, & utrinque concava: *apertura* litteram C refert, ſeu *Lunam* in primo quadrante. *Corpus* nigrum, corniculis ſubulatis, longis; cum in aquis verſatur & e teſta prorepit animalculum vivum, videtur teſta, eminus inſpecta, quaſi deaurata.

2182. HELIX *hiſpida* teſta umbilicata convexa hiſpida diaphana, anfractibus quinis, apertura ſubrotundo-lunata.

Cochlea teſta utrinque convexa hiſpida, ſpiris quinque rotundatis, ſubtus perforata. *Fn.* 1296.

Habitat in *arboribus* & *plantis*.

*DESCR.* Parva, cornei coloris, convexa, rotundata, ſubtus perforata, pilis raris breviſſimis hiſpida, apertura lunari-ſubrotunda.

2183. HELIX *Pomatia* teſta umbilicata ſubovata obtuſa decolore, apertura ſubrotundo-lunata.

Coch-

Cochlea teſta ovata quinque ſpirarum, pomatia dicta. *Fn.* 1293.
*Geſn. aquat.* 255. Pomatia.
*Aldr. exſang.* 389. Cochlea terreſtris gypſo obſerata.
*Liſt. ang.* 111. *t.* 2. *f.* 1. Cochlea cinerea edulis, cujus apertura operculo craſſo velut gypſeo per hyemem clauditur.
*excercit. anat.* 1. *p.* 162. *t.* 1. Cochlea pomatia edulis geſneri.
*hiſt.* 1. *n.* 46 Cochlea cinereo rufeſcens faſciata leviter umbilicata.
*Dal. pharm.* 394. Cochlea terreſtris, Limax terreſtris.
*Merr. pin.* 207. Cochlea alba major, cum ſuo operculo.
*Pet. muſ.* 4. *n.* 12. Cochlea alba major.
*Suecis* Trâgârds-Snâcka.
Habitat in hortis; allata e *Germania*, ſponte vix occurrit; a quibusdam editur.

2184. HELIX *arbuſtorum* teſta umbilicata convexa acuminata, apertura ſuborbiculari bimarginata: antice elongata.
Cochlea teſta utrinque convexa ſubcinerea: faſcia ſolitaria griſea, labro reflexo. *Fn.* 1295.
*Liſt. angl.* 119. *t.* 2. *f.* 4. Cochlea maculata, unica faſcia pulla anguſtioreque per medium anfractus inſignita.
*hiſt.* 1. *n.* 53. Cochlea maculata, unica faſcia fuſca per medium orbem inſignita.
*Pet. muſ.* 5. *n.* 15. idem.
Habitat in *Nemoribus*, pratis umbroſis, lucis.
*DESCR.* Variat admodum colore. *Teſta* apertura lunulata eſt, conſtans ſpiris quinque, convexiuſcula, faſcia griſea per medium ſpirarum; cæterum undique ſubgriſea punctis oblongis transverſis albis.

2185. HELIX *vivipara* teſta imperforata ſubovata obtuſa cornea cingulis fuſcatis, apertura ſuborbiculari.
Cochlea teſta oblongiuſcula obtuſa, anfractibus teretibus: lineis tribus lividis. *Fn.* 1312.
*Liſt. angl.* 133. *t.* 2. *f.* 17. Cochlea maxima fuſca ſ. nigricans faſciata.
*hiſt.* 2. *t.* 126. *f.* 26. Cochlea vivipara faſciata.
*exerc.* 2. *p.* 17. *t.* 2. Cochlea maxima virideſcens faſciata vivipara.
*Swam. bibl. t.* 9. *f.* 3. Cochlea vivipara.
*Pet. muſ.* 84. *n.* 814. Cochlea fluviatilis vivipara londinenſis.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 40. *n.* 14. Cochlea teſta producto-convexa fluviatilis.

*Vulgo* Caput bovis.
Habitat in *paludibus*, *lacubus* & *fluviis*, inprimis in fluvio Sahla frequentiſſima, præſertim locis argilloſis.

*DESCR.* *Teſta* pallida & obtuſa, anfractus linea triplici livida obſoleta longitudinaliter picta; *apertura* ovata, operculo membranaceo tecta.

2186. HELIX *nemoralis* teſta imperforata ſubrotunda lævi diaphana faſciata, apertura ſubrotundo-lunata
Cochlea teſta utrinque convexa flava: faſcia ſubſolitaria fuſca, labro reflexo. *Fn.* 1294
*Liſt. angl.* 116. *t.* 2. *f.* 3. Cochlea citrina aut leucophæa, non raro unicolor, interdum tamen unica, interdum etiam duabus, aut tribus, aut quatuor, plerumque vero quinque faſciis pullis diſtincta.
*hiſt. t.* 1. *n.* 54. Cochlea interdum unicolor, interdum variegata, item variis faſciis depicta.
*Merr. pin.* 207. Cochlea vulgaris, teſta variegata.
*Pet. muſ.* 5. *n.* 14. Cochlea vulgaris, teſta variegata.
Habitat in *Nemoribus*. It. œl. 127.

*OBS.* Ab hac ſpecie vix differt *Cochlea teſta pellucida.* It. œl. 155.

2187. HELIX *fragilis* teſta imperforata ovato-ſubulata tereti pellucida, apertura ovato-oblonga.
Cochlea teſta producta acuminata pellucida, anfractibus ſenis, apertura ovato-oblonga. *Fn.* 1311.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 24. Cochlea teſta alba pellucida acuminata, rictu obliquo.
Habitat in *paludibus*.

*DESCR.* *Teſta* pellucida, longa, ſed tam tenera, ut vix tactum ferat, ubi præcedens ſolida & dura vix digitis comminuenda: facie ad præcedentem propius accedit, ſed triplo minor.

2188. HELIX *ſtagnalis* teſta imperforata ovato-ſubulata ſubangulata, apertura ovata.
Cochlea teſta producta acuminata opaca, anfractibus ſenis ſubangulatis, apertura ovata. *Fn.* 1310.
*Pet. muſ.* 82. *n.* 805. Buccinum fluviatile noſtras oblongum majus.
*Liſt. angl* 137. *t.* 2. *f.* 21. Buccinum longum, ſex ſpirarum, omnium & maximum & productius ſubflavum pellucidum in tenue acumen ex ampliſſima baſi mucronatum.
*hiſt.* 2. *t.* 123. *f.* 21. Buccinum ſubflavum pellucidum ſex orbium, clavicula admodum tenui productiore.
*Aldr. teſt.* 3. *p.* 359. *n.* 3. Turbo lævis in ſtagnis degens.
α *Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 21. Cochlea teſta producta acuminata ſtriata cinereo-alba.

*Liſt.*

*Liſt. angl.* 139. *t.* 2 *f.* 22. Buccinum minus fuſcum ſex ſpirarum, ore anguſtiore. fig. mal.
*Pet. muſ.* 82. *n.* 306. Buccinum fluviatile noſtras oblongum minus.
β *Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 22. Cochlea teſta producta acuminata atra.
Habitat in *foſſis*, *paludibus*, *fluviis* & *ſtagnis* paſſim.
*DESCR.* Inter maximas noſtras aquaticas numerari poreſt; caret omni pictura, ſed colore valde variat; Aliis *teſta* omnino atra; aliis cinerea: aliis albida; aliis ſubgriſea: in omnibus ſtriæ minutiſſimæ anfractuum tranſverſæ ſ. teſtæ longitudinales, vix oculis nudis conſpicuæ: hinc inde macula tranſverſalis anfractus ſ. longitudinalis alterius ſpiræ, quæ albida eſt, ac ſi ea nota omni anno diſtingueretur.

2189. HELIX *putris* teſta imperforata ovata obtuſa flava, apertura ovata.
Cochlea teſta membranacea ſubflava oblonga, mucrone obtuſo, anfractibus tribus. *Fn.* 1317.
*Liſt. angl.* 140. Buccinum ſubflavum pellucidum, trium ſpirarum, (Figura *non quadrat*, an hæc?)
*hiſt.* 3. *t.* 123. *f.* 23. Buccinum ſubflavum pellucidum trium orbium?
*Bonan. recr.* 119. *f.* 54. *n.* 1. (an?)
*Pet. muſ.* 83. *n.* 808. Buccinum fluviatile noſtras, teſta prætenui fragili (an?)
Habitat in *fluviis* & *lacubus*.
*DESCR.* *Teſta* cerei coloris, pellucida & fere membranacea; ſtrigis minutiſſimis parallelis obliquis, conſtans tribus anfractibus, mucrone obtuſiuſculo: *apertura* ovata margine recto, nec dilatato; teſta magis flava eſt, quam in ulla alia alia noſtrate.

2190. HELIX *limoſa* teſta imperforata oblongiuſcula pellucida apertura ovata.
Cochlea teſta oblongiuſcula; anfractibus quinque, pellucida: ore ovato. *Fn.* 1314.
Habitat in *fluviis*.
*DESCR.* *Teſta* pellucida & valde tenera ac acuta.

2191. HELIX *tentaculata* teſta imperforata ovata obtuſa impura, apertura ſubovata.
Cochlea teſta oblonga obtuſa: anfractibus quatuor laxis cinereis opacis; apertura ſubovata. *Fn.* 1313.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 41. *n.* 16. Cochlea paluſtris, teſtæ hiatu rotundo contracto; ſpiris laxis.
*Liſt. angl.* 135. *t.* 2. *f.* 19. Cochlea parva ſubflava, intra quinque ſpiras finita.

Habitat cum præcedente.

*DESCR.* Hæc quadruplo minor eſt & ſpira laxiore magisque elongata, nec adeo ventricoſa, tota quaſi argilla obducta, a qua depurari nequit, *operculo* etiam clauditur.

2192. HELIX *auricularia* teſta imperforata ovata obtuſa, ſpira acuta breviſſima, apertura ampliata.

Cochlea teſta diaphana, anfractibus quatuor, mucrone acuto breviſſimo, apertura acutiſſima. *Fn.* 1315.

*Liſt. angl.* 139. *t.* 2. *f.* 23. Buccinum pellucidum flavum, quatuor ſpirarum, mucrone ampliſſimo, teſtæ apertura omnium maxima.

*hiſt.* 2. *t.* 123. *f.* 32. Buccinum ſubflavum pellucidum, quatuor orbium, ore ampliſſimo: mucrone acuto.

*exerc.* 2. *p.* 54. Buccinum fluviatile pellucidum ſubflavum, quatuor ſpirarum, mucrone acuto, teſtæ apertura patentiſſima.

*Pet. muſ.* 83. *n.* 807. Buccinum fluviatile noſtras breve, ore patulo.

Habitat in *fluviis* & *ſtagnantibus* aquis.

*DESCR.* Eſt inter lacuſtres & fluviatiles noſtrates maxima. *Spira* infima maxima ventricoſa, minutiſſime ſecundum anfractus transverſim ſtriata. Duplex nobis eſt, altera magis, altera minus retuſa a parte mucronem ſpectante; teſta interne nivea omnino eſt. *Aperturæ* margo reflexus.

2193. HELIX *balthica* teſta imperforata ovata acuminata, rugis elevatis, apertura ovata ampliata.

Cochlea teſta pellucida, anfractibus quatuor, apertura ovata ampla, ſuperficie rugis elevatis. *Fn.* 1316. *It. gotl.* 261.

Habitat ad littora Gotlandiæ.

*DESCR.* Parva eſt, *Teſta* ventricoſa, ſpiris tribus, quarta vero in apice vix conſpicua: *aperturæ* margo dilatatus; ſuperficies teſtæ ſtriis elevatis remotis verſus aperturæ marginem oblique deſcendentibus. Singulare in hac eſt, quod teſta in medio gibba aucta eſt ſutura quadam; *Animalculum* nigrum erat.

## Nerita.

2194. NERITA *fluviatilis* teſta rugoſa, labiis edentulis.

Cochlea Nerita fluviatilis dicta. *Fn.* 1318.

*Liſt. angl.* 136. *t.* 2. *f.* 20. Nerita fluviatilis e cæruleo vireſcens maculatus, operculo ſubrufo lunato & aculeato donatus.

*hiſt.* 2. *p.* 1. *f.* 38. Nerita fluviatilis e cæruleo vireſcens maculatus, operculo ſubcroceo aculeatoque donatus.

*Pet.*

*Pet. muſ.* 67. *n.* 718. Nerita thameſis exiguus reticulate variegatus.
Habitat in *fluviis*, Upſaliæ ad molendinam Ulvam & alibi.
*DESCR.* Teſta ſubovata cornei coloris, ſubcærulescens, ſuperficie cavitatibus inæquali, argilla deturpata, *Apertura* magnitudine fere teſtæ: labro interiore plano, operculo ſemi-ovato.

2195. NERITA *littoralis* teſta lævi, vertice cavernoſo, labiis edentulis.
Cochlea Nerita marina dicta. *Fn.* 1320.
*Liſt. angl.* 164. *t.* 2. *f.* 3. Nerita reticulatus.
*hiſt. l.* 4. *ſ.* 8. *f.* 39. Nerita coloris caſtanei.
*Pet. muſ.* 67. *n.* 717. Nerita anglicus maritimus fuſcus vulgaris.
*It. gotl.* 261. Nerita.
Habitat in *Mari* frequens.
*DESCR.* *Teſta* minor, lævis & operculata. *Animal* utrinque ſetas duas inſtar pedum totidem exſerens.

β Cochlea Nerita lacuſtris dicta. *Fn.* 1319.
Habitat in *Lacu* ad pagum Tible Uplandiæ frequens.
*DESCR.* Præcedenti & ſequenti ſimilis; Teſta minor antecedente, major inſequente, glabra, varie colorata.

2196. NERITA *lacuſtris* teſta læviuſcula cornea, apice exquiſito, labiis edentulis.
Habitat in *Lacubus*.

2197. NERITA *glaucina* teſta umbilicata lævi, ſpira obtuſiuſcula, umbilico ſemiclauſo: lobo gibbo dicolore.
Cochlea ſubrotunda obtuſa umbilicata: faſciis quinque maculis ferrugineis ſagittatis, ſecunda lineis undulatis. *Fn.* 1324.
*Liſt. angl.* 163. *t.* 3. *f.* 10. Cochlea rufeſcens, faſciis maculatis, maxima ad imos orbes diſtincta.
Habitat in *Oceano*, olim ad me delata.
*DESCR.* Magnitudo nucis Coryli; *Teſta* ſubrotunda, obtuſa, quatuor anfractum, albida, baſi perforata ſeu umbilicata, anfractus (præſertim infimus) faſciis quinque pinguntur, quarum *prima* ſeu ſuperior maculis ferrugineis ſagittatis conſtat, *ſecunda* maculis ferrugineis oblongis undulatis, *tertia*, *quarta* & *quinta* maculis ut in prima.

## Haliotis.

2198. HALIOTIS *tuberculata* teſta ſubovata, rugis transverſis tuberculatis.
Haliotis ſtriata rugoſa. *Fn.* 1326.

*Rond. aqu.* 5. Auris marina.
*Bellon. aqu.* 395. Patella altera major.
*Geſn. epit.* 224. *f.* 1. 2. Auris marina.
*Aldr. exſang.* 551. *f.* 1. 2. Patellæ feræ ſ. Aures marinæ.
*Jonſt. aqu. t.* 17. *f.* 4. 5.
*Bonan. recr.* 91 *f.* 1. 2. Auris marina.
*Liſt. angl.* 167. *t.* 3. *f.* 16. Auris marina quibusdam.
*hiſt.* 4. *ſ.* 7. *t.* 611. *f.* 2. Auris marina major, latior, plurimis foraminibus eorumque veſtigiis ad 40 circiter conſpicua, clavicula elata.
*Pet. muſ.* 81. *n.* 801. Auris marina anglica.
*Sibb. muſ.* 130. *n.* 2. Auris marina noſtras.
*Grew. muſ.* 139 Auris marina.
Habitat in *mari Occidentali*, cum teſtis ad littora repertis, habuimus.

## Patella.

2199. PATELLA *vulgata* teſta ſubangulata angulis quatuordecim exſoletis, margine dilatato acuto.
Patella teſta ovata quatuordecim angulis exarata. *Fn.* 1291.
*Liſt. angl.* 195. *t.* 5. *f.* 40. Patella ex livido cinerea ſtriata.
*Sibb. muſ.* 125. *n.* 1. Patella vulgaris ex livido cinerea.
*Pet. muſ.* 85. *n.* 827. Patella vulgaris anglica.
Habitat in *mari Occidentali* ubique in lapidibus.
DESCR. *Teſta* conica, 14 angulis elevatis tuberculatisque exarata, quibus interjacent anguli totidem minores. Apex obtuſiuſculus eſt & margini anguſtiori propior, nec in centro. Margo ſubtus nigricans denticulis albis.

2200. PATELLA *lacuſtris* teſta integerrima ovali membranacea, vertice mucronato reflexo.
Patella teſta membranacea ovali; mucrone reflexo. *Fn.* 1292.
*Liſt. angl.* 151. *t.* 2. *f.* 32. Patella fluviatilis fuſca, vertice mucronato inflexo.
Habitat ſat frequens in *lacubus* noſtris, plantarum foliis inſidens ſub aquis, præſertim Stratiotis foliis delectatur.

## Dentalium.

2201. DENTALIUM *Entalis* teſta tereti ſubarcuata continua.
Dentalium teſta ſubcylindracea lævi obliqua, hinc anguſtiore. *Fn.* 1327.
*Rond. piſc.* 2. *p.* 110. Tubulus dentatus lævis.
*Geſn. aqu.* 348. Dentales.
*Charl. exerc.* 63. Dentalium.
*Dal. pharm.* 393. Dentalium. *Lang.*

*Lang. teſt.* 5. Tubulus dentalis lævis.
*Liſt. hiſt.* 4. *ſ.* 2. *n.* 2. Dentale læve album, altera extremitate rufeſcens.
*Bonan. recr.* 91. Dentales alii ejusdem formæ minores.
Habitat in *mari Occidentali* frequens.

## Serpula.

2202. SERPULA *planorbis* teſta regulari orbiculata plana æquali.
Habitat in *Oceani* conchis.

2203. SERPULA *ſpirillum* teſta regulari ſpirali orbiculata pellucida, anfractibus teretibus ſenſim minoribus.
*Planc. conch. t.* 1 *f.* 8.
*Ginnan mar.* 2. *t.* 1. *f.* 7.
Habitat in *Oceani* Zoophytis.

2204. SERPULA *ſpirorbis* teſta regulari ſpirali orbiculata, anfractibus ſupra introrſum ſubcaniculatis, ſenſimque minoribus.
*It. W:goth.* 170. Dentalium teſta ſpirali plana adhærente.
*Ginnan. mar.* 2. *t.* 1. *f.* 8.
Habitat in *Oceani* Fucis frequentiſſima.

2205. SERPULA *contortuplicata* teſta ſemitereti rugoſa glomerata.
Habitat in *Oceano.*

2206. SERPULA *triquetra* teſta repente flexuoſa triquetra.
Dentalium teſta adhærente flexuoſa triquetra. *It. W:goth.* 7.
Habitat in *Oceani Cancris, Oſtreis* &c.
OBS. *Teſtæ* apertura, in perfectis, apice tridentata: dente uno ſuperiore recto & duobus inferioribus propioribus nutantibus.

2207. SERPULA *glomerata* teſta tereti decuſſato-rugoſa glomerata.
Dentalium teſta cylindracea inæquali flexuoſa contorta. *Fn.* 1328.
*Argenv. nat.* 352. *t.* 29. *f.* 8.
Habitat ubique ad littora *Oceani*, ſæpe in Oſtreis.

2208. SERPULA *ringens* teſta tereti recta punctato-arenacea.
Habitat in *Lacubus* frequens.
OBS. *Utrum hæc proprie hujus generis ſit, etiamnum dubium eſt.*

# IV. LITHOPHYTA.

## Madrepora.

2209. MADREPORA *turbinata* ſimpliciſſima turbinata lævis, ſtella concava. *Amoen. acad.* 1. *p.* 87. *t.* 81. *f.* 1, 2, 3, 4, 7.
Habitat in Mari *Balthico*, copioſisſime rejecta ad littora Gotlandiæ.

2210. MADREPORA *truncata* compoſita, corporibus proliferis diſci pluribus margine coadunatis, ſtellis truncatis centro cylindrico cavo. *Amoen. acad.* 1. *p.* 93. *t.* 4. *f.* 10.
Habitat cum præcedente, parcius.

2211. MADREPORA *ſtellaris* compoſita, corporibus proliferis centralibus ſolitariis, ſtellis margine dilatato-coadunatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 94. *t.* 4. *f.* 11.
Habitat cum præcedentibus.

2212. MADREPORA *favoſa* compoſita, ſtellis anguloſis concavis coadunatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 96. *t.* 4. *f.* 16.
Habitat cum præcedentibus.

2213. MADREPORA *organum* compoſita, cylindris ſtriatis membrana deflexa ſtriata combinatis. *Amoen.* 1. *p* 96. *t.* 4. *f.* 6.
Habitat cum præcedentibus, minus frequens.

2214. MADREPORA *flexuoſa* compoſita, ſtellis cylindricis flexuoſis ſcabris: ſuperne diſtinctis faſtigiatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 96. *t.* 4 *f.* 13.
Habitat cum prioribus.

2215. MADREPORA *Ananas* compoſita, corporibus proliferis e centro pluribus undique coadunatis, ſtellis convexis ſtriatis centro concavis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 22. *t.* 4. *f.* 9.
Habitat cum præcedentibus.

*DESCR.* Præcedentes omnes, paſſim ad litora Gothlandiæ & Oelandiæ rejectas, antiquæ Sueciæ & Maris Balthici incolas fuiſſe dubium eſſe nequit, num vere etiamnum, in alto hujus maris, heic vivant & procreentur, me fugit.

2216. MADREPORA *ramea* ramoſa pinnata undulata-ſtriata, ſtellis terminalibus. Coral-

Corallium album pumilum noſtras. *Raj. angl.* 3. *p.* 32.
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.

*DESCR.* Simillima eſt noſtra reliquis hujus ſpeciebus, ſed magnitudine Corallio albo officinarum non major; rami dein a ſtella ad ſtellam magis flexuoſi.

## Millepora.

2217. MILLEPORA *Eſchara* membranacea undique adnata punctis quincuncialibus. *Amoen. acad.* 1. *p.* 105. *t.* 4. *f.* 19. *Loefl. act. ſtockh.* 1752. *p.* *III.* *ſ.* 1-4.
Habitat ubique in *Mari* ſupra fucos, corallia, teſtacea, tophos, quos cruſtæ inſtar abducit.

*DESCR.* Membrana pertuſa punctis contiguis ovalibus, quæ puncta in ambitu gerunt 8 ſ. 10 dentes ſetaceo-ſubulatos.

## Tubipora.

2218. TUBIPORA *Urceus* corallio urceolato ſubſimplici: ore ſexdentato. *Schæff. monogr.* 1755. *t.* 2. *f.* 7-9.
Habitat in *Lacubus.*

2219. TUBIPORA *repens* corallio repente filiformi dichotomo, tubis flexilibus cylindricis erectis diſtantibus.
Polypus ſtellis cordato-campanulatis radiatis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 63.
*Bæck. act. ſtockh.* 1746. *t.* 6. *f.* 4?
Habitat in *Nymphææ* foliis, pagina averſa, frequens in *Lacubus.*

# V. ZOOPHYTA.

## Iſis.

2220. ISIS *Hippuris* ſtirpe corallino, articulis ſtriatis, geniculis attenuatis.
Sertularia ramoſiſſima, articulis ſulcatis. *Hort. cliff.* 430. *Muſ. Teſſ.* 118.
Habitat in *M. Norvegico*, unde eam attulit A. R. Martin.

2221. ISIS *Anaſtatica* ſtirpe capillari paniculato minutiſſimo.

Polypus anaſtaticam referens. *Amoen. acad.* 2. *p.* 64. *De Geer act. ſtockh.* 1747. *t.* 6. *f.* 4. 5.
Habitat in *Lacuum* conchyliis frequens.

## Gorgonia.

2222. GORGONIA *Flabellum* reticulata, ramulis interne compreſſis.
Lithoxylon retiforme, ramis parallele compreſſis: primordialibus craſſioribus. *Hort. cliff.* 480
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.

2223. GORGONIA *Placomus* paniculata, ramis vagis tomentoſis, calycibus octodentatis.
Habitat in *Oceano*, Baluſiam alluente.

2224. GORGONIA *pinnata* compreſſiuſcula, ramis diſtichis compreſſis.
Lithoxylon pinnato-ramoſum erectum compreſſum flexile, ramulis ſetaceis. *Hort. cliff.* 480.
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.
*DESCR.* Cortex luteus quaſi cruſta ochracea conſtructus.

## Alcyonium.

2225. ALCYONIUM *arboreum*, ſtirpe arboreſcente, ramis obtuſis.
Lithoxylon norvegicum. *Mus. Teſſin.* 120. *t.* 10.
Habitat in alto *Oceani* Norvegici.
*DESCR. Stirps* ſuberoſa, altitudine ſæpe humana, ramis ultimis ſæpe digiti craſſitie, Abietem defoliatam referens.

2226. ALCYONIUM *digitatum* acaule coriaceum oblongum rugoſum.
*Ellis corallin.* 82. *t* 32. *f. A. a.* Alcyonium ramoſo digitatum molle, aſteriſcis undique ornatum.
Habitat in *Oceano* Norvegiam alluente.

2227. ALCYONIUM *rubrum* informe rubrum.
Habitat in *Oceano* Norvegico. A. R. Martin.

2228. ALCYONIUM *gelatinoſum* informe gelatinoſum.
Habitat in *Oceano*, ſupra Fucos, frequens.
*DESCR.* Corpora amorpha quaſi e gelatina conſtantia, diaphana; intra hæc animalia, quæ prodeunt ſtella ſimili Madreporæ. An hujus generis vera ſpecies, aſſeverare non audeo.

Tubu-

## Tubularia.

2229. TUBULARIA *ramoſa* cylindris ramoſis, geniculis contortis.
*Ellis corall.* 31. *t.* 16. *f. A. a. t.* 17. *f. A.*
Habitat in *Oceano.*

2230. TUBULARIA *muſcoides* cylindris ſubdichotomis totis annulato-rugoſis.
Habitat in *Oceano* Bahuſiam alluente.
*DESCR. Stirpes* filiformes, breviſſimæ, ramoſiſſimæ, fere dichotomæ, cornei coloris, tubuloſæ, undique rugis annularibus tectæ.

## Fluſtra.

2231. FLUSTRA *foliacea* foliacea ramoſa: laciniis cuneiformibus rotundatis.
Millepora membranacea flexilis ramoſiſſima, ramis diſtinctis planis obtuſis ſuperne dilatatis. *Hort. cliff.* 480.
*Ellis corall.* 70. *t.* 79. *f. A.*
Habitat in *Oceano.*
*OBS.* Nomen *Eſcharæ* in *Fluſtram* tranſmutavi, cum prius Morbi homonymon.

2232. FLUSTRA *fiſtuloſa* ramea dichotoma fiſtuloſa articulata teres.
*Ellis corall.* 46. *t.* 23. *f. A.*
Habitat in *Oceano.*

2233. FLUSTRA *piloſa* bipinnata piloſa.
*Ellis corall.* 73. *t.* 31.
Habitat in *Oceano* Norvegico, non infrequens.
*DESCR.* Facies Hypni ramis bipinnatis vel ſupra decompoſitis: ramulis clavatis, compreſſis, undique poris pertuſa, mollis. Seta mollis ſub ſingulo poro.

## Corallina.

2234. CORALLINA *officinalis* trichotoma, articulis cylindricis: terminali ovato.
*Ellis corall.* 48. *n.* 2. *t.* 24 *f. A.*
Habitat in *Oceano* frequentiſſima.

2235.

2235. CORALLINA *ſquamata* bipinnata, articulis obovatis compreſſis.
*Ellis corall.* 49. *n.* 4. *t.* 24. *f. C.*
Habitat cum præcedente, non infrequens.

2236. CORALLINA *corniculata* dichotoma, articulis bicornibus: corniculis articulatis.
*Ellis. corall.* 50. *n.* 6. *t.* 24. *f. D.*
Habitat in *Oceano* paſſim.

2237. CORALLINA *rubens* dichotoma capillaris, articulis cylindricis breviſſimis: dichotomiæ ſubclavatis.
*Ellis corall.* 59. *n.* 5. *t.* 24. *f. E.*
Habitat in *Oceano.*

2238. CORALLINA *criſtata* dichotoma capillaris: articulis omnibus clavatis.
*Ellis. corall.* 51. *n.* 7. *t.* 24. *f. F.*
Habitat in *Oceano.*

## Sertularia.

2239 SERTULARIA *pumila* denticulis oppoſitis mucronatis recurvatis, calycibus obovatis, ramis vagis.
*Ellis corall.* 9. *n.* 8. *t.* 5. *f. A.*
Habitat in Oceani teſtaceis & Fucis.

2240. SERTULARIA *tamariſca* denticulis ſuboppoſitis truncato-ſubdenticulatis, calycibus obovatis bidentatis, ramis alternis.
*Ellis corall.* 4. *n.* 1. *t.* 1. *f. A.*
Habitat cum præcedente.

2241. SERTULARIA *abietina* denticulis ſuboppoſitis tubuloſis, calycibus ovalibus, ramis alternis.
*Ellis corall.* 4. *n.* 2. *t.* 1. *f. B.*
Habitat cum præcedentibus rarius.

2242. SERTULARIA *halecina* denticulis alternis obſoletis, calycibus ovalibus ore obliquo, caulibus coadunatis.
*Ellis corall.* 17. *n.* 15. *t.* 10.
Habitat cum præcedentibus, rarior.

2243. SERTULARIA *myriophylla* denticulis ſecundis acutis, calycibus cylindricis ſeſſilibus, ramis pinnatis incurvatis.

*Ellis*

*Ellis corall.* 14. *n.* 13. *t.* 8. *f. A.*
Habitat in *Oceano* alto.

2244. SERTULARIA *falcata* denticulis ſecundis tubuloſis, calycibus ovatis, ramis pinnatis alternis.
*Ellis corall.* 12. *n.* 11. *t.* 7. *f. A.*
Habitat cum præcedente.

2245. SERTULARIA *pluma* denticulis ſecundis campanulatis, calycibus gibbis criſtatis, ſurculis pinnatis alternis lanceolatis.
*Ellis corall.* 13. *n.* 12. *t.* 7. *f. B.*
Habitat cum præcedentibus.

2246. SERTULARIA *echinata* denticulis oppoſitis obtuſiuſculis, calycibus obovatis compreſſis reticulatis muricatis; ſurculis pinnatis bifidis.
Habitat in *Oceano* Sueciam alluente.

*DESCR.*, *Stirps* pinnata, lanceolata; pinnis remotis, bifidis, fere imbricatis, dentibus oppoſitis, præcedenti ſtructura ſimilibus. *Calyces* plurimi, ovales ſ. obovati, compreſſi, venis elevatis reticulati & undique muricati.

2247. SERTULARIA *antennina* denticulis verticillatis ſetaceis, calycibus ſubſesſilibus verticillatis, ſtirpibus ſimplicibus.
*Ellis corall.* 13. *n.* 12. *t.* 7. *f. B.*
Habitat in *Oceano* noſtro rarius.

2248. SERTULARIA *lendigera* denticulis obſoletis, calycibus ſecundis cylindricis parallelis paſſim congeſtis, ſtirpibus filiformibus.
*Ellis. corall.* 27. *n.* 24. *t.* 15. *f. B.*
Habitat in *Oceano* frequens.

2249. SERTULARIA *geniculata* denticulis alternis contortis, calycibus ovatis ſubroſtratis, ſtirpe geniculata flexuoſa ſimplici.
*Ellis corall.* 22. *n.* 19. *t.* 12. *f. B.*
Habitat in *Oceano* ad Bahuſiæ littora frequens.

2250. SERTULARIA *polyzonias* denticulis alternis ſubdenticulatis, calycibus obovatis polyzoniis, ſtirpe ſubramoſa.
*Ellis corall.* 5. *n.* 3. *t.* 2. *f. A. B.*
Habitat in *Oceano*.

2114.

2251. SERTULARIA *flexuoſa* denticulis obſoletis, calycibus alternis ovatis ſeſſilibus, ſtirpe ſimplici flexuoſa.
*Loeſl. act. ſtockh.* 1752. *p.* 114. *t.* 3. *f.* 5-10.
*Ellis. corall. t.* 38. *f.* 1. *A*
Habitat in *Oceano* & *Balthico* mare.

2252. SERTULARIA *burſaria* denticulis oppoſitis compreſſis faſtigiatis, ramis dichotomis.
*Ellis. corall.* 41. *n.* 8. *t.* 22. *f. A.*
Habitat in *Oceani* Fucis.

2253. SERTULARIA *loricata* denticulis oppoſitis truncatis obſoletis.
*Ellis. corall.* 40. *n.* 7. *t.* 21. *f. B.*
Habitat in *Oceano.*

2254. SERTULARIA *faſtigiata* denticulis alternis acutis, ramis dichotomis faſtigiatis.
*Ellis, corall.* 31. *n.* 1. *t.* 18. *f. A.*
Habitat in *Oceano* frequens.

2255. SERTULARIA *ſcrupoſa* denticulis alternis angulatis ſpinoſis, ramis dichotomis.
*Ellis. corall.* 38. *n.* 4. *t.* 20. *f. C.*
Habitat in *Oceano*, cum plurimis aliis, quas mihi remote a mari habitanti inveſtigare non licuit.

## Hydra.

2256. HYDRA *Polypus* nuda, tentaculis ſeptenis capillaribus.
Hydra viridis corpore æquali, tentaculis corpore brevioribus. *Fn.* 1283.
*Bæck. act. ſtockh.* 1746. *t.* 6. *f.* 1. 2.
*Ellis. corall. t.* 26. *f. C.*
Habitat in *Aquis dulcibus* ſtagnis & piſcinis frequens.

2257. HYDRA *ſocialis* nuda mutica toroſa rugoſa.
*Roeſ. inſ.* 3. *t.* 95, 96, 94. *f.* 4.
Habitat cum præcedenti, non infrequens.

2258. HYDRA *umbellaria* capſula ciliata globoſa, corpuſculo mutico.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 100.
Habitat in *aquis dulcibus.*

2259.

2259. HYDRA *triticea* capſula ovali truncata magnitudine ſeminis tritici.
Habitat in *Oceano* ſupra teſtas oſtrearum, non infrequens. A. R. Martin.
*DESCR. Capſulæ* ſubpedicellatæ, plures, membranaceæ, magnitudine & figura puparum Formicæ rufæ, apice truncatæ. *Florem* non vidi.

## Pennatula.

2260. PENNATULA *phoſphorea* ſtirpe rachi utrinque pennata.
Pennatula *phoſphorea* rachi ſummitate undique pinnata. *Amoen. acad.* 4. *p.* 256.
Penna marina. *Muſ. Ad. Fn.* 1. *p.* 69. *ſeb. muſ.* 3. *t.* 16. *f.* 8.
Habitat in *Oceano* norvegico parcius.

2261. PENNATULA *mirabilis* ſtirpe filiformi, pinnis lunatis pectinatis remotis diſtiche alternis.
Polypus mirabilis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 96. *t.* 19. *f.* 4. *Amoen. acad.* 4. *p.* 257.
Habitat in *Oceano* Norvegico.

## Tænia.

2262. TÆNIA *vulgaris* oſculis lateralibus geminis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 2.
Tænia articulata plana. *Fn.* 1266.
*Gadd. ſatag.* 88.
Habitat ad fontes rarius & parva, in *Canibus* frequentiſſima, in *Homine* ſæpe.

2263. TÆNIA *lata* oſculis lateralibus ſolitariis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 80. *t.* 1. *f.* 3.
Habitat in *Canibus* non infrequens; in *Homine* raro.

2264. TÆNIA *Solium* oſculis marginalibus ſolitariis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 74. *t.* 1. *f.* 1.
Tænia articulata teres. *Fn.* 1267.
Habitat in *Canibus*, *Hominibus*, *Piſcibus*.

2265. TÆNIA *canina* oſculis marginalibus oppoſitis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 81. *t.* 1. *f.* 4.
Habitat cum præcedentibus.

## Volvox.

1266. VOLVOX *globator* globoſus.
*Roeſ. inſ.* 3. *f.* 1-3. Globo-animal.
Habitat in *Lacubus* frequens.

*Turpe eſt in Patria vivere & Patriam ignorare.*
Lancius.

SEPO-

# SEPOSITA

*Animalia olim lecta, nec dein a nobis, pro ulteriori examine, reperta.*

## INSECTA.

2267. SCARABÆUS nigro-cæruleſcens. *Fn.* 359.
Habitat in *Scania.* D. Leche.

DESCR. Magnitudine pulicem vix adtingit; *ſupra* totus nigro-cæruleſcens; *ſubtus* totus ater.

2268. DERMESTES ater, pectore elytrisque ſubnigris; pedibus rubris. *Fn.* 371.
Habitat in *Braſſica ſubputrida*, per hyemem in cellulis ſervata.

DESCR. *Corpus* ovatum, pediculo duplo majus, agile. *Caput* atrum. *Pectus* & *Elytra* e rubicundo nigra; elytra ſecundum marginem dorſalem parum prominent, ubi conjunguntur; *femora* & *pedes* nigro-rubri. *Pectus* non teres: ſed fere marginatum Caſſidæ; cum Chryſomelis in multis convenit.

2269. DERMESTES ater, pedibus rufis. *Fn.* 372.
Habitat in aquis inter Lemnas.

DESCR. Magnitudo dupla pediculi. *Caput*, *Thorax*, *Elytra* atra. Elytra ſingula 9 ſtriis, punctata, margine laterali prominulo. *Pedes* & antennarum baſis rufo-ferruginea. *Thorax* convexus, non vero teres. (Forte *Silpha aquatica* 461.)

2270. DERMESTES nigro-fuſcus; elytris punctatis nitidis. *De Geer. Fn.* 374.
Habitat in lignis.

DESCR. Magnitudo pediculi majoris, cylindricus, fere glaber. *Elytra* non truncata variant fuſco & nigro colore.

2271. COCCINELLA coleoptris flavis: maculis quatuor rotundis, tribus oblongis. *De Geer. Fn.* 393.
Habitat in ſylvis.

DESCR. Oblonga: macula intermedia prima communis utrisque elytris; duæ aliæ transverſæ longiuſculæ.

2272. CHRYSOMELA oblonga fuſca, elytris littera S albo. *Fn.* 433.



Habi-

Habitat in *Scania.* D. Leche.

DESCR. *Thorax* griſeus albidis pilis. *Elytra* griſeo-fuſca cum macula alba, utrinque acuta, rhombea, in medio ſuturæ; mox macula trigona, apice poſteriora ſpectante; tum faſcia transverſa, & ultimo macula in medio ſuturæ, omnes hæ maculæ albæ. Magnitudo totius eſt ſeminis Carvi.

2273. CHRYSOMELA teſtacea oblonga; elytris acuminatis. *Fn.* 442.

Habitat in *arboribus.*

DESCR. Eſt inter omnia Coleoptera minima, utpote quæ pediculo quadruplo minor. *Tota* teſtacea. *Antennæ* filiformes, minus capitatæ quam in 434. *Elytra* dein non obtuſa, ſed acuminata caudam tegunt. *Thorax* marginatus fere, ut in Carabis.

2274. CURCULIO cinereus, faſciis longitudinalibus dilutioribus. *Fn.* 472.

Habitat inter glaream.

DESCR. *Magnitudine* pediculum ſuperat: *totus* omnibus partibus obſcure cinereus: *linea longitudinalis* dilute cinerea a roſtro ad elytra ducitur in medio dorſo, elytra tamen non tangit. *Linea alia* cinereo-exalbida ab oculo per latus thoracis & elytrorum recta ad anum utrinque tendit; *ſubtus* totum animal dilutius cinereum eſt. *Oculi* nigri. *Antennæ* cinereæ, capitatæ, infimo articulo longo; ad baſin antennarum in capite lineola atra: *Roſtrum* breve, non multum productum. (videtur *Curculio lineatus.*)

2275. LEPTURA nigra; elytris teſtaceis: punctis duobus, cruce, faſciiſque nigris. *Fn.* 508.

Habitat in *Scania.* D. Leche.

DESCR. *Corpus* nigrum. *Elytra* pallide teſtacea cum puncto in ſingulo elytro nigro; dein lunula recurva in ipſa ſutura elytrorum longitudinali; demum macula in ſinguli elytri margine exteriore, quæ ambæ conjunguntur lineâ transverſa; tandem faſcia lata nigra & apice faſcia nigra & lunula nigra ad apicem; per ſuturam longitudinalem ducitur nigra linea: *Femora* & *Tibiæ* ſupra flava, infra nigra.

2276. CARABUS ater, pedibus rufis. *Fn.* 521.

*Act. upſ.* 1736. *p.* 21. *n.* 9. Bupreſtis corpore nigro, pedibus rufis.

Habitat etiam apud nos vulgaris.

DESCR. Magnitudine fere & figura 800 ſimillimus, ſed totus ater. *Thorax* latitudine coleopterorum: *Elytra* ſtriata; tibiæ & antennæ verſus baſin ruſeſcentes: ſtriæ in ſingulo elytro octo, quarum ſecunda (a ſutura) parva obliqua interrupta.

2277. CARABUS griſeus; capite, abdomine, elytrorum baſi nigricantibus. *Fn.* 533.

Habitat - - - -

DESCR.

*DESCR.* Vix pediculo major. *Thorax, Elytra, Antennæ*, Pedes ſubgriſea: Abdomen & *Caput* nigrum: baſis elytrorum nigricans verſus ſcutellum.

2278. CHRYSOMELA ſaltatrix ſubrotunda atra opaca. *Fn.* 537. (ſub Mordella)
*Act. upſ.* 1736. *p.* 18. *n.* 4. Gyrinus nigricans minor.
Habitat inter olera.

*DESCR.* Similis 426 ſed dimidio minor, tota atra, nec thorace nitido. Saltat uti reliquæ. *Elytra* abdomine paulo breviora, obtuſa.

2279. CHRYSOMELA ſubrotunda atra nitida, tibiis antennisque flavis. *Fn.* 538. (ſub Mordella)
Habitat inter plantas ſylvaticas.

*DESCR.* Magnitudo majoris pulicis. *Tota* atra, nitida. *Elytra* ſtriata. *Antennæ* filiformes, pallide flavæ, apicibus nigricantibus. *Femora* nigra, tibiis flavis. (an varietas Chryſomelæ Helxines?)

2280. MORDELLA oblonga nigra, macula ferruginea in medio coleopterorum, lateribus baſi ferrugineis. *Fn.* 541.
Habitat in terra.

*DESCR.* *Corpus* totum fuſcum, magnitudine pediculi. *Caput* obtuſum inflexum. *Thorax* ovatus, teretiuſculus, verſus abdomen anguſtior. *Elytra* ovata, convexa: in medio coleopterorum macula ruſa ſ. ferruginea, lunari, ſinu anum reſpiciente, incumbente utroque elytro ſimul: ad baſin ſingulorum elytrorum a latere utrinqve rufeſcens; ſubtus tota nigra cum pedibus & antennis, quæ filiformes, articulatæ, thorace paullo longiores.

2281. CICINDELA thorace viridi, elytris ferrugineis poſtice nigro-cæruleis. *Fn.* 553.
Habitat in *Scania*. D. Leche.

*DESCR.* Facies Carabi, ſed thorax non marginatus. *Antennæ* nigræ. *Caput* & thorax cærulæa, nitida. *Thorax* ſubgloboſus. *Elytra* ferruginea, poſtice in medio magna macula nigra, cæruleo ſplendente, quæ dimidiam partem elytrorum occupat, margine tamen exteriore ubique ferrugineo. *Pedes* flavi. *Corpus* ſubtus obſcuro-ferrugineum. (an *Carabus vaporariorum* 796?)

2282. DYTISCUS ovatus fuſcus: capite thoraceque rubris *Fn.* 571.
*Act. upſ.* 1736. *p.* 15. *n.* 5. Dytiſcus ovatus, collari ventreque rubro, alis fuſcis
Habitat in fontibus cum Monoculo frequens.

*DESCR.* Magnitudo ſeminis oryzæ, vel pulice paulo major. *Elytra* fuſca. *Abdomen rubrum*. *Thorax* & *Caput* rufeſcens. *Oculi* nigri. (affinis *Dytiſco erythrocephalo* 774)

2283. GRYLLUS cauda enſifera recurvata. *Fn.* 622.
*Gœd. belg.* 2. *p.* 165. *t.* 40. Sprinckhanen.
*Liſt. gœd. p.* 301. *t.* 121. Acrigoneus.
*Friſch. germ.* 2. *t.* 2. *f.* 4. *an?*
Habitat in Tiliis, ubi cantillat menſe Auguſto, præſertim copioſe in prædio Fullerôn Comitis Jac. Cronſtedt Regni Senatoris. (Audivi, ſed non vidi hoc inſectum in patria)

2284. COCCUS Inſectorum Coleoptratorum. *Fn.* 724.
*Friſch. germ.* 4. *p.* 19. *t.* 9. Pediculus Scarabæorum canali adfixus.
Habitat in inſectis variis Coleoptratis, præſertim in Scarabæis frequentisſimus.

DESCR. *Corpus* ovale, margine acuto, parum convexum, ruſeſcens. Cum partes accurate diſcernere non licuerit, ex facie huc retuli; inquirant vero alii accuratius in genus, an hujus? an Acari? an Pediculi ſpecies? ſeta quaſi ſemper adfixum eſt hoc inſectum corpori majoris inſecti, ſæpe in copia; an ovum? (*Non dum ſciebam quid ſit*)

2285. PHALÆNA pectinicornis ſpirilinguis, alis patentibus cinereis: faſciis duabus fuſcis. *Fn.* 843.
Habitat in Umbroſis.

DESCR. *Alæ* ſuperiores cinereæ, faſcia ad baſin fuſca, parva, & alia in medio magna, undulata; tota ſuperficies, ſi lente inſpiciatur, punctis albis adſpergitur; rachis antennarum alba eſt: *inferiores alæ* faſcia unica pallida in medio obſoleta; ſubtus hæc ala puncto nigro obſoleto gaudet in medio. *Abdomen* cineraſcens.

2286. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus canis: faſciis cinereis duabus tribusve punctoque nigro. *Fn.* 848.
*Roeſ. phal.* 3. *p.* 31. *t.* 8.
Habitat in Pratis arboribus conſitis.

DESCR. Magnitudo tabani. *Alæ ſuperiores* canæ faſciis duabus vel tribus latis æqualibus transverſis ſubcinereis. *Alæ Inferiores* canæ verſus poſticum marginem magis cinereæ. Alæ omnes ſubtus coloris accipitrini ſ. cinerei: cum tinctura ruſeſcentis coloris vix manifeſti; punctum nigricans in alis exterioribus utrinque conſpicuum. Maris antennæ *pectinatæ* ſunt; Fæminæ vero *ſetaceæ*.

2287. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis patentibus flaveſcente-niveis faſciisque linearibus nigris. *Fn.* 858.
Habitat in pratis & *Gramine*.

DESCR. *Alæ* omnes concolores, tam ſupra quam infra niveæ cum tinctura flaveſcenti; nervi nigri ramoſi; in *ſuperioribus* linea transverſa nigra, dein ſimilis præcedenti cum hamo; tum parum arcuata, demum ex duplici arcu. *Inferiores* lineola transverſa, dein parum arcuata, tum ex duplici arcu; margines omnes poſtici albi dentibus nigris.

2288. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis, alis patentibus, erucæ viridis bacilliformis. *Fn.* 867.
*Friſch. germ.* 7. *p.* 27. *t.* 19. Papilio erucæ ſpithametræ luteo-viridis erectæ ſtantis.
Habitat in *Pruno* (an *Phalæna* 1277. *triſtata.*)

2289. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis incumbentibus griſeis, albo fulvoque reticulato-maculatis. *Fn.* 871.
*Goed. belg.* 1. *p.* 126. *t.* 68.
*Liſt. goed. p.* 136. *f.* 55.
Habitat in *Sambuco*; volitantes copioſe Upſaliæ ad Sandwiks Kiällan juxta viam vidi 1742. Junio XI.
*DESCR.* Magnitudo majoris muſcæ. *Alæ* plano-deflexæ, fuſcæ, variis rotundis & ferrugineo-fulvis maculis undique adſperſæ.

2290. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis ferrugineo-cinereis: maculis alba flavaque, ano barbato ferrugineo. *Fn.* 872.
*Raj. inſ.* 165. *n.* 20. Phalæna media, corpore brevi craſſo, alis exterioribus e pulvereo rubentibus, maculis nigris variis?
*Friſch. germ.* 7. *p.* 29. *t.* 21. Papilio erucæ atriplicinæ nigræ linea laterali lutea?
*Smolandis* Aſkepieſk.
Habitat in *Urtica*, *Spinacia*, *Atriplice*, frequens æſtate in domibus, lucentibus candelis ſe ipſam cremans.
*DESCR.* Alæ poſticæ lineola alba: maculæ duæ obſoletæ: anterior alba, poſterior flava. *Anus* ampliſſimus, 3 valvis, monſtroſiſſimus, barba ruffa tectus. *Alæ ſuperiores* ferrugineo-nigræ, maculis & lineolis obſoletis albidis. Alæ *ſubtus* pallidæ puncto nigricante in medio.

2291. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis depreſſis fuſcis: linea utrinque ferruginea, humeris gibbis, faſciculoque medii dorſi. *Fn.* 876.
Habitat in *Humulo.*
*DESCR.* Phalæna e majuſculis ſ. Gammæ par. *Alæ* ſupra fuſco-nebuloſæ; *ſuperiores* ad baſin lineola curva ſubferruginea (ante hanc pallidior alia) transverſa, & alia ferruginea transverſa verſus apicem. Alæ *ſubtus* pallidæ puncto nigro in medio. *Pedes* anteriores longiores barbati. *Collare* a tergo thoracis prominens & faſciculus pilorum a tergo thoracis cinereus, faſciculus minimus pilorum nigricantium in medio dorſi. *Larva* glabra, curva, poſtice oblique truncata, viridis, humeris triangulo flavo notatis.

2292. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis pallide griſeis: faſcia ſaturatiore. *Fn.* 885.

 Habi-

Habitat in Hortis.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ carnivoræ. *Lingua* breviſſima. *Alæ ſuperiores* griſeæ ſ. flaveſcentes, faſcia in medio, verſus marginem interiorem ſpectans, ſaturate griſea; ſimilis macula ad baſin alarum & parva macula ad marginem exteriorem, verſus apicem etiam ſaturate griſea; alæ *ſubtus* in medio fuſcæ. *Alæ inferiores* craſſiori margine albeſcentes. Alæ ſuperiores poſtice retuſæ.

2293. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; alis deflexis ſupra fuſcis margine albam lineolam emittentibus. *Fn.* 886.

Habitat Stockholmiæ inter arbuſta.

*DESCR.* Magnitudo Tabani. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſcæ margine craſſiore albæ, in medio linea ſeu ramulo poſteriora reſpiciente albo, & faſcia transverſa exalbida verſus marginem poſteriorem; *alæ inferiores* cinereæ; omnes ſubtus glaucæ.

2294. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; corniculis duobus recurvis baſi criſtatis, alis plano incumbentibus. *Fn.* 887.

*Reaum. gall.* 1. *t.* 18. *f.* 11. 12. 13. 14. 15.

Habitat in Domibus, frequens vere.

*DESCR.* Figura oblonga, planiuſcula: magnitudo muſcæ carnariæ. *Roſtrum* ſpirale *Alæ ſuperiores* nitidæ, cavitatibus longitudinalibus ſtriatæ, griſeæ, punctis obſoletis minimis ſparſis; *Alæ inferiores* albæ, nitidæ: omnes poſtice ad marginem villoſæ. *Pedes* ſpinoſi. *Antennæ* ſetiformes, in fronte loco maxillarum prominularum Cornicula duo ſubulata, parva, acuta, recurva verſus antennas, baſi verrucoſa ſive criſtata. *Abdomen* ſubtus utrinque punctis 5 nigris, verſus latera ſitis, longitudinalibus. *Corpus* alias totum alis ſuperioribus concolor. *Color* alarum parum variat; hinc aliis griſeus, aliis glaucus: ſingulis exterioribus 2 puncta alba cum antecedente nigro.

2295. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis, corniculis duobus ſubulatis recurvis, alis nigricantibus ſupra albo maculatis. *Fn.* 888.

Habitat in Nemoribus.

*DESCR.* Minima eſt, oblonga, nigricans. *Alæ ſuperiores* in dorſo albidis maculis tribus longitudinalibus nigricantibus. Alæ poſtice barbatæ nigræ, ad latera fuſcæ; Maculæ ſ. faſciæ tres in medio dorſi longitudinaliter diſpoſitæ nigricantes. *Cornicula* recurva ſubulata non criſtata.

2296. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis; corniculis duobus ſubulatis recurvis, alis incumbentibus nigro cinereoque nebuloſis. *Fn.* 889.

Habitat in truncis *populi tremulæ*, cujus foliis larva victitat, eaque convolvit.

*DESCR.* Magnitudo muſcæ carnariæ, antice acuminata, corpore depreſſo. *Alæ ſuperiores* incumbentes, fuſco canoque nebuloſæ, poſtice punctorum ordine nigro. *Cornicula* ſimplicia recurva; *Antennæ* fere corporis longitudine.

2297.

2297. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis naſuta griſea nigro-nebuloſa. *Fn.* 898.
Habitat in Domibus rarius.

*DESCR.* Parva, ſemicylindracea, alis margine ſuperiore villoſis. *Alæ* ſupra griſeæ ſunt, ſed nebuloſæ colore fuſco-nigricante. *Pedes* griſei. *Oculi* nigri. *Antennæ* alis breviores, ſetaceæ, nigræ.

2298. PHALÆNA ſeticornis ſpirilinguis naſuta nigricans: lineolis luteis margine albis undulatis. *Fn.* 913.
Habitat in *Pado.*

*DESCR.* Magnitudo muſcæ domeſticæ. *Antennæ* nigræ, corpore dimidio breviores. *Alæ ſuperiores* ſupra nigricantes lineolis undulatis luteis, tam copioſe pictis, ut quisnam color prævaleat, difficile determinatur; margo alarum craſſior poſtice 5 vel 6 lineolis parvis albis vel argenteis undulatus. *Alæ inferiores* nigricantes margine craſſiore, latere albo.

2299. PHALÆNA ſeticornis; alis incumbentibus linearibus piloſis. *Fn.* 919.
? *Reaum. inſ.* 1. *t.* 12. 13.
Habitat ad paludes, uti Stockholmiæ ad *Brahelund* & Friedrickshof, ubi culicum inſtar volitat ſupra aquas circa veſperam.

*DESCR.* *Antennæ* ſetaceæ, longæ. Magnitudo & facies culicis vulgatiſſimæ pungentis. *Alæ ſuperiores* lineares; *inferiores* ſubulatæ, omnes pilis longis hirſutæ: dum alæ clauduntur obſervatur utrinque ad latera macula alba. *Pedes* piloſi. an *Phryganea?*

2300. TENTHREDO populnea. *Fn.* 934.
